CAPITULUM DECIMUMSEPTIMUM

1 Ricorditi (1), lector, se mai nell'alpe
Ti colse nebbia, per la qual vedessi
Non altrimenti, che per pelle talpe;
2 Come, quando e vapor humidi e spessi
A diradar cominciansi, la spera
Del sol debilemente entra per essi;
3 E fia la tua ymagine leggiera
In giugner a veder, com'io rividi
Lo sol in pria, che già nel corcar era.

(1) o.

1 *Recorderis, lector, si unquam in alpibus*
Te supervenit nebula, per quam videres
Non aliter, quam per pellem talpa;
2 *Sicut, quando vapores humidi et densi*
Rarefieri incipiunt, spera
Solis debiliter intrat per ipsos;
3 *Et erit tua ymago levis*
In perveniendo ad videndum, sicut ego revidi
Solem primo, qui in occasu erat.

Recorderis, lector, si unquam in alpibus. Recordati, lectore, si mai nell'alpe: istud est decimumseptimum capitulum huius Purgatorii, in quo auctor tractat de remedio, quod potest adhiberi ad refrenandum iram et impetum iracundie, et transit etiam ad quartum circulum, in quo tractabitur de vitio accidie, quarto scilicet vitio morali. Et istud capitulum dividitur in quatuor partes. In quarum prima auctor describit unam suam visionem, per quam dat doctrinam ad refrenandum vitium ire.
In secunda parte, que incipit ibi:

> Sicut frangitur sompnus;
> Come se frangie el sonno,

ponitur apparitio angeli, qui purgat et lavat auctorem a vitio ire.
In tertia, que incipit ibi:

> Iam erant supra nos;
> Già eran sopra noi,

auctor subtiliter investigat unde nascatur accidia.
In quarta, que incipit ibi:

> Hinc apprehendere potes;
> Quinci comprender poie,

concludit auctor quod amor est semen, ex quo oriuntur omnes actus meritorii et etiam demeritorii.

Primo tamen ponit auctor quomodo ipse exivit extra aierem nebulosum et intravit aierem serenum et clarum, quia, ut predictum est, in isto tertio circulo erat aier valde nebulosus et obscurus. Ponit auctor tale exemplum. Aliquando [in alpibus], et maxime in illis que sunt inter Florentiam et Bononiam, est aër ita nebulosus, quod vix homo potest videre aliquid distans a se. Sed venientibus radiis solaribus, qui dissolvunt nebulam et rarificant vapores, tunc homo, existens in tali aiere tenebroso, qui iam incipit rarefieri a radiis solaribus, incipit videre res a se distantes per modum quo talpe creduntur videre. Nota quod talpa est unum animal simile muribus, quod communiter stat sub terra; de qua talpa aliqui dicunt quod non habet oculos et nec videt. Alii dicunt, et melius, quod talpa habet oculos, tamen coopertos cum una subtili pellicula, que multum impedit visum eius, non tamen adeo quin aliqualiter videat, licet parum clare. Tali modo vident illi, qui sunt in alpibus circumdati a nebula spissa et obscura, que iam incipit rarefieri et dissolvi a radiis solaribus penetrantibus eam. Unde dicit textus: Recorderis, lector, idest tu qui hunc librum legis, si unquam in alpibus te supervenit, idest circumdedit, nebula, scilicet spissa et obscura, que iam

4 Sì, pareggiando e miei com passi fidi
Del mio maestro, usc'io fuor di tal nube,
Ai raggi morti già ne' bassi lidi.
5 O ymaginativa (1), che ne (2) rube (3)
Talvolta sì di fuor (4), ch'huom non s'ac-
Perchè dintorno suonin mille tube, [corge,
6 Chi muove te, se 'l senno (5) non ti porge?
Muoveti lume (6), che nel ciel s'informa
Per sè, o per voler che giù lo scorge?
7 Dell'ira di colei (7), che mutò forma
Nell'uccel ch'a cantar più si dilecta (8),
Nell'ymagine mia apparve l'orma:
8 E quivi fu la mia mente sì strecta
Dentro da sè, che di fuor non venia
Cosa che fosse ancor da lei ricepta.

4 *Sic, pariter ponendo meos cum passibus fidis*
Mei magistri, exivi extra talem nubem,
Ad radios mortuos in infimis lictoribus.
5 *O ymaginativa, que nobis rubas*
Aliquando ita extra, quod homo non perpendit,
Quamquam extra sonent mille tube,
6 *Quid movet te, si sensus tibi non porrigit?*
Movet te lumen, quod in celo informatur
Per se, vel per velle quod eum infra ducit?
7 *Impietatis illius, que mutavit formam*
In avem que ad cantandum plus delectatur,
In[tra] ymaginem meam apparuit orma:
8 *Et hic fuit mea mens ita restricta*
Intra se, quod foris non veniebat
Res que esset adhuc ab ea recepta.

(1) potentia — (2) noi — (3) rubbi — (4) per tal modo — (5) al. senso et melius — (6) divino — (7) Philomena — (8) l'usignuolo.

incipit rarefieri et dissolvi a radiis solaribus penetrantibus eam, per quam videres non aliter quam per pellem talpe; sicut, quando vapores humidi et densi rarefieri incipiunt, spera solis delectabiliter intrat per ipsos; erit tua ymago levis, idest ymaginatio, idest fiet clara si sic considerabis, in perveniendo ad videndum qualiter ego revidi solem primo, qui in occasu erat.

Si[c] pariter, ponendo meos cum passibus fidis (idest faciebam tot passus quot faciebat Virgilius) mei magistri, exivi extra talem nubem, ad radios mortuos, idest quantum ad usum nostrum, quia non plus videbamus illos, in infimis lictoribus, idest in ymis locis.

Nunc auctor, volens ostendere quanta est efficacia huius visionis, esclamans admirative [dicit]: O ymaginativa, idest virtus, que nobis rubas, idest a nobis subtrahis, subaudi sensum, vel nos expolias actibus sensuum, aliquando ita extra, quod non perpendit, quamquam extra sonent mille tube (sic est quod aliquando homines ymaginando unam rem bene intense, extrahitur ita operibus sensum exteriorum, quod si sonarent mille tube, homo taliter ymaginans non perciperet huiusmodi sonum. Legitur de Socrate insigni philosopho, quod aliquando etiam dum erat ad mensam comedendo, incipiebat aliquid ymaginari et taliter abstraebatur ymaginando, quod oportebat uxorem suam dirigere manum eius Socratis ad incisorium vel ad [s]ciphum, quia taliter extraheretur ymaginando, quod obliviscebatur comedere. Ego legi in dictis domini Ioannis Bocchacii, quod Dantes semel dum esset Senis in apotheca unius speciarii, sive aromatarii, oblatus fuit sibi quidam liber, in quo erat scriptum quoddam opusculum, quod ipse Dantes nunquam amplius viderat, et quod placebat sibi. Tunc Dantes appodiavit se ad murum, sive ad parietem, et legens percurrit totum librum illum cum tanta extractione, quod instrumenta, que ibi pulsabantur ad quasdam nuptias, nequaquam audivisse fassus est), quid movet te, o ymaginatio scilicet, si sensus tibi non porrigit? Quia nihil videtur posse esse in intellectu quin per prius transeat per sensum. Movet te lumen (hic interrogative loquitur), quod in celo informatur per se, idest per suam naturam, quia celum habet movere omnia inferiora, vel scilicet aliquando sine influentia celi, per velle quod eum infra ducit, idest per voluntatem divinam, que scorgit, idest que mictit gratiam divinam in animo, sive in mente unius viri? Modo illa speculatio erat cogitatio, per quam intuebatur extatice effectus peximos, qui causantur ab ira, sive ab impetu ire, sive iracundie; quia ira compulit homines ad occidendum et faciendum quasi infinita mala, occisiones et stragem hominum propter ulcisci et vindictam facere; ymo sepe propter iram aliqui accenduntur contra proprios filios et contra seipsos. Si illa bene considerentur, scilicet effectus, qui proveniunt et causantur ab ira, poteris addiscere et refrenare iram et ire impetum, et vitare, addiscens omnem verecundiam. Procul dubio ex consideratione eorum bonorum, vel [malorum que] evenerunt propter iram, sive impetum ire hiis, qui ira victi sunt, datur bona doctrina prudentibus, ut ira abstineant. Ideo auctor ponit hic tres hystorias, tangens materiam ire.

Quarum prima est de Philomena, filia regis Pandionis, regis Athenarum, que hystoria posita est superius, nono capitulo huius libri. Que Philomena consensit sorori sue Progne, converse in yrundinem, ut interficeret filium Ytim et Terei, regis Tracie, viri sui, propter cuius Ytis mortem crudelem datam ex ira, ipsa Prognes conversa est [in] yrundinem et Philomena conversa est in avem sui nominis, scilicet Philomenam, que avis plurimum delectatur cantare. Quam hystoriam auctor plurimum notat hic, [propter] effectum qui sequutus fuit ex ira Philomene. Unde ipse habet causam abstinendi ab ira.

Secunda hystoria est de crucifixo despectoso et fero. Hystoria est, que ponitur per diversa capitula in libro

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

9 Poi piovve dentro all'alta fantasia
Un crocifixo (1) dispectoso e fiero
In la sua vista, e cotal si moria.
10 Intorno ad esso era 'l grande Assuero,
Hester sua sposa e 'l giusto Mardocheo,
Che fu al far et al dir così intero.
11 E come questa ymagine rompeo
Sè per sè stessa, a guisa d'una bulla
Cui manca l'acqua socto e tal si feo;
12 Surse in mia vision una fanciulla (2),
Piangendo forte, e dicea: O regina (3),
Perchè per ira hai voluto esser nulla (4)?
13 Ancisa t'hai (5) per non perder Lavina (6),
Hor m'hai perduta; i'(7)son essa che lucto,
Madre, a la tua pria ch'altrui ruina.

9 *Postea pluit intra altam fantasiam*
Unus crucifixus despectosus et ferus
In sua apparentia, et talis moriebatur.
10 *Circa ipsum erat grandis Assuerus,*
Hester sua sponsa et iustus Mardocheus,
Qui fuit in dictis et factis ita integer.
11 *Et statim sicut ista ymago rupit*
Per se ipsam, ad instar unius bulle
Cui deficit aqua sub qua fuit facta;
12 *Surrexit in mea visione una puella.*
Plangendo fortiter, et dicebat: O regina,
Quare propter iram voluisti esse nihil?
13 *Occidisti te propter non perdere Lavinam,*
Nunc me perdidisti; ego sum ipsa que lucto,
Mater, ad tuam priusquam ad alterius ruinam.

(1) Aman — (2) Lavina — (3) amata madre mia — (4) impichar te medesima — (5) impiccata hai te medesima — (6) me, tua figliuola — (7) io.

Ester, sic: quod rex Assuerus, rex Persarum et Medorum, qui apud hystoricos dictus est Arthaserses, qui regnavit ab India usque ad Assyriam super centum viginti sex provincias, tricesimo anno regni sui fecit grande convivium suis principibus etc., regni sui, in vestibulo horti, etc. Et inter alias epulas voluit, quod uxor sua, regina Vasti, veniret ad conspectum magnatorum, etc., que renuit venire et obedire iussis regis. Unde rex turbatus habuit consilium cum magnatibus suis de inobedientia regine, et data fuit atque obtenta sententia, quod regina privaretur statu suo, et una alia subrogaretur loco sui. Et missis nuntiis per totum regnum, inventa est Hester ebrea, neptis Mardochei, que posita est regina in loco Vasti, quam rex Assuerus maxime dilexit. Mardocheus, patruus Hester, stabat semper ad ostium palatii, ad sentiendum quomodo succederet ipsi Hester, nepti sue. Tunc Aman, princeps militie regis, concepit [iram] contra Mardocheum, ex eo quia, transeundo Aman, omnes inclinabant se ipsi Aman, preter Mardocheum, qui sciebat ipsum Aman inimicari populo Dei, scilicet Israel. Aman autem taliter successit regi, quod rex dedit licentiam ipsi Aman, ut constitueret diem, in qua omnes Hebrei deberent interfici per totum regnum. Quo audito, Mardocheus indicavit Hester, que dixit regi, quod esset male contenta. Rex dixit: Quare? Ipsa dixit: Crastina die indicabo regie maiestati. Et tunc ipsum regem invitavit ad prandium et fecit etiam invitari Aman; in quo prandio, quasi lugens, dixit regina Hester regi: Inimicus noster est iste Aman, qui etiam ordinavit iam lignum, in quo debet crucifigi Mardocheus, patruus meus, qui stat ad fores regis. De quo, dum legeretur in archivis regis, inventum fuit quod ipse revelaverat proditionem factam et conspiratam contra vitam regis. Unde rex precepit quod super lignum, in quo volebat facere crucifigi Mardocheum, ipse Aman crucifigeretur. Et sic fuit crucifixus, et Mardocheus fuit positus per regem in loco Aman. Modo ex ira, quam concepit Aman contra Mardocheum, evenit quod ipse Aman fuit crucifixus. Modo talis crucifixio, sive hic Aman crucifixus, venit in fantasiam istam et ymaginationem extaticam; per quam etiam hystoriam docetur quod abstinendum sit ab ira et eius impetu.

Tertia hystoria est de Lavina, filia regis Latini. Ubi sciendum, quod, veniente Enea de Troya post eius excidium, et applicans ad fauces tyberinas, misit legatos ad regem Latinum, qui dominabatur in civitate Laurenta; qui rex Latinus habebat uxorem nomine Amata, ex qua habebat unam filiam nomine Lavinam, iam aptam ad maritum: quam ipsa regina Amata, mater puelle, [promiserat Turno]; et desponsata Enee, illa pro ira et impetu ire ivit et laqueo se suspendit. Hec hystoria dat doctrinam, ut quis abstineat ab ira.

Modo ad textum. Notandum est, quod aliquis textus in vulgari habet sic: *De l'empiezzia*, vel *De l'empiezz[a]*, idest de impietate. Aliquis textus habet, *De l'ampiezzia*, idest de amplitudine. Si textus debeat intelligi *de l'ampiezza*, idest de amplitudine, intelligitur de amplitudine, idest magnitudine, ire, quam habuit Philomena, que mutata fuit in avem sui nominis. Si dicit textus *De l'empiezza*, idest de impietate, [intelligitur de impietate] procedente ex ira Philomene; propter quam impietatem, procedentem ex ira, Prognes, sororis Philomene, et ipsius Philomene, proveniebat mors Ytis, qui fuit datus comedere patri suo Thereo regi Tracie. Idest: talis amplitudinis ire, vel de impietate, procedente ex ira Philomene, venit, sive apparuit, orma, sive vestigium, in ymaginatione mea, scilicet Dantis. Tunc sic ad textum. Impietatis, vel amplitudinis, illius, que mutavit formam suam, scilicet in avem, que ad cantandum plus delectatur, in[tra] ymaginem meam apparuit orma, idest vestigium, vel aspectus, vel apparentia: et hic fuit mea mens ita restricta intra se, quod ab extra non veniebat res, que esset adhuc ab ea recepta. Quasi

14 Come si piange 'l son (1), ove di bucto
Nuova luce percuote el viso chiuso,
Che fracto guizza pria che mora tucto;
15 Così la mia ymagin cadde giuso,
Tosto che 'l lume el volto mi percosse,
Maggior assai che quel ch'è (2) in no-
16 Io mi volgea per veder ov'io fosse, [str'uso (3)].
Quand'una voce disse, Qui si monta;
Che da ogni altro intento mi rimosse,
17 E fece la mia vogla tanto pronta
Di riguardar chi era che parlava,
Che mai non posa, se non si raffronta.
18 Ma com'al sol, che nostra vista grava,
E per soverchio sua figura vela,
Così la sua virtù quivi mancava.

14 *Sicut frangitur sompnus, ubi statim*
Nova lux percutit visum clausum;
Qui fractus guizzat prius quam moriatur totus;
15 *Sic ymago mea cecidit infra,*
Statim quod lumen vultum michi percussit,
Maius satis quam illud quod est in nostro usu.
16 *Ego me volvebam propter videre ubi essem,*
Quando una vox dixit. Hinc ascenditur;
Que ab omni alio intento me removit,
17 *Et fecit meam voluntatem tantum promptam*
Respiciendi quis erat qui loquebatur,
Que nunquam quiescit, nisi reaffrontetur.
18 *Sed sicut sol, qui nostrum visum aggravat,*
Et propter superfluum suam figuram velat,
Sic mea virtus ibi deficiebat.

(1) sono — (2) lume che è — (3) nostro uso.

dicens: Per nullum signum exterius ostendebam quid esset interius, ymo videbar quasi mortuus.

Modo ponitur hystoria Hester libri. Postea pluit, idest descendit, vel apparuit, intra altam fantasiam unus crucifixus despectosus et ferus in sua apparentia, et talis moriebatur. Circa ipsum, scilicet crucifixum, erat grandis Assuerus, Hester sua sponsa et iustus Mardocheus, qui numquam voluit inquinari in escis gentilium, et qui fuit sollicitus pro liberatione populi sui, qui fuit in dictis et factis ita integer.

Nunc ponitur tertia hystoria de Lavina, primo per comparationem talem. Quando fit aliquis motus sub aqua, tunc superascendunt quedam bulle, in quibus recluditur aier, et subito tunc tales bulle franguntur una post aliam. Sepe hoc fit. Ita igitur, sicut una bulla frangitur, quia deficit aqua de subtus, sic de una fantasia Dantis, de una hystoria, surgebat alia. Et statim sicut ista ymago rupit se per seipsam, ad instar unius bulle cui deficit aqua sub qua fuit facta, surrexit in mea visione una puella, scilicet Lavina, plangendo fortiter, et dicebat: O regina Amata, scilicet mi mater, quare propter iram voluisti esse nihil, idest te interfecisti et perdidisti animam? Occidisti te propter non perdere Lavinam, idest me, filiam tuam, quia apparebat Amate, mater Lavine, perdere filiam suam, si aliquis haberet eam in uxorem quam Turnus: quod non erat verum; quia melior et honorabilior maritus fuit Eneas, quam fuisset ipse Turnus. Nunc me, inter se [dicebat], perdidisti me, [te] interficiendo: ego sum ipsa que luctuo, idest luctum facio, mater, ad tuam prius quam ad alterius ruinam.

Sicut frangitur sompnus. Como se frange 'l sonno: hec est secunda pars huius capituli, in qua ponitur apparitio angeli, per talem similitudinem. Si homo, quando una nova lux percutit oculos, excitatur a sompno, qui sompnus guizzat; idest, quando movet se, movet plane, antequam totaliter evaniat; sic apparuit cadere et cecidit ymago auctoris, sive fantasia, statim ut vidit lumen, idest splendorem angeli, quia talis splendor fuit maior quam sint splendores, quos habemus in usu. Sicut frangitur sompnus ubi statim nova lux percutit visum clausum, qui fractus guizzat, idest movetur, prius quam moriatur; sic ymago mea cecidit infra, statim quod lumen multum michi percussit, maius satis quam illud quod est in nostro usu.

Ego me volvebam propter videre ubi essem, quando una vox dixit, Hic ascenditur; que ab omni alio intentu me removit (nam hucusque per totum capitulum istud, auctor erat intentus ad vitium ire: sed nunc dimictit talem intentum, et transit ad aliam materiam, scilicet ad vitium accidie); et fecit meam voluntatem tantum promptam, respiciendo quis erat qui loquebatur, que nunquam quiescit [nisi] reaffrontetur, idest nisi revideat talem angelum, sicut sperat videre post mortem suam et purgationem vitii ire in tali circulo. Vel sic: Anima mea et voluntas mea nunquam quiescet donec redibit ad celum, ubi valeat videre naturam angelicam fronte ad frontem. Loquitur naturaliter, quia repetunt proprios [ortus] queque rursus: nam quia corpus factum est de terra, nunquam quiescit donec in terram pariter revertetur; sic anima, veniens de celo, cupit de celo, cupit ad celum redire, nec quiescit donec illuc revertatur.

Modo describit angeli lumen per quamdam comparationem talem: Sicut [sol] aggravat oculos nostros, propter suum splendorem qui excedit nostram potentiam videndi, et semetipsum nobis celat, idest non permictit se a nobis videri, et in eius intuitu deficit oculus noster, quia non est tante virtutis; sic visus auctoris deficiebat in intuitu angeli. Sed sicut sol, qui nostrum visum aggravat, et propter superfluum suam figuram velat, sic mea virtus ibi deficiebat. Hoc dicit auctor ad denotandum, quod lumen divine gratie, figuratum per angelum, a nobis est incomprehensibile; quod lumen est gratia gratis data.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

19 Questo (1) è diricto spirito, che ne la
Via da ir su ne drizza senza prego,
E col suo lume sè medesmo cela.
20 Sì (2) fa con noi, come l'huom si fa sego;
Chè qual aspecta prego, e l'uopo vede,
Malignamente già si mette al nego.
21 Hor accordiamo a tanto invito el piede:
Procacciàn di salir pria che s'abbui,
Chè poi non si porrìa, se 'l dì non riede.
22 Così disse 'l mio duca, et io con lui
Volgemmo e nostri passi ad una scala;
E tosto ch'io al primo grado fui,
23 Sentimi quasi presso un muover d'hala,
E ventarmi nel viso, e dir: Beati
Pacifici, che son senz'ira mala.
24 Già eran sovra noi tanto levati
Gl'ultimi raggi che la nocte segue,
Che le stelle apparivan da più lati.
25 O virtù mia, perchè sì ti dilegue?
Fra me stesso dicea, che mi sentia
La possa delle gambe posta in tregue.

(1) al. questi — (2) così.

19 *Iste est spiritus rectus, qui in via*
Sursum eundi nos dirigit sine prece,
Et cum suo lumine semetipsum celat.
20 *Facit nobiscum, sicut homo facit secum,*
Quia qui expectat precem, et necessitatem videt,
Maligne iam se mictit ad negationem.
21 *Ergo concordemus cum tanto invito pedem:*
Procuremus ascendere priusquam obscuretur,
Quia postea non posset, si dies non redit.
22 *Sic dixit dux meus, et ego cum ipso*
Volvimus nostros passus ad unam scalam;
Et statim quod ego ad primum gradum fui,
23 *Sensi me prope quasi per unum motum ale,*
Eventari in visum, et dicere: Beati
Pacifici, qui sunt sine ira mala.
24 *Iam erant supra [nos] tantum elevati*
Ultimi radii quos nox sequitur,
Ita quod stelle apparebant a pluribus lateribus.
25 *O virtus mea, quare sic fugis a me?*
Infra meipsum dicebam, quia michi sentiebam
Potentiam crurium positam in treugis.

Iste est spiritus rectus, qui in viam eundi sursum nos dirigit sine prece, et cum lumine suo semetipsum celat.

Facit nobiscum, sicut homo facit secum; idest, gratia divina gratis data venit ad nos, sicut nos disponimus nosmetipsos ad ipsam; quia qui expectat precem, idest qui expectat rogari, et necessitatem videt, maligne iam se mictit ad negationem. Littera est difficilis. Legatûr sic: Facit nobiscum sicut homo facit secum (idest se largitur sine prece, idest non requisitus, sicut homo iustus et caritativus, qui absque hoc quod rogetur, videns necessitatem proximi, se sine sua requisitione largitur); [quia qui expectat precem et necessitatem videt], ille maligne iam se mictit *al niego*, idest ad negationem; idest ille, qui vidit necessitatem proximi et expectat rogari de subventione, nimis crudelis est, qui sic expectat rogari; nam talis expectatio est quoddam genus negationis.

Ergo concordemus cum tanto invito, idest cum tanta invitatione, pedem, idest affectionem: procuremus ascendere priusquam obscuretur, scilicet aier, et fiat nox; quia postea non posset, scilicet quis, ascendere, si dies non redit, idest nisi alia dies veniat.

Sic dixit meus dux, et ego cum ipso volvimus nostros passus ad unam scalam; et statim quod ego ad primum gradum fui, sensi me prope quasi per unum motum ale eventari, idest ventilari, in visum et dicere, Beati pacifici, qui sunt sine ira mala; idest, beati sunt illi, qui refrenant malam iram, idest illam ex qua provenit malum. Quasi dicens, quod aliqua ira est bona, quia ex illa sequitur bonum. Sic enim vult Aristotiles, quarto Ethicorum, capitulo de mansuetudine. Ymo vult Aristotiles quod ira aliquando est necessaria bellantibus et etiam in rectoribus, quos oportet sepe scire irasci. Dicit Salomon, quod propter tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis. Tullius tamen dicit, quod ira semper est mala. Sic videtur etiam dicere Seneca. Sed ipsi intelligunt de excessu ire; Aristotiles autem intelligit de ira temperata, scilicet quando quis irascitur ubi et quomodo et cuius gratia oportet. Et tunc talis ira bona est.

Iam erant supra nos. Già eran supra noi: ista est tertia pars huius capituli, in qua auctor subtiliter investigat unde oritur accidia et quasi omnia vitia capitalia, ymo omnes actus meritorii et demeritorii. Et nota quod sicut in undecimo capitulo Inferni ipse distinxit circulos Inferni, et vitia et dampnatos in circulis infernalibus; sic hic vult distinguere circulos Purgatorii, et bene atque solempni cura. Et dicit primo, quod apparebant radii stellarum, non solis, quia erat nox: Iam erant supra nos tantum elevati ultimi radii, scilicet stellarum, que apparent post solis occasum; vel sic et melius: Ultimi radii, quos nox sequitur, scilicet solis, qui erant in occasu, qui erant altissimi; ita quod stelle apparebant a pluribus lateribus, idest a multis partibus.

O virtus mea, quare sic fugis a me? idest quare deficis, vel debilitaris? infra meipsum dicebam, quia sentiebam potentiam crurium positam in treugis; hoc est, iam non poteram plus ire; quia in tantum factus est auctor debilis, quod plus ire non poterat. Nota quod auctor fingit hoc hic, quia iam erat in circulo, ubi punitur accidia et ubi puniuntur accidiosi, pigri et lenti. Nam accidioso et pigro, qui vadit purgatum se, omnis parvus labor est sibi gravis. Est credendum quod aliquando intellectus auctoris erat fessus; quia semper insistere operi et laborare, nimis durum est. Tamen ipse auctor, confortans semetipsum, hortabatur: Labora, excitare te; quia homo ad laborem nascitur, et avis ad volandum.

26 Noi eravàn dove più non saliva
La scala su, et eravamo affisi (1),
Pur come nave ch'alla piaggia arriva:
27 Et io attesi un poco s'io udissi
Alcuna cosa nel nuovo girone;
Poi mi rivolsi al mio maestro, e dissi:
28 Dolce mio padre, dì', qual'offensione
Si purga qui nel giro, dove semo?
S'e piè si stanno, non stea tuo sermone.
29 Et elli a me: L'amor del bene, scemo
Di suo dover, quiricta si ristora,
Qui si ribacte el mal tardato remo.
30 Ma perchè più aperto intendi ancora,
Volgi la mente a me, e prenderai
Alcun buon fructo di nostra dimora.

(1) al. assisi.

26 *Nos eramus ubi plus non ascendebatur*
Scala sursum, et eramus affixi,
Eo modo quo navis que a[d] piagia[m] pervenit:
27 *Et ego attendi aliquantulum si ego audirem*
Aliquam rem in novo gyrone;
Postea verti me ad magistrum meum, et dixi:
28 *Dulcis mi pater, dicas, qualis offensio*
Purgatur hic in gyrone, ubi sumus?
Si pedes stant, non stet tuus sermo.
29 *Et ipse ad me: Amor, honor, boni diminuti*
De suo debito, hic restauratur,
Hic repercutitur male retardatus remus.
30 *Sed ut magis aperte intelligas adhuc,*
Volve mentem ad me, et apprehendes
Aliquem bonum fructum de nostra mora.

Iam auctor cum suo magistro pervenerat ad circulum accidie, nec ulterius pro intrando istum circulum oportebat eos descendere. Ideo dicit textus: Nos eramus ubi plus non ascendebatur scala sursum, et eramus assisi, idest positi, ad sedendum, sive firmi, modo quo navis que ad piaggiam arrivat, idest pervenit, vel appulit, ad terram. Et ibi per totam noctem steterunt quousque venit postera dies. Dicit sicut navis, quod intelligit de navicula ingenii auctor. Nam superius dictum fuit: O navicula ingenii mei, circum principium primi capituli huius Purgatorii.

Et ego attendi, idest auscultavi, aliquantulum, si audirem aliquam rem in novo gyrone, idest circulo, in quem noviter intraverat; postea me volvi ad magistrum meum et dixi: Dulcis mi pater, dicas qualis offensio, idest quale peccatum, purgatur hic in gyrone ubi sumus? si pedes stant, non stet tuus sermo. Idest: si non ambulamus pedibus, [non] perdamus tempus, sed aliquid dicas.

Et ipse ad me, scilicet dixit: Amor boni *scemi*, idest diminuti, de suo debito, hic restauratur; [hic repercutitur] male tardatus remus. Subtiliter dicit male tardatus remus; nam accidia non est aliud nisi quedam tarditas et pigritia in non faciendo bonum et in tendendo in summum bonum, et quasi accidia plus invenitur in obmictendo quam in commictendo. Amor boni scemi, sive diminuti, est defectivus de suo debere, idest non facit quod debet; quia homo tenetur querere diligenter bonum et instanter; et qui piger est ad hoc, habet amorem scemum, idest diminutum: quem amorem oportet restaurari et refici, sicut nauta, qui in die fuit piger ad remigandum, de sero volens se applicare ad portum, oportet quod sollicitius remiget quam fecit de die dum navigavit lente. Sic oportet quod cum amore tendatur ad summum bonum et cum sollicitudine: sed ille amor tardius est accidia.

Sed ut magis aperte intelligas, adhuc volve mentem ad me, et apprehendes aliquem bonum fructum de nostra mora, idest retardatione, sive quiete. Idest, verte te et attende cum lumine rationis et subtiliter speculare. Vult hic auctor dicere et dicit, quod nihil est, nec aliquod ens existit, nec unquam fuit, sine amore; ita quod omnia mundi entia habent aliquem amorem. Vult adhuc auctor, quod omnis mundi amor, aut est amor naturalis, aut est amor animi. Amor naturalis est ille, quo res diligunt seipsas; sic etiam anima diligit corpus; ymo, quo omnia entia seipsa modo suo se diligunt. Vult etiam hic auctor, quod amor naturalis nunquam erret, et semper, quando est, sit sine errore. Alius amor, scilicet animi, potest bene errare et multipliciter. Nam, vel amor talis habet obiectum non bonum, idest quando amatur malum, sive res non bona, sive mala; vel quando amatur res communiter bona, et amatur ultra modum et ultra quam mereatur amari; vel quando etiam res multum diligenda, nimis modicum amatur. Vult etiam auctor, quod [amor] animi, idest accidentalis, idest qui provenit non naturaliter sed ad placitum, dum dirigitur in primum ens, et bene est directus in summum bonum, et dum in secunda bona, idest in creaturas, mensuratur bene, semper est causa bone et non male delectationis. Sed si talis amor torquetur, idest non ratione

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

31 Nè creatore nè creatura mai,
Cominciò ei (1), figluol, fu senza amore,
O naturale o d'animo (2); tu 'l sai (3).
32 Lo natural è sempre senza errore;
Ma l'altro puot'errar; per mal obiecto,
O per troppo, o per poco, di vigore (4).
33 Mentre ch'egli è nel primo ben directo,
E nel secondo sè stesso misura,
Esser non può cagion di mal dilecto;
34 Ma quando al mal si torce, o con più cura,
O con men che non de' (5), corre nel bene,
Contra 'l factor adovra (6) sua factura.
35 Quinci comprender puoi, ch'esser convene
Amor sementa in voi d'ogni virtute,
E d'ogni operation (7) che merta pene.
36 E perchè mai non può dalla salute
Amor del suo subiecto volger viso,
Dall'odio proprio son le cose tute (8):
37 E perchè 'ntender non si può diviso,
E per sè stante, alcun esser dal primo (9),
Da quel (10) odiar ogni affecto è deciso.

31 *Nec creator nec creatura unquam,*
Incepit ipse, o fili, fuit sine amore,
Vel naturali vel animi; et tu hoc scis.
32 *Naturalis fuit semper sine errore;*
Sed alius potest errare, per malum obiectum,
Vel per nimium, vel per modicum, vigoris.
33 *Dum est in prima bona directus,*
Et in secunda bona seipsum mensurat,
Esse non potest causa male delectationis;
34 *Sed quando ad malum torquetur, et cum maiori cura,*
Vel minori quam debeat, currit in bonum,
Contra suum factorem operatur sua factura.
35 *Hinc apprehendere potes, quod esse convenit*
Amorem semen in vobis omnis virtu[ti]s,
Et omnis operationis que meretur penas.
36 *Sed quia nunquam potest a salute*
Amor sui subiecti volvere visum,
Ab odio proprio res sunt tute:
37 *Sed quia intelligi non potest divisum*
Et per se stans aliquid esse a primo,
Ab illo odire omnis effectus est decisus.

(1) o — (2) libero — (3) al. e tu 'l sai — (4) quia nimis vel parum diligit quod diligere debet — (5) debba — (6) adopera — (7) peccato — (8) sicure — (9) naturale, idest a Deo — (10) Dio; quia nemo potest odire seipsum, ergo nec Deum a quo habet esse.

dirigitur ad malum, scilicet obiectum, vel quando cum maiori vel minori quam debeat, currit in bonum, contra factorem operatur sua factura, idest creatura, idest non bene agit. Est igitur amor accidentalis, sive animi, triplex: scilicet unus, quo amatur summum bonum, scilicet Deus; et si ille amor, quo Deus amatur, sit lentus et paucus, sic est accidia. Alius amor est, quo amantur res temporales: que si ultra modum amantur et plusquam mereantur, vel quam sit necesse ad sustentationem vite, et tunc est avaritia, et non est laudabilis talis amor a sapientibus. Tertius amor est, quando amatur res non bona, que tamen apparet: nam aliter voluntas non amaret, quia obiectum voluntatis est bonum, vel apparens bonum, ut vult Aristotiles in primo Ethicorum. Quidquid igitur amatur, diligitur tamquam bonum, vel tamquam apparens bonum. Obiectum alicuius potentie est illud, quod movet ipsas potentias: sicut color est obiectum visus, quia ipse color movet visum; sic sonus est obiectum auditus. Nunc ad textum.

Nec creator nec creatura unquam, incepit ipse, scilicet dicere, o fili, fuit sine amore, vel naturali vel animi. Naturalis fuit semper sine errore; sed alius potest errare [propter] malum obiectum, scilicet quando res mala amaretur; vel per nimium, vel per modicum, vigoris: idest, quando temporalia bona amantur plus vel minus quam mereantur.

—

Dum est in prima bona directus, id est in summum bonum, sive Deum, et in secunda bona, idest res temporales, seipsum mensurat, esse non potest causa male delectationis: sed quando ad malum, idest obiectum quod non est bona res, torquetur, idest non ratione vadit, [vel] cum maiori cura vel minori quam debeat, currit [in bonum], contra Factorem, idest Deum, operatur sua factura, idest creatura.

—

Hi[n]c comprehendere potes. Quinci comprehendere poi: ista est quarta pars huius capituli, in qua concluditur per auctorem, quod amor est semen, ex quo oriuntur omnes actus meritorii et etiam demeritorii. Hinc comprehendere potes quod esse convenit, idest oportet, amorem semen in nobis omnis virtutis et omnis operationis que meretur penas.

—

Modo dicit auctor quod amor naturalis nunquam fallit: sed quia nunquam potest a salute sui subiecti volvere visum, ab odio proprio res sunt tute; quia nulle res odiunt se ipsas; et quia intelligi non potest divisum et per se stans aliquid esse a primo, scilicet amore, ab illo odire omnis affectus est decisus. Nam non est per se ad se, sed est de se ad aliud, scilicet ad proximum: quia igitur nihil potest se odire, restat igitur [quod] odit proximum. Modo omne odium est ergo erga proximum, et omne tale odium oritur ab amore quo homo semetipsum diligit: quia homo tantum diligit se et propter se et a se, quod a tali et a tanto amore oritur in eo odium erga proximum; quia omne odium, quo oditur proximus, provenit ex inordinato amore quo homo diligit se ipsum.

—

38 Resta (1), se, dividendo (2), bene stimo,
Che il mal che s'ama è nel prossimo, et esso
Amor nasce 'n tre modi in vostro limo.
39 È chi (3), per esser suo vicin soppresso (4),
Spera excellentia, e sol per questo brama
Che 'l (5) sia di sua grandezza in basso messo.
40 È chi (6) potentia (7), gratia, honore e fama
Teme di perder perch'altri su monti,
Ond'ei s'attrista perchè 'l contrario ama:
41 Et è chi (8) per iniuria par ch'adonti
Sì, che si fa della vendetta ghiocto;
E tal convien che 'l mal altrui impronti (9).
42 Questo triforme amor quaggiù di socto
Si piagne (10); hor vo'che tu dell'altro (11) [intende,
Che corre al ben con ordine corrocto.
43 Ciascun confusamente un ben apprende,
Nel qual si cheti (12) l'anima, e desira (13):
Perchè di giugner lui ciascum contende (14).

38 *Restat, si, dividendo, bene extimo,*
Quod malum quod amatur est proximi, et ipse
Amor nascitur in tribus modis in vestro limo.
39 *Et aliquis, ut sit suo vicino superior,*
Sperat excellentiam, et solum per istud desiderat
Quod ille sit de sua potentia in infimum missus:
40 *Et aliquis potentiam, gratiam, honorem et famam*
Timet perdere ut alius superascendat,
Unde tristatur ita quod contrarium amat:
41 *Et aliquis propter iniuriam videtur quod indignetur*
Ita, quod sit de vindicta gulosus;
Et talis convenit, quod alienum malum improntet.
42 *Iste triformis amor hic inferius*
Plangitur; nunc volo quod de alio intelligas,
Qui currit ad bonum cum ordine corrupto.
43 *Quilibet confuse unum bonum apprehendit,*
In quo quiescat animus, et desiderat:
Quia pervenire ad illud quilibet contendit.

(1) adonque — (2) distinguendo — (3) est aliquis qui — (4) abbassato — (5) al. ch'ei, cioè proximo suo — (6) est alius qui — (7) al. potere — (8) alius qui — (9) procuri — (10) si purga — (11) amore — (12) al. queti. i. satii — (13) desidera ciascuno — (14) omnis mortalium cura, etc.

Restat igitur, si dividendo bene extimo, quod malum quod amatur, vel odium, proximi, idest quod res que amatur, vel malum, proximi, talis amor, quo amatur malum, vel odium, ad proximum, nascitur in tribus modis in vestro limo, idest in sensualitate vestra, que de limo terre formata est. Notandum est hic, pro ipso textu intelligendo, quod homo amat seipsum indecenter amore animi; quia de amore naturali non loquimur hic, quia ille non errat. Nosmetipsos amamus [indecenter]; ideo nascitur in nobis odium in proximos ex triplici amore, sive ex amore qui tripliciter oritur in nobis: scilicet vel quia tu nimis et excellenter diligis tuam excellentiam et exaltationem, ita quod tu vis esse super omnes alios, et neminem vis tibi parem; et ex hoc est superbia: secundo, quia tibi videtur quod prosperitas tui proximi posset esse diminutio tui status, vel honoris, et ideo odis proximum; et sic est invidia: vel, tertio, quia tu amas tuum honorem; ideo habes in despectum parvipendi, et hoc recipis pro iniuria, et ex hoc provocaris in vindictam; et sic est ira, quia conturbaris contra illum, qui te parvipendit.

Nota quod ira habet ortum ab aliena malitia, invidia autem a propria; ideo ira est minus peccatum quam invidia. Talis ergo amor, ex quo proveniunt, superbia, invidia, ira, tripliciter nascitur in sensualitate humana.

—

Et aliquis, ut sit suo vicino, vel proximo, superior, sperat excellentiam, et solum per istud desiderat quod ille, scilicet proximus, sit de sua potentia in infimum missus. Ecce ortum superbie. Et aliquis potentiam, gratiam, honorem et famam timet perdere, ut alius superascendat, idest exaltetur, et fiat maior eo; unde tristatur, ita quod contrarium amat: idest, vellet videre non prosperitatem proximi, sed vellet videre dextructionem illius. *Et aliquis:* ponitur alius amor ex quo nascitur ira, que provenit ex amore sui; quando scilicet homo tantum amat honorem et statum suum, quod recipit in despectum si parvipenditur ille honor, et concipit iram contra illum qui offendit se sic parvipendendo; et sic homo fit promptus ad malum, scilicet parvipendentis. Et sic est ira; quia desiderat vindictam et appetit, et talis appetitus est ira. Et aliquis propter iniuriam videtur quod indignetur, vel turbetur, vel irascatur, ita quod sit de vindicta gulosus, in tantum quod vindictam desiderat: et talis convenit, idest oportet, quod malum alienum imputet, idest querat.

—

Iste triformis amor, ex quo sunt superbia, invidia et ira, hic inferius, idest in isto Purgatorii monte, non inferius in libro isto (non attendas librum, sed montem, Purgatorii), plangitur, idest purgatur. Nunc volo quod de illo intelligas, qui currit ad bonum cum ordine corrupto.

—

Nunc ponitur de accidia. Quilibet confuse unum bonum apprehendit, idest inserta est in mentibus mortalium summi boni cupiditas, in quo quiescit animus, et desiderat, quia pervenire ad illum quilibet contendit. Omnis mortalium cura, quam multiplicium studiorum labor exercet, diverso quidem calle procedit, ad unum tamen finem beatitudinis nititur pervenire (Boetius tertio De consolatione, prosa secunda).

—

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

44 Se lento amor (1) a lui veder vi tira (2),
O a lui acquistar, questa cornice (3),
Dopo giusto pentir (4), ve ne martira (5).
45 Altro ben (6) che non fa l'huomo felice,
Non è felicità, non è la buona
Essentia (7), d'ogni ben fructo e radice.
46 L'amor (8), che ad esso (9) troppo s'abbandona,
[D]i sopra a noi si piange per tre cerchi (10):
Ma come tripartito si ragiona,
Tacciolo, a ciò che tu per te (11) ne cerchi.

44 *Si lentus amor ad videndum illud nos trahit,*
Vel ad illud acquirendum, ista cornix,
Post iustum penitere, vos martyrat.
45 *Aliud bonum est quod non facit hominem felicem;*
Non est felicitas, non est bona
Essentia, omnis boni fructus et radix.
46 *Amor, qui ad illud nimis se tradit,*
Supra nos plangitur per tres circulos:
Sed sicut tripartitus ratiocinatur,
Taceo illud, ad hoc ut per te ipsum de illo queras.

(1) accidia — (2) voi huomini — (3) circulo — (4) degna penitentia — (5) purga — (6) temporale — (7) Dio — (8) dell'anima — (9) ben temporale — (10) circuli — (11) medesimo.

Si lentus amor ad videndum illud, scilicet summum bonum, nos trahit, vel ad illud acquirendum, ista cornix, sive circulus, post iustum penitere, idest post sufficientem contritionem, vos martyrat, idest punit, vel cruciat.

Aliud bonum est, scilicet temporale, sive res temporales, quod bonum [non] facit hominem felicem; quia nulla bona finita, sive temporalia, sunt felicitas, nec in ipsis reperitur felicitas; non est felicitas, non est bona essentia omnis boni fructus.

Amor, qui ad illud nimis se tradit, idest communicat, supra nos plangitur, idest supra istum circulum in quo sumus modo, per tres circulos; scilicet illos, in quibus purgantur avaritia, gula et luxuria; sed sicut tripartitus ratiocinatur, taceo illud, ad hoc ut per te ipsum de illo queras. Debet autem sic inquiri: quia bona temporalia, que non sunt felicitas nec faciunt quemquam felicem, aut amantur nimis et magis quam deceat, et sic nascitur avaritia; vel tu nimis amas delectationes gustus in istis bonis temporalibus, et sic est peccatum gule; vel tu nimis sequeris delectationem venereas, et sic est luxuria. Sic triformiter dividitur ille amor quo amantur bona temporalia, ex quo oriuntur tria peccata capitalia, scilicet avaritia, gula et luxuria, de quibus tractabitur in sequentibus: que tria vitia purgantur in partibus superioribus istius montis.

L'AMORE VITA DELL'UNIVERSO

In questo e nel canto seguente ci dà il Poeta un così profondo ragionamento su l'amore, e « un capo d'opera » di tanta sapienza e di così pellegrine bellezze, da non riuscire facilmente, come già scriveva il nostro Padre Lombardi, « pane da tutti, ma per quei soli, e pochi, i quali, penetrando oltre la scorza, possono alla sugosa sostanza della midolla arrivare. »

Egli comincia:

Nè creator nè creatura mai
. . . . . fu senza amore
O naturale o d'animo;

e i sapienti lo sanno (egli aggiunge), quelli, cioè, che intendono l'opera della potenza e della sapienza divina, vale a dire che hanno un vero concetto dell'universo.

In verità, chi guardi ai tanti e così svariati giri di tante e sì diverse creature che lo compongono; del sole, della luna, delle stelle, di tutto il cielo; con tante vicende che ne conseguono; di luce e di tenebre, di anni e di stagioni, di procelle e di riposi, di nascite, di morti e di risorgimenti; e consideri che da tanto e sì svariato movimento, anzichè disordine e confusione, ne risulta un accordo, un'armonia, un inno che ci rapisce fuor di noi medesimi; certo, non può non intendere che un'arcana forza ed infinita tutti gl'infrena, li stringe, li governa, e li tiene a sè soggetti. Questa forza è l'amore.

Ma se ciò addivenne a tutti chiarissimo dopo che il Cristianesimo ci ebbe rivelato il concetto vero di creazione, e di colui che la fece e la governa, fu impenetrabile mistero al mondo pagano, il quale pertanto nella discordia delle cose pose l'origine loro; discordia dipoi in qualche modo sol frenata dalla virtù dell'amore che prevalse. Leggete quanti sono i cantici maggiori e minori che quella poesia ci ebbe lasciati, e invano vi aspetterete l'incantatrice armonia, che nel Cristianesimo risulta dall'accordo della scienza e della fede, della specolazione e dell'estro poetico, che ci danno nell'universo un inno ineffabile di amore. E chi ritrasse quest'inno in tutta la sua pienezza fu l'immortale Alighieri.

Nè si creda che sia un parto di fantasia, lasciatasi traviare fuori della realtà e dell'ordine del vero, questo ingenito amore dell'universale natura, che sta in quel vincolo occulto, da cui l'una cosa è attirata verso l'altra, e tutte verso colui, che l'ebbe create e ne è l'ultimo fine; poichè, se i moti dei corpi, se la virtù delle piante, per inesausto vigore prolifica, se l'istinto de' volatili, de' quadrupedi, degli acquatici, insomma di quanti esseri hanno vita e si muovono su la terra, paiono troppo lontana cosa dal consorzio dell'amore, che nel cosciente pensiero volge all'increata unità le sue aspirazioni; vero altresì è che l'alta metafisica ci vieta di sequestrare la creatura da Dio, in cui ha la sua pienezza e perfezione come da lui ebbe principio e vita. Perciò la voce del popolo che sente, e l'arte del poeta che, mossa dall'occulta virtù, assorge alle altissime idealità, le quali, appunto perchè altissime, sono vere, popolo e poesia chiamano amore la vita della natura, che in mezzo alla continua mortalità delle forme, rimane sempre la stessa, facendo ringiovanire ogni anno, fra nembi di fiori, quasi vergine sposa, la terra, e nel grido stesso del vorace struzzo che percorre la solinga aridità del deserto, facendoci sentire qualcosa di misterioso, che profondamente ci commuove: insomma, il creato è un volume di sensi luminosi ed arcani, da cui si diffonde una luce maravigliosa, perchè non ancora ne siano stati rotti i sigilli, come un giorno avverrà.

Questa dottrina trova ampia conferma nell'amore, che per la natura ebbero i Santi, riammessi, in Cristo e per Cristo, all'intimo commercio che già tutta quanta ebbe con l'uomo, e che doveva aver sempre, se dalla colpa non fosse stato rotto; ma che in lui (in Cristo) e per lui venne ristorato, riassumendola egli tutta quanta in sè e riportandola al principio sommo, da cui era stata creata, quando nell'uomo, che destinava a suo rappresentante, impresse la propria immagine e somiglianza, e in tutte le altre cose il vestigio della sapienza sua infinita. Perciò scriveva Paolo con ben più nobili e profonde vedute, che non siano quelle della filosofia materialista, ogni cosa creata aspettare ansiosamente la glorificazione degli eletti di Dio, e di essere così svincolata dalla *vanità*, a cui per cagion della colpa venne tutta sottoposta, e sospirare, quasi donna nei dolori del parto, di venir restituita dalla servitù della corruzione alla libertà della gloria de' figliuoli di Dio (*ad Rom.* VIII, 20). Le quali ultime parole il Martini con Agostino commenta come segue: « Non dobbiamo credere che il sentimento di sospirare, o di dolersi, sia negli alberi, ne' legni, nelle pietre, e in tali altre cose: il sospirare e l'essere ne' dolori del parto, dee spiegarsi nel senso, che bramano in certo modo tutte le creature sensibili la loro rinnovazione; e perchè questa dalla perfetta liberazione de' figliuoli di Dio (gli eletti) dipende, quindi è che fino a quest'ora in tale espettazione si affliggono per la differita speranza, e sono come quasi donna gravida, che la fine sospira de' suoi dolori collo sgravarsi del parto. »

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

CAPITULI DECIMIOCTAVI SUMMARIUM

In capitulo decimoctavo, quod incipit: *Posuerat finem sue ratiocinationi,* auctor petit a Virgilio diffinitionem amoris. Quam sibi dat Virgilius, etc., insinuans quomodo obiectum ad extra, scilicet bonum, vel apparens bonum, movet voluntatem; que, mota, revolvit se super specie obiecti apprehensa, et reflectit cum complacentia, et talis reflectio complacens est amor. Ex hoc dicto nascitur auctori unum tale dubium: Si omnis amor est ab extrinseco, quia est immutatio facta ab obiecto quod naturaliter movet potentiam; ergo omnis amor nascitur naturaliter et quasi necessario ab obiecto; et si sic, ergo omnis amor est bonus. Solvit Virgilius tale dubium, asserens quod, licet amor sit ab obiecto in primo motu, quia primus motus, quo anima movetur ab ipso obiecto, non est meritorius nec demeritorius, quia non est in potestate nostra; sed si voluntas, post primum motum, se libere reflectit ad obiectum, quia talis conversio, que dicitur secundus motus, est in potestate nostra, tunc commictitur peccatum vel meritum: et sic solvitur questio. Iam auctor ponit in generali penam accidiosorum, que talis est. Quia accidiosi fuerunt lenti, segnes et pigri ad amandum summum bonum et serviendum ei, ideo hic, in Purgatorio, currunt velocissime et sine aliqua quiete, et currendo dicunt atque plorando: Maria cucurrit cum festinatione ad montaneam Iudee (verba ista sunt scripta Luce primo capitulo); et Cesar cucurrit ad subiugandum Ylerdam (civitatem sic dictam); demum punxit Marsiliam; demum cucurrit ad Hyspaniam. Hec historie habentur in Lucano: videantur in Commento, in quo sunt diffuse posite. Et iterum dicunt: Cito, cito vadamus, ne perdatur tempus propter lentum amorem. Hic invenit auctor unum spiritum unius qui fuit abbas in abbatia Sancti Zenonis in Verona. Deinde auctor ponit duas hystorias, quarum consideratio inducit prudentes ad deponendum accidiam et omnem pigritiam, et amplecti sollertiam et sollicitudinem. Prima hystoria est de populo Israel, pigerrimo ad eundum in Terram promissionis; ymo mortui sunt in deserto quasi omnes, propter ipsorum accidiam pigritiamque. Secunda hystoria est de sotiis Enee, nolentibus sustinere laborem cum Enea, et remanentibus in Cicilia, ut patet in quinto libro Eneydos Virgilii. Hec hystorie diffuse sunt posite in Commento, etc.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

CAPITULUM DECIMUMOCTAVUM

1 Posto havea fine al suo ragionamento
L'alto dottore (1), et attento guardava
Ne la mia vista s' io parea conto (2):
2 Et io, cui nuova sete ancor frugava,
Di fuor taceva, e dentro dicea: Forse
Lo troppo domandar, ch'io fo, li grava.
3 Ma quel padre verace, che s'accorse
Del timido voler (3) che non s'apriva,
Parlando (4), di parlar (5) ardir mi porse.

1 *Posuerat finem suo ratiocinio*
Altus doctor, et attentus respiciebat
In meam faciem si videbar contentus:
2 *Et ego, quem nova sitis adhuc frugabat,*
Extra tacebam, et intra me dicebam: Forsan
Nimium interrogare, quod ego facio, ipsum gravat
3 *Sed ille pater verax, qui perpendit*
De timido velle quod non apparebat,
Loquendo, loquendi audaciam michi porrexit.

(1) Virgilio — (2) chiaro — (3) mio — (4) meco — (5) con lui.

Posuerat finem suo ratiocinio. Posto avea fin al suo ragionamento: istud est decimumoctavum capitulum istius Purgatorii, in [quo], ex quo in superiori capitulo ostendit auctor, quod omnes actus meritorii et demeritorii, omnes virtutes et vitia, omnia ortum habent amore, in isto capitulo intendit purgare vitium accidie, quod similiter oritur cum amore. Et dividitur istud capitulum in quatuor partes. In quarum prima auctor petit a Virgilio definitionem amoris.
In secunda, que incipit ibi:

Tua verba;
Le tue parole,

movetur questio ex solutione dicte petitionis, sive responsione.
In tertia, que incipit

Luna quasi in media nocte tarda;
La luna quasi a mezza notte tarda,

tractatur in generali de pena et purgatione accidiosorum.
In quarta, que incipit ibi:

O gentes, in quibus fervor acutus;
O gente, in cui [fervore] acuto,

tractatur de uno spiritu moderno valde accidioso, [et quomodo] docendo potest corrigi vitium accidie. Quantum ad primum, continuando dicta dicendis, auctor vult scire a Virgilio quid sit amor. Nam talis petitio erat necessaria: quia dixerat quod omnia peccata, etiam virtutes, habebant ortum ab amore: nunc posset dici, Nescio quid est amor; ideo, ut ne quid relinquatur incognitum, vult scire quid sit iste amor, a quo sunt omnia vitia et omnes virtutes. Dicit ergo textus: Posuerat finem suo ratiocinio, idest finierat loqui, nec plura loquebatur, altus doctor, scilicet Virgilius excellens (quia dixerat quomodo omne vitium nascebatur ab amore, et sic omnis virtus moralis), et attentus respiciebat in meam faciem, si videbar contentus, idest si plene michi erat satisfactum de dictis suis, idest si ad plenum intellexeram: et ego, quem nova sitis, idest desiderium, adhuc frangebat, idest urgebat, extra tacebam, et intra me dicebam: Forsan nimium interrogare, quod ego facio, ipsum gravat; idest, novum desiderium sciendi fatigat. Intra auctor forsan disputabat cum ratione, si sibi videbatur, satis bene Virgilium tractasse materiam amoris, et dicebat intra se: Non certe, quia oporteret me scire quid est amor, quod nondum declaratum est. Sed hoc non petebam cum lingua, timens ne nimia petitio mea ipsum gravaret. Per hoc datur doctrina, ne quis nimium gravet doctorem, quando ipse non est dispositus ad respondendum.

—

Attamen Virgilius, perpendens de voluntate Dantis et appetitu Dantis, dixit aliqua verba, per que reddit audaciam

4 Ond'io (1): Maestro, el mio veder s'avviva
Sì nel tuo lume, ch'io discerno chiaro
Quanto la tua ragion porta o descriva:
5 Però ti prego, dolce padre caro (2),
Che mi demostri amore (3), a cui reduci
Ogni buon operar e 'l suo contraro (4).
6 Drizza ver me, disse (5), l'acute luci (6)
Dell'intelletto, e fieti manifesto
L'error de ciechi che si fanno duci (7).
7 L'animo, ch'è creato ad amar presto,
Ad ogni cosa è mobile che piace,
Tosto che dal piacer in acto (8) è desto (9).

4 *Unde ego: Magister, meum videre vivificatur*
Ita in tuo lumine, quod ego discerno clare
Quanto tua ratio portet vel discernat:
5 *Ideo te precor, dulcis pater,*
Quod michi monstres amorem, ad quem reducis
Omne bonum operari et suum contrarium.
6 *Dirige, dixit, versus me acutas luces*
Intellectus, et fiet tibi manifestus
Error cecorum qui se faciunt duces.
7 *Animus, qui est creatus ad amandum celer,*
Ad omnem rem est mobilis que placet,
Statim quod a placere in actu est destus.

(1) o — (2) al. e caro — (3) quell'amore — (4) s. male operare. — (5) Virgilio — (6) dell'intellecto ut sequitur — (7) et ambo in foveam cadunt. — (8) d'amare. — (9) commosso.

auctori loquendi, dicendo: Audacter loquaris. Sed ille pater, verax, qui perpendit de timido velle, scilicet meo, quod non aperiebatur, quia non loquebar, loquendo scilicet sepe, loquendi audaciam michi porrexit, idest ut audacter dicerem illa, que in mente conceperam, licet illa tacerem.

—

Modo auctor, volens interrogare Virgilium, quid sit amor, primo captat benivolentiam, dicens: Unde ego, Magister, idest dixi magistro, meum videre, scilicet percipere, vivificatur, idest fortificatur, ita in tuo lumine, idest in tua doctrina, quod ego discerno clare quantum tua ratio portet, vel discernat: ideo te precor, dulcis pater care, quod michi demonstres amorem, idest declares quid sit amor, ad quem amorem tu reducis omne bonum operari et suum contrarium; idest, omnem operationem virtuosam atque vitiosam asseris ab ipso, scilicet amore, procedere.

—

Modo, quia Virgilius debet solvere difficilem questionem et a diu disputatam, facit auctorem attentum, dicens: Dirige, dixit, scilicet magister, versus me acutas luces intellectus, idest speculationes intellectuales et (reprehendit illos qui male diffinierunt amorem), et erit tibi manifestus error, idest ignorantium, cecorum, qui se dicunt esse doctores aliorum, nec sciunt pro se, qui se faciunt duces, scilicet aliorum.

—

Modo hic est notandum quid sit amor secundum opinionem istius auctoris; quod potest deduci. Animus hominis, sive mens humana, creata est apta nata, celer et prompta, ad amandum, et ad omnem gratam rem est mobilis; idest, statim immutatur ab omni re que placet, idest mutatur, sive movetur. Idest: anima humana, que in primo instanti sui esse nihil noscit, nullam habet notitiam, ymo est sicut tabula rasa in qua nihil est depictum, sicut volunt Aristotiles, commentator et ceteri philosophi, est susceptiva specierum representatarum sibi ab obiecto extrinseco: nam res ad extra mobiles, et audibiles, vel alio modo sensibiles, vel perceptibiles, aliquo sensu exteriori, multiplicant suas species ad potentias extrinsecas; quas species sensus extrinseci presentant sensui communi; sensus vero communis presentat intellectui, semper magis immaterialiter. Tunc ille, sic presentate intellectui, movent ipsum intellectum: intellectus, immutatus ab illis speciebus, reflectit se cum voluntate super illas species, vel cum delectatione vel tristitia, subito, nondum facta deliberatione aliqua; sed solum est ibi apprehensio, quam naturaliter imprimit obiectum, et illa talis prima apprehensio dicitur primus motus: qui primus motus non est in potestate nostra; quia naturaliter in prima apprehensione movetur intellectus ab illis speciebus sic apprehensis, cum aliquali complacentia vel displicentia non deliberata. Tales prime mutationes dicuntur primi motus, quia non sunt in nostra potestate, idest quia non fiunt cum nostra deliberatione, et tales primi motus non sunt meritorii nec demeritorii. Verbi gratia: homo vidit aurum pulchrum. Forma talis, auri intrat per fenestram oculorum tuorum in cameram cordis et in intellectum per modum, quod tu postea cognoscis et amas ipsum aurum etiam absens. Talis species, sive forma, auri, transfusa sic in intellectu et in mente, movet ipsum animum, sive mentem; et tunc mens revolvit se supra illam speciem, seu formam, auri, sic apprehensam, et dissentit, discutit, et de illa capit delectationem. Illa talis reflexio cum illa aliquali delectatione, dicitur et est amor; et illa talis ratiocinatio animi super illa forma, sive specie, auri, quod, licet nunquam videres, quod potest a te amari, dicitur amor. Ita quod amor debet sic inquiri: primo, obiecti species, intrinsece apprehensi ab intellectu, movet ipsum intellectum; demum in brevi spatio intellectus reflectit se super illam speciem sic apprehensam, que naturaliter est placibilis vel displicibilis, idest naturaliter est causativa complacentie vel displicentie; talis reflexio animi, sive mentis, est amor. Tunc ad textum.

Animus qui est creatus ad amandum celer, idest promptus, idest aptus natus, ad omnem rem est mobilis, idest inclinabilis, que placet, statim quod a placere, idest a placito, sive a re que placet, in actu est [destus], idest excitatus, sive immutatus.

—

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

8 Vostra apprensiva (1) da esser verace (2)
Trahe intention, e dentro a voi la spiegha,
Sì che l'animo ad essa volger face.
9 E, se, rivolto, inverso lei (3) si piegha,
Quel piegar è amor, quel è natura
Che per piacer di nuovo in voi si lega.
10 Poi come 'l fuoco muovesi in altura,
Per la sua forma ch' è nata a salire
Là dove più in sua materia dura (4);
11 Così l'animo preso (5) entra in desire,
Ch' è moto spirital, già mai non posa
Finchè la cosa amata el fa gioire (6).
12 Hor ti puote apparir quant'è nascosa
La verità alla gente ch'avvera (7)
Ciascun amor in sè (8) laudabil cosa:
13 Però che forse appar la sua matera (9)
Sempre esser buona; ma non ciascun
[segno (10)]
È buon, ancor (11) che buona sia la cera (12).
14 Le tue parole e 'l mio seguace ingegno,
Rispos'io lui (13), m'hanno amor discoverto;
E ciò m'ha facto di dubiar più pregno:

8 *Vestra apprehensiva ab esse veraci*
Trahit intentionem, et intra vos illam explicat,
Ita quod animum ad illam volvere facit.
9 *Et, sic, conversus, versus ipsam plicatur,*
Illud placere est amor, illud est natura
Que propter placere de novo in vobis ligatur.
10 *Postea sicut ignis movet se in altum,*
Propter suam formam que nata est ad ascendendum
Ubi plus sua materia durat;
11 *Ita animus apprehensus intrat [in] desiderium,*
Quod est motus spiritualis, et nunquam quiescit
Quousque res amata facit illum gioire.
12 *Nunc tibi potest apparere quantum est absconsa*
Veritas genti que verificat
Quemlibet amorem in se laudabilem rem:
13 *Ex eo quia forsan apparet sua materia*
Semper esse bona; sed non quodlibet signum
Est bonum, quamquam bona sit cera.
14 *Tua verba et meum sequax ingenium,*
Respondi ad eum, michi amorem discooperuerunt;
Sed hoc me fecit ad dubitandum magis pregnantem:

(1) potentia — (2) da Dio — (3) al. inver di lei — (4) persevera — (5) philocapto — (6) rallegrare — (7) verifica — (8) essere — (9) la cosa amata — (10) suggello — (11) benchè — (12) che è la sua materia — (13) a Virgilio.

Vestra apprehensiva, idest virtus que apprehendit, mens scilicet, ab esse veraci, idest a vera essentia, que est extrinsecus, idest a re, sive subiecto, trahit intentionem, [et intra vos illam explicat], sive splicat, ita quod animum ad illam, scilicet speciem apprehensam, volvere, idest reflectere, facit et sic conversus, scilicet animus, versus ipsam, scilicet speciem apprehensam, plicatur, idest inclinatur, cum complacentia. Illud placere, idest inclinare, cum complacentia, est amor: illud est a natura, que propter placere in vobis ligatur.

—

Postea, sicut [ignis] se movet in altum propter suam formam, que forma ignis trahit ipsum sursum, que nata est ad ascendendum, idest ad illum locum, scilicet ad speram ignis ipsius, ubi plus in sua materia durat, idest conservatur (vult enim Aristotiles, in quarto Ethicorum, tractatu De loco, quod locus naturaliter necdum continet locatum, sed etiam est conservativus ipsius. Efficacia amoris et natura eius (ingenerare desiderium); ita animus apprehensus, sive immutatus sic, intrat [in] desiderium, quod, scilicet desiderium, est motus spiritualis, quia non apparet extrinsecus, sed est mentalis, et nunquam quiescit donec perveniat ad obtinendum rem amatam; et nunquam [quiescit] quousque res amata facit ipsum gioire, idest zoire, sive iocundari.

—

Nunc tibi potest apparere, idest potest esse notum per ea que dixi, quantum est absconsa veritas genti, que verificat, idest autenticat pro vero, quemlibet amorem in se laudabilem rem, scilicet esse: ex eo quia forsan apparet sua materia semper esse bona, sed non quodlibet signum est bonum quamquam bona sit cera. Idest: potest esse tibi notum quod illi, qui dixerunt omnem amorem esse bonum, non bene dixerunt nec verum; et movebantur ex hoc, quia omnis amor erit de re bona, quia omne ens est bonum et omnis res est bona: nam licet omnis res sit bona quantum ad essentiam, tamen circumstantie variant multum. Bene verum est, quod omnis res est bona, vel apparens bonum; et sic est quod obiectum voluntatis est bonum, vel apparens bonum. Preterea, etiam modus amandi et quantitas amoris, potest facere amorem bonum et etiam malum. Verbi gratia: licet cera sit bona et bene apta ad suscipiendum impressionem sigilli, sigillum posset esse non pulchrum; et sic impressio non esset pulchra. Vel adhuc: dato quod sigillum esset pulchrum et cera esset bona, adhuc homo posset male imprimere tortuose, vel ponendo partem superiorem in inferiorem, vel e converso; et sic signum non esset bonum, quia non bene factum, licet cera sit bona et bene temperata ad susceptionem. Similiter potest evenire: esto quod res amata appareat bona, et non sit talis, amor quo amatur huiusmodi res, non esset laudabilis. Similiter: esto, quod res amata esset bona, tamen posset amari ultra debitum, vel nimis quam sit debitum; et sic adhuc talis amor non est laudabilis.

—

Tua verba et meum sequax ingenium. La tua parola e tuo sequace ingegno: hec est secunda pars huius capituli, in qua auctor movet questionem, que oritur ex solutione supradicte questionis, vel ex declaratione supradicti dubii. Que questio talis est. Tu, scilicet Virgili, dixisti michi, quod animus recipit speciem rei intra se secrete, qui se revolvit supra ipsam speciem cum delectatione aliquali, et quod talis reflexio est amor; qui amor est causa omnis virtutis, et sic omnis vitii. Si sic est, que est causa mei peccati? quam culpam habeo ego igitur, si sum vitiosus? vel quam laudem mereor, si sum virtuosus? Nam tu presupponis quod omnis amor venit de foris, et anima non movetur aliunde nisi ab amore, nec movetur alio pede quam pede amoris; et sic vitia et virtutes non sunt in potestate nostra, et sic anima non meretur nec demeretur.

Tua verba et meum simplex ingenium, respondi ad eum, michi amorem discooperuerunt, idest declaraverunt quid est amor: sed hoc me fecit ad dubitandum magis pregnantem; quia si amor est extra nos oblatus, idest de foris venit et causatur, et anima non vadit cum alio pede, idest non operatur nisi cum amore, si recte vel indirecte vadit, idest si bene vel male operatur, non est suum meritum, idest non debet sibi imputari.

—

Et ipse ad me, scilicet dixit: Quantum ratio hic videt, respondet Virgilius dicens, quantum ratio naturalis potest comprehendere, scilicet per scientiam humanam, dicere tibi possum ego: ultra hoc, idest ubi ratio non sufficit, expecta solum a Beatrice declarari, quia est opera, sive opus, fidei.

—

Omnis forma substantialis: hic est notandum propter verba auctoris, ponentis animam intellectivam esse sectam, idest separatam, a materia, quod, secundum Aristotilem, in secundo De anima et etiam in tertio, gradus anime sunt tres, sive triplex est anima: scilicet vegetativa, que solum est in plantis; sensitiva, que est in omnibus animalibus; et ille due anime educuntur de potentia materie et fiunt de materia nec sunt separate a materia, et sunt mortales cum corporibus et deficiunt cum ipsis: tertia anima est rationalis, que non educitur de potentia materie, nec corruptibilis est ad corruptionem sui corporis. Illa venit de foris; fit ex nihilo; creatur sine materia ex qua: tamen infunditur in corpore, sive in materia, et est unita materie, sive corpori, et, mortuo corpore, ipsa anima intellectiva recedit et separatur a corpore, tamquam res incorruptibilis a corruptibili, sicut dicit Aristotiles tertio De anima, ubi sic inquit: De parte autem anime intellective, videtur alterum genus esse anime, et separari tamquam incorruptibile a corruptibile. Omnis igitur anima intellectiva, secta, idest separata, a materia, idest non facta ex materia nec de eius potentia, licet sit unita materie, habet in se quamdam virtutem specificam collectam, que

15 Chè [se] amor è a noi di fuor offerto,
E l'anima non va con altro piede,
Se (1) dritta o torta va, non è suo merto.
16 Et elli a me: Quanto ragion (2) qui vede
Dir ti posso; da indi in là m'aspecta
Pur a Beatrice, ch' è opra di fede.
17 Ogni forma sostantial che secta
È da (3) materia, et è con lei unita,
Specifica virtù, à 'n sè collecta,
18 La qual senz'operar non è sentita,
Nè si dimostra ma (4) che per effecto,
Come per verdi frondi in pianta vita.
19 Però, là onde vegna l'intellecto
De le prime notitie, homo non sape,
Et è prima appettibile l'effecto,
20 Che son in voi, sì come studio in ape
Di far lo mele; e questa prima vogla
Merto di lode o di biasmo non cape.
21 Hor, perch'a questa ogn'altra si raccogla,
N' è la virtù innata che consigla,
Et è l'assenso di tener la sogla.
22 Quest'è 'l principio, là onde si pigla
Ragion di meritar in voi, secondo
Che buoni e rei amor accogle e vigla.

15 *Quia si amor est extra nobis oblatus,*
Et anima non vadit cum alio pede,
Si recte vel indirecte vadit, non est suum meritum.
16 *Et ipse ad me: Quantum ratio hic videt*
Dicere tibi possum ego; ultra hoc expecta
Solum a Beatrice, quia est opera fidei.
17 *Omnis forma substantialis, que est secta*
Et habet materiam, et est cum ipsa unita,
Specificam virtutem habet in se collectam,
18 *Que sine operatione non sentitur,*
Nec ostenditur nunquam nisi per effectum,
Sicut per virides frondes in planta viva.
19 *Ergo, unde veniant intellectus*
Primarum noticiarum, homo non scit,
Et est primo appetibilis affectus,
20 *Que sunt in nobis, sicut studium in apibus*
Ad faciendum mel; et ista prima voluntas
Meritum laudis vel vituperii non capit.
21 *Omnis alia recolligitur super ista,*
Innata virtus que consulit
Et habet assensum retinendi introytum.
22 *Et istud est principium, unde sumitur*
Causa merendi in vobis, secundum
Quod bonos et pravos amores accolligit et distinguit.

(1) adunque — (2) senza fede — (3) al. di — (4) se non.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

23 Color che ragionando andar al fondo,
S'accorser d'esta innata libertate,
Però moralità lasciaro al mondo.
24 Onde poniamo che di necessitate
Surga ogni amor che dentro voi s'accende,
Di ritenerlo è in voi la potestate.
25 La nobile virtù Beatrice intende
Per lo libero arbitrio, e però guarda
Che l'abbi a mente, s'a parlar ti prende.

23 *Illi qui ratiocinando iverunt ad fundum,*
Perpenderunt de ista innata libertate,
Ideo dimiserunt mortalitatem mundo.
24 *Unde ponamus quod de necessitate*
Surgat omnis amor qui intra vos accenditur,
Retinendi illum in vobis est potestas.
25 *Nobilem virtutem Beatrix intelligit*
Per liberum arbitrium, et ideo cave tibi
Quod habeas in mente, si ad loquendum te appre-
[hendit.

virtus non cognoscitur nisi per suos effectus: sicut vita plante cognoscitur, quia tenet folia plante virida et virides facit ramos. Ab ista virtute proveniunt primi motus et prime notitie: sed quomodo proveniant intellectus primarum notitiarum, sive primi motus, cum difficultate potest sciri. Aliqui tamen crediderunt, animam intellectivam, sive humanam, educi de potentia materie, et mori et deficere cum corpore, sicut Epycuri, qui videbantur adherere verbis Salomonis in libro Ecclesiastes dicentis: Unus est interitus hominum et iumentorum, et equa utriusque conditio. Sed qui taliter volunt dicere, attendant verba, que sunt dicta ad concionem, et quod sicut concionator loquutus est ibi Salomon, non sicut veritatem determinans. Unde etiam isti appetitus veniant, difficile est sciri; qui primi appetitus sunt in nobis causa productionis multorum operationum, sicut est studium in apibus ad faciendum mel. Vult dicere auctor, quod a nostra forma specifica, idest ab anima, proveniunt primi motus in nobis: que anima, immutata ab obiecto extrinseco, subito producit quamdam complacentiam vel displicentiam de ipso obiecto, naturaliter, absque deliberatione sive electione, sicut a forma apium provenit appetitus faciendi mel: et tales primi motus in nobis non merentur laudem nec vituperium. Sed super omnes istos primos motus est in nobis hominibus innata virtus, que virtus habet assentire et dissentire istis primis motibus: que virtus dominatur hiis primis motibus, quibus potest precipere, vel potest consentire hiis primis motibus et dissentire. Ab ista virtute et eius operibus proveniunt omnes [actus] meritorii et demeritorii, quia ista habet libertatem consentiendi vel dissentiendi; et ista virtus communiter vocatur liberum arbitrium: et sic theologi vocant. Ita etiam philosophi, qui composuerunt moralitatem et fecerunt libros morales, euntes et perquirentes usque ad fundum, idest subtilissime inquisierunt de rebus, sic eam virtutem vocaverunt liberum arbitrium. Et ideo, posito quod de necessitate naturali primitus surgat omnis amor, de quo dictum est, quia in nobis hominibus fit et consurgit, retinere talem amorem, idest complacentiam talis obiecti, est in nostra potestate, quia possumus illum amorem retinere et abiicere. Ideo licet primi motus non sint in nostra potestate quoad ipsorum eventum primum, tamen illos retinere et in illis delectari est in nostra potestate et libertate: quam libertatem theologi vocant liberum arbitrium. Tunc ad textum sic.

Omnis forma substantialis, que est secta, idest separata, scilicet a materia, idest anima humana, et habet materiam et est cum ipsa unita, specificam virtutem habet in se collectam, idest innatam; que, scilicet virtus, sine operatione non sentitur, idest cognoscitur, nec ostenditur unquam nisi per effectum, sicut per virides frondes in planta vita. Quomodo scimus quod arbor sit viva? Quia videmus frondes virides. Primi igitur motus non sunt in nostra potestate, quia aliquando homo cogitat quod nullo modo vellet cogitare, et dolet cogitare; sed si in talibus primis motibus homo capit delectationem et deliberat super illis, tunc provenit meritum vel demeritum. Si dicatur que est causa quod apes faciunt mel, et non vespa vel musca, certe non melior assignatur causa, vel ratio, nisi quod forma specifica apium dedit apibus virtutem faciendi, et quod nulli alie speciei. Ergo unde veniat intellectus primarum notitiarum, homo nescit (nisi quia dicendum est quod veniat a nostra forma specifica), et unde sint primi affectus, et est primo appetibilis affectus; que, scilicet prime notitie, sunt in nobis sicut studium in apibus ad faciendum mel: et ista prima voluntas meritum laudis vel vituperii non capit, idest recipit; nam ista voluntas non meretur. Nunc ad istam, scilicet primam voluntatem, omnis alia recolligitur, omnes alie fundantur super ista, innata virtus, que consulit et habet assensum retinendi introytum. Idest: innata virtus liberi arbitrii, habet potestatem retinendi, idest consentiendi et dissentiendi: istud est principium, idest liberum arbitrium, unde, idest a quo, sumitur causa merendi, idest potentia, in vobis, secundum quod bonos et pravos accolligit et distinguit amores, idest secundum quod homines permictunt se dirigi a bono vel malo [a]more.

Illi qui, ratiocinando, idest per rationem inquirendo, iverunt ad fundum, idest habuerunt profundas ymaginationes, sive investigationes, idest omnes magni philosophi et morales, qui cognoverunt virtutem rerum, per rationem naturalem investigando, omnes perpenderunt de ista innata libertate, idest diviserunt, idest composuerunt libros scriptos, de ipsa moralitate, ubi scripserunt de virtutibus et vitiis, asserentes quod virtus meretur premia, et vitia penas: ideo mortalitatem dimiserunt mundo.

Unde ponamus quod de necessitate surgat omnis amor (quod tamen non est verum, adhuc hoc non preiudicat libero arbitrio), qui inter nos accenditur, retinendi illum in vobis est potestas.

Nobilem virtutem, scilicet hanc, Beatrix, scilicet Theologia, intelligit per liberum arbitrium; et ideo cave tibi,

26 La luna, quasi a mezza nocte tarda,
Facea le stelle a noi parer più rade,
Facta com'un scheggion che tutto s'arda;
27 E correa contra 'l ciel, per quelle strade
Che'l sol infiamma allhor che quel da Roma
Tra Sardi e Corsi el vede quando cade (1);
28 E quell'ombra gentil, per cui si noma
Cortese più che nulla mantovana,
Del mio carchar dispost'havea la soma.
29 Perch'io quella ragion ch'aperta e chiara
Sovra le mie question havea ricolta,
Stava com'huom che sonnolento vana.
30 Ma questa sonnolenza mi fu tolta
Subitamente da gente, che dopo
Le nostre spalle a noi era già volta.
31 E qual [Ismeno già vide ed Asopo]
Lungo di sè di nocte [furia e calca],
Purch'e Theban [di Bacco havesse uopo];
32 Tale per quel giron suo passo falca,
Per quel ch'io vidi di color, venendo,
Cui buon voler amor giusto cavalca.

(1) si corcha.

26 *Luna, quasi in media nocte tarda,*
Faciebat stellas nobis apparere rariores,
Facta sicut magnum scheggium;
27 *Et currebat contra celum, per illas stratas*
Quas sol inflammat tunc quando ille de Roma
Inter Sardos et Corsos illum videt quando occidit;
28 *Et illa umbra gentilis, per quam nominatur*
Piectola plus quam villa mantuana,
Mei oneris deposuerat salmam.
29 *Ex quo ego illam rationem apertam et planam*
Super meas questiones habebam recollectam,
Stabam sicut homo qui sompnolentus vanus vadat.
30 *Sed ista sompnolentia fuit michi sublata*
Subito a gentibus, que post
Nostros humeros ad nos erat iam conversa.
31 *Qualem Ysmeon iam vidit et Asopus,*
Prope se de nocte furiam et pressuram,
Dummodo Thebani de Bacho haberent indigentiam
32 *Talis per illum gyronem calcant suum passum,*
Propter illud quod ego vidi tunc, gentes, veniendo,
Quas bonum velle et iustus amor equitat.

idest sis cautus et memor quod habeas hoc in mente, si ad loquendum te apprehendat idest, ipsa declarabit melius de hac materia.

Luna quasi in media nocte. La luna quasi in mezza notte: hec est tertia pars huius capituli, in qua ponitur pena in genere accidio[so]rum; que est ista. Isti spiritus, qui peccaverunt in accidia, vadunt currendo velocissime atque clamando ita, quod in dicto et facto ostendunt sollicitudinem. Et merito, quia contraria contrariis curantur: ideo, si tu fuisti piger et lentus in faciendo bonum, iam sis sollicitus; si fuisti sompnolentus, iam vigila, sis sollicitus et aptus: et iste est modus purgandi accidia[m], que est una pigritia. Primo tamen auctor ponit, sive describit, tempus quo tunc erat, quando invenit istos spiritus sic currentes; et dicit quod luna erat ita clara et luminosa circa mediam noctem, et auferebat lucem ab aliis stellis vicinis sibi, raris, (idest obfuscabat eas, sive [non] permictebat lumen suum, sive earum, bene apparere, ideo stelle videbantur rariores), quod ipsa luna videbatur facta sicut scheggion[um] idest separium, sive videbatur sicut lampas ardens que dirigit navigantes: ita luna dirigebat nos. Nota quod illi qui sunt Rome, que Roma situata est inter meridiem et occidentem, quando sol occidit, vident ipsum solem ad occasum ire quasi inter Sardiniam et inter Corsicam, idest insulas.

Luna, quasi in media nocte tarda, faciebat stellas nobis apparere rariores, facta sicut unum magnum scheggionum, sive separium, sive lampas ardens, quod totum ardebat et currebat contra celum per illas stratas, quas sol inflammat, tunc quando ille de Roma inter Sardos et Corsos illum, scilicet solem, videt quando occidit; et illa umbra gentilis, scilicet Virgilii, per quam, idest propter quam, Piectola, idest villa sic vocata, [nominatur] plus quam villa mantuana, mei oneris disposuerat salmam, scilicet satisfaciendo meis interrogationibus in suis pulchris dictis et responsionibus. *Mei oneris:* idest petitionum mearum. Nota quod prope Mantuanam ad unum milliare est una villa, sive unum rus, vocatur Piectola, et in illo rure natus fuit Virgilius; ideo per illud rus, scilicet Piectola, plus nominatur Mantua, et maiorem famam habet, propter Virgilium natum in eo, quam propter aliquod aliud rus mantuanum.

Ex quo ego illam rationem apertam et planam, idest responsionem Virgilii, super meas questiones habebam collectas, stabam sicut homo qui sompnolentus vanus vadit. Vanus, quia iam sompnescebat, et quia stabat ut piger. Denotat hic modum accidiosi, qui quam cito quidquid parum facit (denotat hic modum accidiosi), vult quiescere. Figurat hic in se accidiam.

Sed ista sompnolentia fuit michi sublata (ostendit auctor festinantiam harum [gentium] comparative: ibant per illum modum quo ille de Thebis) subito a gentibus, que post nostros humeros ad nos iam erant converse.

Nota quod prope Thebas fluunt duo flumina, quorum unum vocatur Ismeon, aliud Asopus, super quorum ripas

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

33 Tosto fur sopra noi, perchè, correndo,
Si mosse (1) tutta quella turba magna;
E due dinanzi gridavan piangendo:
34 Maria (2) corse con fretta alla montagna;
E Cesare, per soggiogare Ylerda,
Punse Marsilia, e poi corse in Yspagna.
35 Rapto, rapto, che 'l tempo non si perda
Per poco amor, gridavan gl'altri appresso;
Che studio di ben far gratia rinverda.
36 O gente, in cui fervor acuto adesso
Ricompie forse negligentia e indugio
Da voi per tepidezza in ben far [m]esso,
37 Questi che vive, e certo io non vi bugio (3),
Vuol andar su, più che 'l sol ne reluca;
Però ne dite ond'è presso 'l pertugio.

(1) al. muove — (2) Vergine — (3) dico bugia.

33 *Cito fuerunt supra nos, quia, currendo,*
Movetur tota illa turba magna;
Et duo clamabant ante plangendo:
34 *Maria cucurrit cum festinantia ad montaneam:*
Et Cesar, propter subiugare Ylerdam,
Punxit Marsiliam, et postea cucurrit in Hyspa-
[niam.
35 *Cito, cito quod tempus non perdatur*
Propter paucum amorem, clamabant alii prope;
Quia studium bene faciendi gratiam rinverdat.
36 *O gentes, in quibus fervor acutus nunc*
Recomplet forsan negligentiam et dilationem
A vobis per tepiditatem in bene faciendo obmissam,
37 *Iste qui vivit, et certe ego non bugio vobis,*
Vult ire sursum, quousque sol nobis relucet;
Ideo nobis dicatis unde est prope pertugium.

de nocte solebant currere homines et mulieres Thebani, quando erat magna siccitas et carentia pluviarum, turmatim, clamando et invocando Bachum, scilicet deum vini; et currebant furiosi sicut currunt ebrii; et sic supplicando sperabant Thebani, quod Bachus subveniret eis de vino, et etiam de pluvia; de quo vino habebant indigentiam. Qualem Ismeon, flumen sic dictum, iam vidit, [et] Asopus, flumen aliud sic vocatum (flumina sunt prope Thebas), prope de se nocte furiam et pressuram, vel congeriem, ex quo Thebani de Bacho haberent indigentiam; talis per illum gyronem calcant suum passum, propter illud quod ego vidi tunc, gentes, veniendo, quas bonum velle et iustus [amor] equitat, idest commovet, vel velociter ire facit, sive impellit. Isti sunt spiritus qui fuerunt valde accidiosi, pigri: modo habent bonum velle et iustum, idest plenum amorem, non sompnum, idest vacuum; ideo sic currunt velociter et clamant. De modo currendi Thebanorum, ut dictum est, tangit Statius in suo libro Thebaydos.

Cito fuerunt supra nos, quia currendo move[ba]tur tota illa turba magna (turba; quia multi sunt, et maxime in sacerdotibus et Ecclesie prelatis, qui sunt magna turba, idest multi, pigri), et duo ante clamabant plangendo, laudando scilicet illos qui non fuerunt pigri sed solliciti.

Et dicunt de duobus: primo, de gloriosa Virgine Maria, matre domini nostri Iesu Christi, que, ut habetur Luce primo capitulo, quam cito fuit salutata ab angelo Gabriele et impregnata de Spiritu Sancto, et audivit a Gabriele, quod Elisabeth, uxor Zaccarie, que habitabat in montana Iudee, erat pregnans sex mensibus, subito cucurrit ad montanam Iudee ad visitandum Sanctam Elisabeth. Dicunt isti etiam, qui sic hic currunt (ut ponit Lucanus, Cesar postquam habuit victoriam in bello Perhematico et expulerat Pompeium, non fuit impiger; sed cucurrit ad subiugandum Ylerdam, civitatem sic dictam, que erat sibi rebellis, pugnavit contra Marsiliam, civitatem in provintia Provintie, et postea ivit ad Hyspaniam, ubi erant tres duces pompeiani, ad espugnandum eos, ne demicteret eos post terga. Cesar fuit recte inimicus accidie, fuit valde sollicitus. Semper dicebat militibus: Venite; nunquam dixit: Ite: Maria cucurrit cum festinantia ad montanam, et Cesar, propter subiugare Ylerdam, punxit Marsiliam, et postea cucurrit in Yspaniam.

Cito, cito, quod tempus non perdatur propter paucum amorem, clamabant alii prope; quia studium benefaciendi, gratiam rinverdat, idest virificat, sive viridem facit.

O gentes, in quibus. O gente, in cui: hec est quarta pars huius capituli, in qua tractatur de uno spiritu moderno multum accidioso. Ad intelligendum textum illum, notandum est, quod in civitate Verone est una abbatia solempnis et dives valde, et vocatur abbatia Sancti Zenonis, quia in ea sepultum est corpus Sancti Zenonis. Sanctus Zeno fuit episcopus veronensis, sanctus homo; et ultra sanctitatem habuit bonam scientiam, et composuit octo volumina librorum, et inter illos libros composuit unum librum, in quo tractavit optime de accidia et avaritia. De isto Sancto Zeno, vel Zenone, dicit Gregorius in suo Dialogo, quod huius antistitis tempore, flumen Adicis, sic vocati, quod fluit per civitatem Verone, crevit in tantum, quod magnum diluvium fecit in civitate; tamen propter orationem Sancti episcopi Zenonis, cum aqua supercresceret usque ad fenestras domorum, aqua non intravit per fenestras etiam apertas. Iste spiritus, qui hic loquitur, fuit spiritus cuiusdam abbatis, qui fuit abbas istius monasterii Sancti Zenonis in Verona. Hic abbas, dictus Ioseph, et fuit filius domini Alberti, Verone domini, fuit magnanimus et notabilis homo, sed fuit valde accidiosus. Nota quod, tempore istius abbatis, Fredericus, rex Cicilie et Imperator, inimicabatur Ecclesie, et maxime persecutus fuit dominum Alexandrum tertium, quem oportuit fugere vagum et profugum per mundum; unde ipse fuit in Frantia, et ad Frantiam properavit se Fredericus Imperator, ut inde fugaret Papam. Et vadens per Lombardiam, venit Mediolanum, amicam Ecclesie et Pape, et obsedit Mediolanum. Tandem cepit, et, muris civitatis destructis, fecit ipsum Mediolanum arari. Iterum notandum est, quod tempore auctoris, vel modicum ante, fuit in dicto monasterio Sancti Zenonis de Verona abbas unus, vocatus Albuiñus, filius spurius domini Mastini de la Scala, qui cum esset spurius, fuit pravus, inhonestus, meretricator, et pexime tractavit abbatiam. Unde sicut erat spurius, erat etiam claudus; et sicut erat claudus corpore, sic etiam erat claudus mente. Istis sic dictis, ad textum revertamur, ubi Virgilius captat benivolentiam ab istis spiritibus, cum quibus loquitur, quibus petit ut ipsi doceant eum viam ad eundum in alium circulum.

O gentes, in quibus favor acutus (acutus, supple, est nunc, ubi prius erat tepidus) nunc recomplet, idest perficit, sive restaurat, forsan negligentiam et dilationem a vobis per tepiditatem in faciendo obmissam, iste, scilicet Dantes, qui vivit, et certe ego vobis non *vi bugio*, idest non mentior, vult ire sursum quousque sol nobis relucet; unde nobis dicatis, unde est proprie pertugium, idest foramen, vel transitus.

Verba fuerunt ista mei ducis; et unus de illis spiritibus dixit: Veni retro nos, reperies bucum, idest foramen.

Nos sumus voluntatis ita pleni ad movendum nos, quod firmare non possumus, idest quiescere nos. Ideo parcas, si felloniam, idest contumeliam, nostra iustitia tenet. Quasi dicat: I[u]ste facimus istam sceleritatem; ideo non debet putari rusticitas.

Modo iste spiritus, qui loquitur, describit se a sua dignitate, dicens: Ego sum abbas in Sancto Zenone Verone, sub imperio boni Barbarusse, idest Frederici, de quo dolens adhuc Mediolanum ratiocinatur, quod Mediolanum funditus destruxit ipse Barbarussa.

Et talis iam habet unum pedem, idest dominus Mastinus, intra foveam, idest sepulturam, quia erat valde antiquus, cito planget illud, scilicet monasterium, et tristis erit habuisse potentiam, idest faciendi filium suum abbatem in illo, qui fuit peximus homo et malus abbas. Quia suus filius male de corpore integer, quia erat claudus, et de mente peius, quia pravus homo fuit, qui male natus est, qui erat spurius, posuit in locum sui pastoris veri, qui[a] fecit ipsum fieri abbatem.

Ego nescio si plura dixit vel tacuit, tantum erat iam ultra nos transcursus, idest tantum transierat ultra nos; sed hoc intellexi, et retinere, supple in memoria, michi placuit.

Et ille, qui erat michi ad omnem necessitatem succursus, dixit: Volve te huc; videas duos venire dando accidie de morsu.

38 Parole furon queste del mio duca;
Et un di quelli spirti disse: Vieni
Dirieto a noi, e troverai la buca.
39 Noi siàn di vogla a muoverci sì pieni,
Che restar non potem; però perdona,
Se villania nostra iustitia tieni (1).
40 Io fui abbate in San Zeno a Verona,
Sotto lo 'mperio del buon Barbarossa,
Di cui dolente ancor Milan ragiona.
41 E tal ha già un piede intr'alla fossa,
Che tosto piangerà quel ministero,
E tristo fia d'haver havuto possa;
42 Perchè suo figlo, mal del corpo intero (2)
E de la mente peggio (3), e che mal nacque,
Ha posto in loco di suo pastor vero.
43 Io non so se più disse, o pur si tacque,
Tant'era già di là da noi transcorso;
Ma questo intesi, e ritener mi piacque.
44 E quei (4), che m'era ad ogni huopo soccorso,
Disse: Volgeti 'n qua, vedine due
Venire dando all'accidia di morso.

(1) reputi — (2) sano — (3) intero che del corpo — (4) Virgilio.

38 *Verba fuerunt ista mei ducis;*
Et unus illorum spirituum dixit: Veni
Retro nos, et reperies bucum.
39 *Nos sumus voluntatis ita pleni ad movendum nos,*
Quod nos firmare non possumus; ideo parcas,
Si villaniam nostra iustitia tenet.
40 *Ego fui abbas de Sancto Zenone in Verona,*
Sub imperio boni Barbarusse,
De quo dolens adhuc Mediolanum ratiocinatur.
41 *Et talis iam habet unum pedem intra foveam,*
Qui cito planget illud monasterium,
Et tristis erit habuisse potentiam;
42 *Quia suum filium, male de corpore integrum,*
Et de mente peius, et qui male natus est,
Posuit in locum sui pastoris veri.
43 *Ego nescio si plura dixit, vel tacuit,*
Tantum erat ultra nos transcursus;
Sed hoc intellexi, et retinere michi placuit.
44 *Et ille, qui michi erat ad omnem necessitatem suc-*
Dixit: Volve te huc, videas duos *[cursus,*
Venire dando accidie de morsu.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

45 Dirieto a tutti dicean: Prima fue
Morta la gente (1), a cui el mar (2) s'aperse,
Che vedesse Iordan (3) l'erede sue;
46 E questa (4), che l'affanno non sofferse
Infino al fine col figluol (5) d'Anchyse,
Sè stessa a vita (6) senza gloria offerse.
47 Poi quando fur tanto da noi divise
Quell'ombre, che veder più non potersi,
Nuovo pensiero (7) dentro a me si mise,
48 Del qual più altri (8) nacquero e diversi;
E tanto d'uno (9) in altro vaneggiai,
Che gl'occhi per vaghezza ricopersi,
E 'l pensamento in sogno transmutai.

45 *Retro omnes dicebant: Prius fuit*
Mortua gens, cui mare se apperuit,
Quam videret Iordanis heredes suos;
46 *Et illa, que laborem non sustulit*
Usque ad finem cum filio Anchisis,
Se ipsam vita sine gloria privavit.
47 *Postea quando fuerunt a nobis tantum divise*
Ille umbre, que videri non poterant,
Novum cogitamen intra me est immissum,
48 *De quo plura alia nata sunt et diversa;*
Et tantum de uno in aliud vanegiavi,
Quod oculos propter cupiditatem clausi,
Et cogitamen in sompnum transmutavi.

(1) israelitica — (2) Rosso — (3) fiume in terra di Promissione — (4) gente troyana — (5) Enea — (6) otiosa — (7) al. pensier dentro da me — (8) pensieri — (9) pensiero.

Retro omnes dicebant: Prius fuit mortua gens, cui mare, scilicet Rubeum, [se] aperuit, quam videret Iordanis heredes suos, idest sui heredes viderent Iordanem.

Nota hic quod auctor loquitur de populo Israel, qui exivit de Egypto sub ducatu Moysis, cui populo mare Rubeum se aperuit, ut populus libere transiret, ut habetur Exodi decimoquarto capitulo: et quia iste populus fuit incredulus sepe Deo, et piger ad omnia facien.dum, moriebatur totus, preter Iosue et Caleph, quorum heredes pervenerunt, post quadraginta annos ab exitu Egypti, ad fluvium Iordanis sub ducatu Iosue.

Et illa, scilicet gens, que laborem non sustulit usque ad finem cum filio Anchisis, idest Enea, seipsam vita, sine gloria, privavit. Nota quod, ut habetur in fine quinti Eneydos Virgilii, multi de sotiis Enee remanserunt in Cicilia, [alii iverunt] ad partes Rome; et ideo illi qui remanserunt in Cicilia non meruerunt gloriam illam, quam habuerunt illi qui secuti sunt Eneam. Nam heredes sunt successores eorum, qui secuti sunt Éneam, [et] fecerunt Romam, quod fuit ad magnam gloriam proavorum suorum.

Postea quando fuerunt a nobis tantum divise ille umbre, quod videri non poterant, novum cogitamen intra me est immissum, de quo plura alia nata sunt et diversa; et tantum de uno in aliud vanegiavi, idest implicatus fui cogitando, quod oculos propter cupiditatem clausi, quod cogitamen in sompnium transmutavi, idest sopitus fui.

IL CUORE RADICE DEL PENSIERO

Compie in questo canto il Poeta la trattazione che dell'amore cominciò nel precedente; trattazione che sempre ci sorprese per la profondissima dottrina metafisica che inchiude. I più di noi, nominando l'umano spirito, l'unico concetto che ne abbiamo è quello di un'attività intelligente e libera, creata ad apprendere e operare; e la comune di coloro che si chiamano filosofi, si restringe a spiegare come da queste due sue principali potenze le altre secondarie derivino, e il modo che seguono nell'operare. Ma se l'umano spirito è unità, unità per partecipazione e somiglianza dell'unità somma ed infinita, di cui è fattura per creazione, v'ha da essere una primissima radicalità, in cui e per cui se ne inizii la vita, la quale di poi per le varie sue potenze si svolge e manifesta. Questa radicalità per noi, come per il Poeta, è il cuore, o che è lo stesso, l'amore; e l'amore nella creatura è intelligente, conscio a sè di sè stesso, donde la voce, si propria, di coscienza, a significare il possesso che l'umano spirito nell'unirsi al corpo piglia di sè e si fa a sè di sè stesso consciente. Il qual principio, da cui nasce ogni sua intelligenza ed energia ad operare, ed in cui ogni suo pensiero e proposito si feconda, si dilata, si estende senza confini, dall'Alighieri venne espresso nella terzina seguente:

L'animo, ch'è creato ad amar presto,
Ad ogni cosa è mobile che piace,
Tosto che dal piacere in atto è desto.

« *Mobile*, commenta con la Somma di San Tommaso il Tommaseo; perchè intendere e volere è moto; » e *moto intelligente*, aggiungiam noi. Il quale amore dal Serafico Dottor San Bonaventura, le cui opere furono molto familiari al Poeta, venne chiamato con frase nuova e potente, respiro dello spirito.

Vi concorda a maraviglia la parola rivelata. Nell'Ecclesiastico si legge, che Dio dette all'uomo il cuore per pensare (*Ecclesiast.* VI, 37): dal cuore insegnò Cristo che procedono i malvagi pensieri (MATTH. XV, 19): e Salomone, per aver da Dio quanto più fosse possibile di sapienza, non gli domandò altro che un cuore docile e amoroso (III *Reg.* III, 9); e l'ebbe così intelligente, da diventar la maraviglia de' secoli. Poi le frasi: il pensiere del cuore (*Genes.* VI, 5), la parola del cuore (*Eccles.* XIX, 12), la meditazione del cuore (*Psalm.* XVIII, 15): vale a dire, dalla radicalità del sentimento nascere nell'uomo l'intendere, il volere, l'operare.

In verità, che cos'è la creazione? Il prodotto di un atto infinitamente libero, come si vede dalla contingenza e vanità della creatura; e dunque più atto di volontà che d'intelletto, quantunque dalla luce dell'infinita sapienza illustrato. Nè altro che una gratuita bontà infinita poteva, ci si lasci dir così, dare impulso all'interno, sostanziale, infinito suo pensiere, perchè mediante la creazione si diffondesse al di fuori e v'imprimesse tante orme mirabili di sè stesso. Artefice dunque e principio del mondo fu l'amore; l'amore infinito, che crea gli amori finiti, e che per necessità metafisica non può, pur creando liberissimamente, non rispecchiare nella creatura sè medesimo e l'atto suo, e quindi non riporre nel cuore l'inizio della sapienza con quell'amore germinale, che racchiude i semi preziosi dell'intelligenza e della virtù, della scienza e dell'arte.

Vero è che l'atto unico, per il quale l'anima umana spunta alla vita, si germina tosto in due, l'uno distinto dall'altro; quello dell'intelletto e quello della volontà; i quali s'intrecciano e si maritano insieme, mentre per leggi diverse e per diversa natura realmente si distinguono: ma questa dualità che ne nasce, non deve farci dimenticare l'iniziale unità, il cui compimento sta nella finale armonia, che ricongiungerà poi le dette potenze in un atto perfetto di amore e di piena intelligenza. Anche di presente, qual è l'atto che per esperienza e per rivelazione sappiamo dover prevalere, nè cader soggetto a sostanziale mutazione? Quello della carità. E perchè? perchè fu appunto il primo atto dell'anima, il quale viene a mano a mano in lei esplicandosi per il libero volere, diramato nel suo intelletto; ed in quest'atto medesimo ella troverà da ultimo la corona della virtù ed il possesso della gloria.

Profonde pertanto, quanto vere, ci paiono queste sentenze: Quando Dio creò lo spirito umano, creò una fattura, che possedìtrice di sè stessa, tendesse e si sforzasse di tornare a lui medesimo che la creava: e questa tendenza, o stendimento, verso il suo creatore, fu il primo atto di sua vita, cioè conoscere e volere. E fu, dunque, un unico atto di amore, o meglio, fu un amore, che tendeva all'amore, da cui era stato creato; ma ad un tempo un amore libero di sè, per distinguersi da quello che a sè lo tirava e sentirsi in possesso di sè medesimo; il quale possesso di sè stesso è arbitrio o libertà.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

CAPITULI DECIMINONI SUMMARIUM

In decimonono capitulo, scilicet isto, quod incipit: *In hora, qua calor diurnus*, auctor ponit unam suam visionem, per quam, in specie unius mulieris deformissime, describit avaritiam, dando sibi obicem unam aliam mulierem decentem. Et pertractans vitium avaritie, ponit primo apparitionem angeli, qui purgavit eum a vitio accidie, quando cantatum fuit, Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Scribitur Matthei quinto capitulo. Qui angelus direxit eos usque ad quintum circulum, in quo purgatur avaritia. Demum auctor ponit in generali penam avarorum, que talis est. Avari sunt proni, extensi in terra, et continue plorando dicunt, Adhesit pavimento anima mea, cum magnis suspiriis: et omnes sunt ligati manibus et pedibus, et sic stare debent quousque ab avaritia sint mundati. Ista pena est bene conveniens avaris. Nam sicut avaritia non permisit ipsos avaros erigere oculos ad celum et ad Deum et in altum, sed semper traxit oculos et mentem avarorum ad terram et ad terrena, ideo iustitia sic eos hic castigat. Et sicut avaritia extinxit in avaris omnem amorem celestium, et omne opus rationale, ita iustitia retinet eos hic adstrictos in terra. Auctor invenit in hoc loco unum spiritum, qui fuit spiritus pape Adriani quinti, qui fuit de Comitibus de Lovania (fuit Ianuensis de Flisco), qui fuit papa et non vixit papa nisi quadraginta sex diebus.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

CAPITULUM DECIMUMNONUM

1 Nell'hora che non può 'l calor diurno
Intepidar più 'l freddo de la luna,
Vinto da terra, o talhor dall'autumpno (1);
2 Quand'e geomanti (2) lor maggior fortuna
Veggion in oriente, innanzi l'alba,
Surger per via che poco li sta bruna;
3 Mi venne in sogno una femmina balba,
Negl'ochi guercia, e sopra'piè distorta,
Co'le man monche, e di colore scialba.

1 *In hora qua non potest calor diurnus*
Tepefieri plus a frigiditate lune,
Victus a Terra et aliquando a Saturno;
2 *Quando geomantici eorum maiorem fortunam*
Vident in oriente, ante albam,
Surgere per viam que modicum durat bruna;
3 *Michi apparuit in sompno una femina balbutiens,*
Cum oculis guercibus, et super pedes distorta,
Cum manibus truncatis, et coloris squalidi.

(1) al. da Saturno et melius — (2) divinatori.

In hora, qua non potest. Nell'ora che non può: istud est decimumnonum capitulum huius Purgatorii, in quo tractatur de vitio avaritie, que punitur in quinto circulo; et dividitur in quatuor partes, in quarum prima describit auctor suum mirabile sompnium.
In secunda parte, que incipit ibi:

Ego revolvi Ulixem;
Io volsi Ulisse,

ponit apparitionem angeli, qui purgat eum de vitio accidie.
In tertia parte, que incipit ibi:

Sicut ego in quinto gyrone;
Como io nel quinto girone,

describit auctor penam et purgationem avaritie in uno spiritu moderno.
In quarta parte, que incipit ibi:

Ego me iam genuflexeram;
Io m'era ingionecchiato,

auctor solvit aliqua dubia circa predictum spiritum.

Primo auctor, volens describere sompnium suum, primo describit tempus quod tunc erat, quia erat aurora iam, quam auroram describit per viam naturalem et artificialem. Notandum est hic, quod sol inde mictit radios suos ad terram, qui reflectuntur ad terram, qui reflectuntur in aierem percutiendo sic terram; et in tali reflexione radiorum calefit terra, et etiam aliqua pars aieris sibi propinqua. Qui aier remanet calidus post occasum solis; sed abeunte sole, luna cum suis radiis et Saturnus aierem et etiam terram, que est de sui natura frigida et sicca, infrigidant. Ista tria concurrunt ad intepidandum et reducendum ad frigiditatem illum aierem, sic in die a radiis solaribus relictum calidum, et terram, etc. Faciunt ista, tria, scilicet Luna, Saturnus et Terra: tamen redeunte iterum sole in alio die, iterum calefit ille aier sic intepidatus, nec adeo semper intepidatur sic, quin aliquid de calore remaneat in illo aiere, licet sit multum intepidatus, idest valde diminutus ille calor. Sed redeunte sole, per modicum antequam sol sit super terram, fit aurora: et in illa hora, idest modicum ante ortum solis, Dantes sompniavit sompnium suum; et communiter sompnia, que fiunt tali hora, sunt presagia vera. Secundo notandum est, quod est una species divinationis, que vocatur geomantia: et dicitur geomantia a *geo*, quod est terra, et *mantia*, quod est notitia, quasi notitia habita in terra; et fit sic. Geomantici habent stilum, cum quo faciunt et scribunt aliquas lineas in terra transversaliter; demum habent taxillos et proiiciunt super illas lineas; et secundum puncta que tanguntur a taxillis, vel aliis rebus superpositis illis lineis, fiunt iudicia. Dicunt tamen aliqui, quod geomantia non est de [terra re]vera, sed veritas, que inde colligitur, a constellationibus regnantibus habetur, tunc quando geomantici operantur secundum talem artem. Et hoc maxime videtur quando Venus, que est stella oriens de mane, ante solem per duas horas [apparet]; et inde in Ytalia dicitur diana stella, idest indicans diem de proximo venturum. Et sic dicitur de Mercurio. Quando isti duo planete sunt orientales, divinant isti geomantici. Ista arte multum utuntur Saraceni et nationes orientales, et hoc semper faciunt in aurora, quando calor diurnus, relictus in aiere propinquo, non potest amplius intepidari, sive frigefieri, a Luna, vel a Saturno, seu a Terra, frigida et sicca, quia de proximo statim post auroram redit sol, qui iterum recalefacit. Tali hora, scilicet in aurora, Dantes, sive auctor, sompniavit sompnium suum. Super litus maris ut plurimum orientales utuntur geomantia, et tamen geomantia prohibita est christianis. Vult dicere auctor quo tempore sompniavit, ad hoc ut detur fides sompnio; quod fit tali hora, scilicet aurore, qua comuniter sompnia sunt presagia vera rerum futurarum. Nam immediate [in] aurora, nox non est multum bruna, idest obscura.

In hora qua non potest calor diurnus tepefieri plus a frigiditate, vinctus a Terra, et aliquando a Saturno, quando geomantici eorum maiorem fortunam vident in oriente, ante albam, idest auroram, surgere per viam, que modicum durat bruna, idest obscura (modo ponitur sompnium auctoris, factum tempore aurore, quod fuit tale. Omnes conantur hic figurare per istam feminam [balbutientem] et difformam, avaritiam, si tamen potest figurari. Gula et etiam luxuria, que sunt tria vitia corporalia in quibus humana sensualitas delectatur, figurantur, ista vitia, per feminam, cum femina generet generalem complacentiam. Dicitur ergo quod in sompniis apparuit auctori una femina balbutiens, cum strabibus oculis, idest tortuosis, sive retortis; et erat clauda, manus habebat truncatas, et erat squalida in colore. Per hanc feminam bene figuratur avaritia, per quinque difformitates que erant in ista femina. Nam primo mulier ista erat balbutiens, quia lingua avari nunquam loquitur clare, sed velate et obscure ad decipiendum alios. Sed quomodo loquitur lingua ebriosi? Satis clare patere potest ex experientia. Similiter lingua luxuriosi semper loquitur blanda, lambendo propter venire ad effectum sue voluntatis. Secundo erat ista femina guercia, idest distorta in oculis; nam avarus nunquam videt recte nec intuetur, nec cognoscit directum ab indirecto. Quales sunt oculi ebriosi? Patet ad sensum. Sic luxuriosus semper intuetur procando, et luxuria aufert oculos mentis et etiam corporis. Erat, tertio, ista femina clauda, quia claudus nunquam recte incedit nec ambulat, ymo nititur omnia falsare. Qualiter gulosus, ebriosus, vadat, patet; quia sepe percutit caput, modo hinc modo inde: et sic luxuriosus cito fit debilis in pedibus ac etiam manibus. Quarto modo, ista femina habet manus truncatas, quia avarus nunquam vult aliquid dare, lib[ente]r tamen recipit. Et quinto, hec femina squalidi coloris et tota deturpata: sic fama avari est deturpata; sic dicendum est de fama ebriosi, sive gulosi, sive luxuriosi. Ista femina apparuit primo sic, sicut dictum est, horribilis et turpis, quod avaritia de sui natura [ita] turpis, et sic est in rei veritate existimanda. Sed postmodum apparet pulchra, idest placabilis, idest apparentia, apud illos qui non considerant naturam avaritie, sed solum intuentur conservationem rerum et acquisitionem. Et sic est quod cecitas mentis avarorum non investigat naturam avaritie, sed solum superficiem. Vult dicere auctor quod apparentia avaritie apparet pulchra, ubi vera sua essentia est in se de se turpis et difformis); michi apparuit in sompnio una femina balbutiens, cum oculis guercibus, idest strabibus, et super pedes distorta, cum manibus munchis, idest truncatis, et coloris squalidi.

4 Io l'ammirava; e come 'l sol conforta
Le fredde membra che la nocte aggrava,
Così lo sguardo mio li facea scorta
5 La lingua, e poscia tutta la drizzava
In poco d'hora, e lo smarrito volto,
Com'amor vuol, così lo colorava.
6 E poi ch'avea 'l parlar così disciolto,
Cominciava cantar sì, che con pena
Havria da lei mio intento rivolto.

4 *Ego illam respiciebam; et sicut sol confortat*
Frigida membra que nox aggravat,
Ita videre meum faciebat scortam
5 *Linguam, et postea totam dirigebat*
In modica hora, et territum factum vultum,
Sicut amor voluit, ita illi colorabat.
6 *Postquam ipsa sermonem dissolverat,*
Incipiebat cantare ita, quod cum pena
Ab ea meum intentum revolvissem.

Ego, scilicet auctor, illam respiciebam; et sicut sol confortat frigida membra, que, scilicet membra, nox aggravat, ita videre meum, idest intuitio mea, scilicet vera existimatio, faciebat scortam (idest ipsam talem considerabat) linguam; et postea totam illam dirigebat in modica [hora], idest dum non recte existimabam; et tepefactum et territum vultum, sicut amor, scilicet rerum terrenarum et corporalium, qui est vere cecus et sic ab antiquis depingitur cecus nec bene iudicat; qui si recte iudicaret, semper diceret illam feminam habere illas quinque difformitates predictas; sed talis amor cecus non iudicat ipsam feminam esse sic difformem, ideo iudicat eam esse pulchram, etc., atque proficuam.

Demum auctor ponit, quomodo apparentia istius femine decipit quasi omnes per cantum suum et verba que dicit

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

7 Io son, cantava, io son dolce serena,
Ch'e marinari in mezzo mar dismago;
Tanto son di piacer ad udir piena.
8 Io volsi Ulixe del suo cammin vago
Al canto mio; e qual meco s'ausa
Rado sen parte, sì 'n tutto l'appago (1).
9 Ancor non era sua bocha richiusa,
Quand'una donna (2) apparve sancta e [presta
Lunghesso me per far colei confusa.
10 O Virgilio, Virgilio, chi è questa?
Fieramente (3) dicea (4); et ei (5) venia
Con gl'ochi ficti pur in quella honesta (6).
11 L'altra (7) prendea, e dinnanzi l'apria
Fendendo e drappi (8), e mostrandomi 'l [ventre (9);
Quel (10) mi sveglò col puzzo che n'uscia.
12 Io volsi gl'ochi al buon maestro: e mentre
Vocì (11) come dicesse: Surgi e vieni,
Troviàn la porta per la qual tu entre.

7 *Ego sum, cantabat, ego sum dulcis syrena,*
Que nautas in medio mari dismago;
Tantum sum de placere ad sentiendum plena.
8 *Ego revolvi Ulixem de suo itinere vagabundo*
Ad cantum meum; et quicumque mecum conver- [*satur,*
Raro recedit, sic ipsum totum appago.
9 *Adhuc non erat os suum reclusum,*
Quando una domina apparuit sancta et velox
Prope ut faceret illam confusam.
10 *O Virgili, Virgili, que est ista?*
Alta voce dicebam; et ipse veniebat
Cum oculis conversis solum in istam honestam.
11 *Aliam reprehendebat, et ante illam aperiebat*
Dividendo drappos, et monstrabat michi ventrem:
Ille me excitavit cum fetore qui ex illo exibat.
12 *Ego volvi oculos ad bonum Virgilium:*
Et interdum quedam vox vocavit ac si diceret: [*Surge et veni,*
Reperiamus portam per quam tu intres.

(1) quieto — (2) Philosophia, vel ratio — (3) cum indignatione — (4) quella donna — (5) Virgilio — (6) donna — (7) femmina balba — (8) l'apparentia sua — (9) l'existentia sua — (10) ventre — (11) diè voce.

atque profert cantando. Postquam ipsa, scilicet femina, sermonem dissolverat, incipiebat cantare [ita], idest dulciter in tantum, quod cum pena ab ea meum intentum, idest cogitationem meam, sive affectionem, revolvissem, scilicet ab ea.

—

Ego sum, cantabat, ego [sum] dulcis syrena, que nautas in medio mari, idest homines viatores in istó mundo, idest mari procelloso, quia mundus iste est mare procellosum, perverto, idest extra sensum traho, idest a vero itinere: tantum sum de placere, idest placibilitate, ad sentiendum plena. Nota quod aliqui dicunt, quod sunt in mare aliqui pisces ad formam hominis et mulieris, qui pisces ita bene et dulciter cantant, quod nautas transeuntes, nisi sint bene avisati, cum cantu faciunt sopire, sive dormire; quibus dormientibus, iste syrene ascendunt navim, et demergunt homines et nautas sopitos in mari. Proculdubio per syrenam intelligitur delectatio, quam habent avari in divitiis, et gulosi in deliciis, et etiam luxuriosi.

—

Ego revolvi Ulixem de suo itinere vagabundo ad cantum meum; et quicumque mecum conversatur, [raro] retrocedit: sic totum ipsum appago, idest converto, scilicet ad me, idest facio ipsum stare totaliter contentum et involutum in talibus delectationibus sensualibus.

—

Modo introducitur una alia femina, que est recta ratio, quam vocat dominam, ubi priorem solum vocavit feminam: que femina secunda, scilicet recta ratio, erat totum per oppositum facta prime; erit enim sancta, velox; que fecit primam confusam, idest ostendit, illam primam feminam deformem, esse confundendam, spernendam, abiiciendam; et in hanc solam intuebatur Virgilius, scilicet ratio, quia erat honesta. Que reprehendit primam et scidit eam ante, idest discooperuit deformitatem eius, scindendo vestimenta sua, idest apparentiam suam, prima facie gratiosam, et monstrabat eius ventrem, [sive] continentiam, de qua exibat maximus fetor, quia avaritia facit omnia per ipsam transeuntia fetere.

—

Adhuc non erat suum os reclusum, quia cantabat, quando una domina apparuit sancta et velox prope me, ut faceret illam confusam, idest ostenderet eius iniquitatem.

—

O Virgili, Virgili, que est ista? alta voce dicebam. Et ipse veniebat cum oculis conversis solum ad istam honestam (ratio respiciebat ad existentiam et non ad apparentiam), aliam reprehendebat (avaritiam, gulam et luxuriam), et, ante, illam aperiebat, idest scindebat, dividendo drappos, idest vestes sericinas, et monstrabat michi ventrem: ille me excitavit, idest venter, sive continentia avaritie, cum fetore, qui de illo ventre avaritie exibat.

—

Ego volvi oculos ad bonum Virgilium. Io volsi gli occhi al buon Virgilio: ista est secunda pars huius capituli, in qua auctor describit apparitionem angeli, que purgavit eum a vitio accidie. Ego, scilicet auctor, volens fugere vitium avaritie, volvi oculos ad bonum Virgilium,

13 Su mi levai, e tutti eran già pieni
Dell'alto dì e giron del sacro monte,
Et andavàn col sol nuovo a le reni.
14 Seguendo lui, portava la mia fronte
Come colui che l'ha di pensier carcha,
Che fa di sè un mezz'arco di ponte;
15 Quand'io udii: Venite, qui si varcha;
Parlar in modo suave e benigno,
Qual non si sente in questa mortal marcha.
16 Con l'hali aperte che parean di cigno,
Volseci 'n su colui che sì parlonne,
Tra due pareti del duro macigno.
17 Mosse le penne poi e ventilonne,
Qui lugent affermando esser beati,
Ch'avran di consolar l'anime donne.
18 Che hai, che pur in ver la terra guati?
La guida mia incominciò a dirmi,
Poco amendue dall'angel sormontati.
19 Et io: Con tanta sospition fa irmi
Novella visïon ch'a sè mi piegha,
Sì ch'io non posso dal pensar partirmi.

13 *Surrexi, et omnes erant iam pleni*
Alti diei gyrones sacri montis,
Et ibamus cum sole novo apud renes.
14 *Sequendo eum, portabam meam frontem*
Sicut ille qui habet ipsam cogitaminibus oneratam,
Qui facit de se unum semiarcum pontis;
15 *Quando ego audivi: Venite, hac transitur;*
Loqui in modo suavi et benigno,
Qualis non sentitur in ista mortali marcha.
16 *Cum alis apertis que apparebant cigni,*
Volvit nos sursum ille qui sic loquutus est nobis,
Inter duos parietes duri macigni.
17 *Movit pennas postea et ventilavit,*
Qui lugent affirmando esse beatos,
Qui habebunt consolandi animas domnas.
18 *Quid habes, quod solum versus terram respicis?*
Dux meus incepit michi dicere,
Modicum ambo ab angelo sursum ducti.
19 *Et ego: Cum tanta suspicione facit me ire*
Novella visio que ad se me plicat,
Quod ego non possum a cogitando discedere.

idest ad rectam rationem; et interdum quedam vox vocavit, scilicet me, sicut, idest ac si, diceret: Surge et veni; reperiamus portam, per quam tu intres, scilicet in quintum circulum, in quo purgatur vitium avaritie.

—

Surrexi, et omnes erant pleni iam alti diei gyrones, idest circuli, sacri montis, idest Purgatorii, et ibamus cum sole novo apud renes. Isti ibant per Purgatorium versus occidentem: hora erat quasi prima diei; sic igitur habebant solem ad renes, quia sol erat eis a tergo. Hec est tertia dies, qua auctor fuit in Purgatorio.

—

Nunc auctor ostendit dispositionem suam. Sequendo eum, scilicet Virgilium, portabam meam frontem, sicut ipse qui habet ipsam cogitaminibus oneratam, scilicet in tantum, quod facit de se unum semiarcum pontis: idest ibam valde inclinatus versus terram; quia ibat versus circulum avaritie, que avaritia facit homines inclinari ad terram, sive ad res terrenas; quando ego audivi, scilicet dici: Venite, hic transitur; idest hic est passus, sive transitus; loqui in modo suavi et benigno, qualis, modus scilicet, non sentitur in ista mortali marca, idest mundo presenti. Quasi dicat: Illa erat locutio divina.

—

Dat auctor comparationem. Quis potest ad describendum tam vocem ángeli quam etiam alas suas? Cum alis apertis, que apparebant cigni, volvit nos sursum ille qui sic locutus est nobis, inter duos parietes duri macigni. Cignus est avis albissima, ad denotandum puritatem angeli. *Macigni*, idest duri silicis, sive lapidis: quia illa via erat excisa in saxo, ita quod saxum habet parietes ex utraque parte, quousque pervenitur in quintum circulum; demum postea non est paries nisi ex una parte.

—

Movit pennas postea et ventilavit, hic lugent affirmando esse beatos, qui habent consolandi animas domnas, idest dominas.

Hic angelus abstulit quartum P, scilicet peccatum accidie, de fronte auctoris, idest purgavit auctorem ab accidia. Matthei quinto habetur: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur: idest, Beati qui lugent peccatum accidie, qui lugent se fuisse pigros et tardos et negligentes erga Deum, primum su[mm]um ens, etc., quoniam consolabuntur. *Animas domns:* idest potestatem et vim consolandi se.

—

Quid habes, quod solum versus terram respicis? dux meus incepit michi dicere, modicum ambo ab angelo sursum ducti. Quasi dicat: Cum modicum ascenderamus, magister petivit a me, quid haberem, quia portabam faciem ita inclinatam ad terram.

—

Et ego, scilicet dixi: Cum tanta suspicione facit me ire novella visio, que ad se me plicat, idest attrahit, vel inclinat, quod ego non possum cogitando descendere. Nam illa visio quasi describebat auctori tria vitia, scilicet avaritiam, gulam et luxuriam, que multum impediunt homines ne intueantur celum.

—

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

20 Vedesti, disse (1), quella antica stregha,
Che sola sopra noi omai si piagne?
Vedesti come l'huom da lei si slegha?
21 Bastiti, e bacte (2) a terra le calcagne,
Gl'ochi rivolge al logero, che gira
Lo rege eterno colle rote magne.
22 Quale 'l falcon che prima a'piè si mira,
Indi si volge al grido, e sè protende,
Per lo desio del pasto che là 'l tira;
23 Tal mi fec'io, e tal, quando si fende
La roccia per far via a chi va suso,
N'andai infin ove 'l cerchiar si prende.
24 Com'io nel quinto giro fui dischiuso,
Vidi gente per esso che piangea,
Giacendo in terra tutta volta in giuso.
25 Adhaesit pavimento anima mea,
Sentii dir loro con sì alti sospiri,
Che la parola a pena s'intendea.
26 O electi da Dio, li cui soffriri (3)
E giustizia e speranza fa men duri,
Drizzate noi verso gl'alti saliri.

(1) Virgilio — (2) cammina — (3) tormenti.

20 *Vidisti, dixit, illam antiquam stregam,*
Que sola supra nos ammodo plangit?
Vidisti sicut homo ab ipsa sligatur?
21 *Sufficiat tibi, et percute ad terram calcanea,*
Oculos revolve ad logorum, quod girat
Rex eternus cum rotis magnis.
22 *Qualis falco qui prius ad pedes sibi respicit,*
Inde se volvit ad clamorem, et se protendit,
Propter desiderium pastus qui illum illuc trahit;
23 *Talis effectus sum ego, et talis, quando finditur*
Rupes ut det viam illi qui vadit sursum,
Ibam ego usque illuc ubi circulus apprehenditur.
24 *Sicut ego in quinto gyrone fui clausus,*
Vidi gentem per eum que plangebat,
Iacendo in terra tota conversa inferius.
25 *Adhesit pavimento anima mea,*
Sensi dicere illos cum ita altis suspiriis,
Quod verbum vix intelligebatur.
26 *O electi Dei, quorum sufferentias*
Et iustitia et spes faciunt minus duras,
Dirigite nos versus altos ascensus.

Vidisti, dixit, scilicet magister, illam antiquam strigam, idest streugam, que sola supra nos ammodo plangit, supple quia non lucratur nobiscum aliquid, quia remansit sola et non intricavit nos secum? Vidisti sicut, idest quomodo, homo ab ipsa sligatur, idest dissolvitur, vel recedit, scilicet per secundam dominam? subaudi rectam rationem, quam intueri debes semper.

Sufficiat tibi, et percute ad terram calcanea, idest venias, nec plus consideres de illa; oculos revolve ad logorum, idest ad signum, quod girat, idest rotat, circuit, rex eternus, scilicet primus motor, sive Deus, cum rotis magnis, idest cum celis qui sunt rote magne. Vult dicere auctor quod qui vult liberari a prima femina, scilicet avaritia, debet calcare res terrenas sub pedibus, et uti illis quantum sufficit ad sustentationem vite et non plus. Quasi dicens: Calcaneos, deputatos ad calcandum, concute ad terram, et oculos ad celum eleva. Fac, sicut facit grancilla, avis sic dicta, que cum uno oculo intuetur quomodo pascat pullos suos, et cum alio intuetur celum.

Iam per comparationem falconis ostendit dispositionem suam, dicens: Qualis falco, scilicet efficitur, qui prius ad pedes sibi respicit, inde se volvit ad clamorem et se protendit propter desiderium pastus, qui illum illuc trahit, talis effectus fui ego, quando finditur rupes, ut det viam illi qui vadit sursum: ibam ego usque illuc, ubi circulum, sive circuire, apprehenditur.

Nota quod falco ascendit multum in altum, primo; secundo, respicit sibi ad pedes; tertio, currit ad pastum: sic auctor, primo, volvit se ad celum, considerando sublim[i]a; secundo, respexit ad pedes, calcando, idest despiciendo, res terrenas; tertio, processit ad pastum, idest ad doctrinam per quam vitatur vitium avaritie.

Sicut ego in quinto gyrone. Como nel quinto girone: ista est tertia pars huius capituli, in qua auctor describit penam et purgationem avarorum in uno spiritu moderno. Textus est satis levis. Fingit hic auctor, quod in isto quinto circulo Purgatorii stant avari inclinati versus terram, et dicunt illud verbum Psalmiste: Adhesit anima mea pavemento, etc., quia avari semper inclinant se ad terrena, sicut talpa que semper stat sub terra.

Sicut ego in quinto circulo fui clausus, idest sicut ego perveni ad illum, vidi gentem per eum que plangebat, iacendo ad terram tota volta, idest versa, *giuso*, idest inferius.

Adhesit pavemento, idest terrenis rebus, anima mea, sensi, idest audivi, dicere illos cum ita altis suspiriis, quod verbum vix intelligebatur. Avaritia facit dare terga celo et faciem ad terram, idest facit non curare nisi de terrenis rebus: ita tota anima mea fuit disposita et inclinata ad terrena.

O electi Dei, quorum sufferire, idest sufferencias, iustitia et spes faciunt minus durum; idest iustitia facit istos patienter tollere penas istas, quia ipsi noscunt quod has penas meruerunt, et de misericordia Dei, que punit semper citra condignum, dirigite nos versus altos ascensus.

27 Se voi venite dal giacer sicuri (1),
E volete trovar la via più tosto,
Le vostre destre sian sempre di furi (2).
28 Così pregò 'l poeta (3), e sì risposto
Poco dinanzi a noi ne fu; perch'io
Nel parlar avvisai l'altro nascosto;
29 E volsi gl'ochi agl'ochi al signor mio:
Ond'elli m'assentì con lieto cenno
Ciò che chiedea la vista del desio.
30 Poi ch'io potei di me far a mio senno,
Trassimi sopra quella creatura,
Le cui parole pria notar mi fenno,
31 Dicendo: Spirto, in cui pianger matura
Quel senza'l qual a Dio tornar non puossi,
Sosta un poco per me (4) tuo'maggior cura.
32 Chi fosti, e perchè volti havete e dossi
In su, mi di', e se vuoi ch'io t'impetri
Cosa di là (5) ond'io vivendo mossi.
33 Et elli a me: Perch'e nostri deretri
A sè rivolga 'l ciel, sappia; ma prima,
Scias quod ego fui successor Petri.
34 Intra Syestri e Chiavari (6) s'adima (7)
Una fiumana bella (8), e del suo nome
Lo titol del mio sangue fa sua cima (9).

27 *Si vos venitis a iacere securi,*
Et vultis invenire viam magis cito,
Vestre dextre sint semper exteriores.
28 *Sic rogavit poeta, et sic responsum*
Modicum ante nos nobis fuit; ex quo
In sermone avisavi alium absconsum;
29 *Et volvi oculos ad oculos domini mei:*
Unde michi ipse assensit cum leto nutu
Id quod querebat visus desiderii.
30 *Postquam ego potui facere ad sensum meum,*
Traxi me super illam creaturam,
Cuius verba prius notare me fecerunt,
31 *Dicendo: Spiritus, in quo plangere maturat*
Illud sine quo ad Deum rediri non potest,
Siste aliquantulum per me tuam maiorem curam.
32 *Qui fuisti, et quare versa habetis dorsa*
Sursum, michi dicas, et si tu vis quod ego impe-
Rem aliquam illic unde veniendo me movi. [trem tibi
33 *Et ipse ad me: Quare nostra terga*
Convertat celum ad se, scies; sed primo,
Scias quod ego fui successor Petri.
34 *Intra Siestrum et Chiavarum se adimat*
Una flumaria pulchra, et de suo nomine
Titulus mei sanguinis fuit sua summitas.

(1) quia non iacetis sicut nos — (2) fuori — (3) Virgilio — (4) mio amore — (5) dal mondo — (6) due città della riviera di Genova — (7) discende — (8) Lavania decto Lavagno — (9) dignità, cioè e Conti di Lavagno.

Si vos venitis a iacere securi, idest ab isto tormento quod patiuntur, quia non fecistis sicut nos fecimus, qui semper tenuimus manus clausas, et nihil voluimus dare, qui[a] semper respeximus terrena, et vultis reperire viam magis cito, vestre dextre sint semper exteriores, idest teneatis viam ad manum dexteram. Per dextram intelligitur manus liberalis, que dat libenter.

Sic rogavit poeta, et sic responsum, paulo ante nos, nobis fuit; ex quo in sermone, idest in loquela, avisavi, idest consideravi, alium absconsum, idest illum, a quo veniebat vox, quem prius non videram, nec videre poteram; et volvi oculos (quasi dicens: Vis quod loquar ibi illi spiritui?) ad oculos domini mei; unde michi ipse assensit cum leto nutu, idest aspectu, vel vultu, id quod querebat, idest petebat, visus desiderii mei, idest quod desiderium meum petebat.

Postquam ego potui facere ad sensum meum, idest libitum, vel voluntatem, idest postquam habui licentiam a Virgilio, quia primo non eram mei iuris, traxi me super illam creaturam, cuius verba prius notare me fecerunt, dicendo: Spiritus, in quo plangere maturat, idest planctus perficit penitentiam, illud sine quo ad Deum perveniri non potest, quia peccatores sine penitentia non possunt redire ad gratiam Dei, siste aliquàntulum pro me tuum pedem, tuam maiorem curam, idest tuum maius desiderium.

Qui fuisti, et quare versa habetis dorsa, idest terga, vel renes, sursum michi dicas, et si vis quod ego tibi impetrem rem, scilicet aliquam, illic, idest in mundo, unde ego vivendo memet movi, idest si vis quod ego procurem aliquid tibi.

Et ipse ad me, supple dixit: Quare nostra terga convertat celum ad se, scies; sed primo scias, quod ego fui successor Petri.

Intra Siestrum, castrum in riparia Ianue versus occidentem, et Chiavarum, aliud castrum in eadem riparia ianuensi, ymo, idest in basso, se adymat una flumaria, idest unum flumen, pulchra, et de suo nomine titulus mei sanguinis fuit sua summitas, idest unde sumpsit vocabulum domus mea.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

35 Un mese o poco più prova' io come
Pesa 'l gran manto a chi del fango 'l [guarda,
Che piuma (1) sembran tutte l'altre some.
36 La mia conversion, oimè! fu tarda;
Ma, come facto fui roman pastore,
Così scopersi la vita bugiarda.
37 Vidi che lì non si chetava el cuore,
Nè più salir poteasi in quella vita (2);
Perchè di questa (3) in me s'accese amore.
38 Fin a quel puncto misera e partita
Da Dio anima fui, del tutto avara:
Hor, come vedi, qui ne so' punita.
39 Quel che avaritia fa (4), qui si dichiara
In purgation dell'alme (5) converse,
E nulla pena el monte ha più amara.
40 Siccome l'ochio nostro non s'aperse
In alto, fixo a le cose terrene,
Così iustitia qui a terra el merse.

35 *Uno mense et paulo plus probavi ego sicut*
Ponderat grandis mantus illi qui de luto eum [custodit,
Qui plumas michi assimilat omnes alias salmas.
36 *Mea conversio, heu michi! fuit tarda;*
Sed sicut ego fui factus romanus pastor,
Sic discooperui vitam mendacem.
37 *Vidi quod ibi non quiescebat cor,*
Nec plus ascendi poterat in illa vita;
Ex quo de alia in me accensus fuit amor.
38 *Usque ad illum punctum misera et divisa*
A Deo anima fui, in totum avara:
Nunc, sicut vides, hic de eo punior.
39 *Illud quod avaritia facit, hic declaratur*
In purgationem animarum conversarum,
Et nullam penam mons habet ita amaram.
40 *Sicut oculus noster non se erexit*
In altum, fixus terrenis rebus,
Sic iustitia hic ad terram illum submersit.

(1) penna — (2) passata — (3) futura — (4) di là — (5) al. anime.

Notandum est hic, quod hic spiritus, qui loquebatur hic, fuit papa Adrianus V de Flisco. Est enim una magna domus nobilis de Ianua, habens dominium in riparia Ianue tam in castris quam in civitatibus, et vocatur domus de Flisco, de qua domo fuit hic papa Adrianus V, de qua etiam domo fuit ille Innocentius IV, tam excellens homo, tam probus, tam sufficiens. Ista domus sumpsit titulum nominis sui, a quadam flumaria, sive a quodam flumine, quod vocatur Lovania, vulgariter Lovagna. Hic Adrianus papa V, dum fuit cardinalis et in minoribus constitutus, fuit avarissimus, avaritia plenus, et semper congregavit, divitias composuit, nec poterat satiari. Tandem factus papa, videns quod plus non poterat ascendere, nec adhuc erat saturatus divitiis, penituit eum tanti sceleris, et totaliter conversus ad Deum, disposuit contempnere divitias, et multa fecit sibi argumenta ad contempnendum mundum, divitias et pompas eiusdem, et in tali conversione cito moriebatur. Nam non vixit papa nisi quadragintaquinque diebus. Hic non habebat consanguineos, de quibus speraret, quod orarent pro anima sua, aut facerent orari pro ipso, nisi quamdam suam neptem, nomine Allagiam, sororem marchionis Marcelli Malaspine, que in se fuit bona et liberalis domina, que plurimum honoravit auctorem, scilicet Dantem, dum refugium haberet ad partes illas, expulsus de sua civitate; de qua et in qua sperabat hic papa Adrianus, quod ipsa oraret et orari faceret pro se, nisi ipsa imitaretur conditionem domus predicte, in qua fuerunt multi illustres viri, sed valde avari. Hiis dictis, iam ad textum.

Uno mense et paululo plus probavi ego sicut ponderat grandis, idest quantum ponderat, [mantus], idest papalis, illi qui de luto, vel a luto, eum custodit, idest a terrenis, qui plumas michi assimilat omnes alias salmas; idest, omnia alia pondera, et omnes alie salme, sunt pluma levis respectu istius ponderis papalis. Nam maximum pondus est, et labor quasi immensus, bene regere Ecclesiam Dei: pauci portant illud pondus bene nitidum, et pauci illud pondus bene custodiunt ne in luto figatur.

Mea conversio, heu michi! tarda fuit (quia solum postquam fuit papa, conversus est a sua avaritia, et in papatu non vixit nisi in quadraginta quinque diebus); sed sicut ego fui factus romanus pastor, sic discooperui vitam mendacem, idest corripui me.

Vidi quod ibi non quiescebat cor, idest in terrenis rebus, pompis, statibus, dignitatibus, gradibus, deliciis, non erat felicitas, nec plus ascendi poterat in illa vita, quia nihil est supra papam; ex [quo], idest ideo, de alia, scilicet celesti, in me accensus fuit amor.

Usque ad illum punctum, idest quando fuit factus summus pontifex, misera et divisa a Deo anima fui, in totum avara; nunc, sicut vides, hic de eo punior.

Illud [quod] avaritia facit, hic declaratur (modo respondet secunde questioni, que fuit hec: Quare habetis dorsa sursum?) in purgationem animarum conversarum, quia terga, sive dorsa tenemus ad celum et faciem ad terram (nam avaritia non permictit hominem se erigere ad celum), et nullam penam mons habet ita amaram, quia avarus dives est et semper cruciatur, quia nunquam satiatur, nec aufert sibi famem.

Sicut oculus noster non se erexit in altum, fixus rebus terrenis, sic iustitia hic ad terram submersit.

41 Come avaritia spense a ciascun bene
Lo nostro amor, [onde] operar perdèsi,
Così giustizia qui strecti ne tiene
42 Ne' piedi e ne le man legati e presi;
E quanto fie piacer del sommo sire (1),
Tanto staremo immobili e distesi.
43 Io m'era inginocchiato, e volea dire;
Ma com'io cominciai, et ei s'accorse,
Solo ascoltando, del mio riverire:
44 Qual cagion, disse, in giù così ti torse?
Et io a lui: Per vostra dignitate
Mia conscientia dricto mi rimorse.
45 Drizza le gambe, drizzati su (2), frate,
Rispose, non errar, conservo sono
Teco e cogl'altri ad una potestate.
46 Se mai quel santo evangelico suono,
Che dice, Neque nubent, attendesti,
Ben puo' saper perchè così ragiono.
47 Vattene omai; non vo che più t'arresti,
Chè la tua stanza mio pianger (3) disagia,
Col qual maturo ciò che tu dicesti.

41 *Sicut avaritia extinxit omni bono*
Nostrum amorem, unde operari perditum est,
Sic iustitia hic strictos nos tenet
42 *In pedibus et manibus ligatos et apprehensos;*
Et quantum erit placitum Domini iusti,
Tantum stabimus immobiles et suspensi.
43 *Ego me iam genuflexeram, et volebam dicere;*
Sed sicut ego incepi, et ipse me perpendit,
Solum auscultando, de meo revereri:
44 *Que causa, dixit, infra te torsit?*
Et ego ad eum: Propter vestram dignitatem
Mea conscientia recte me momordit.
45 *Erige crura, surge, frater, respondit;*
Ne erres, quia conservus sum
Tecum et cum aliis ad unam potestatem.
46 *Si unquam illum sanctum evangelicum sonum,*
Qui dicit, Neque nubent, intellexisti,
Bene potes videre quare sic ratiocinor.
47 *Vade ammodo; nolo quod plus tu te arrestes,*
Quia tua mansio meum planctum disagiat,
Cum quo maturo id quod tu dixisti.

(1) Signor Dio — (2) o — (3) al. pregar.

Sicut avaritia extinxit cuilibet bono nostrum amorem, idest propter avaritiam nullum bonum, intelligendum supple, dileximus, unde operare perditum est; sic iustitia hic strictos nos tenet in pedibus et in manibus ligatos et apprehensos: et quantum erit placitum iusti Domini, idest quantum placet Deo, tantum stabimus immobiles et suspensi, idest desiderio, scilicet dissolvi et liberari.

Ego me iam genuflexeram. Già era ingionecchiato: hec est quarta pars huius capituli, in qua auctor solvit quedam dubia. Unum dubium erat, si iste hic in Purgatorio erat adorandus et venerandus honoribus pontificalibus, quia fuerat Papa et etiam nobilis fuerat et excellens homo, et iam auctor genuflexerat se ad pedum oscula beatorum. Et ad istud dubium respondet iste spiritus pape Adriani, dicens quod non, quia isti gradus, iste dignitates deficiunt in morte, nec remanent post mortem: sic nec etiam vinculum matrimonii, coniugium. Et allegat istud verbum evangelicum, quod Christus dixit Saduceis. Nam Saducei fuerunt una secta multorum, qui nega[bant] resurrectionem mortuorum, et hii Saducei fecerunt talem questionem Christo. Una mulier fuit, que habuit plures viros: in resurrectione, si et cuius illorum mortuorum erit, et remanebit uxor illa? Quibus Christus respondens dixit: In regno Patris mei et alia vita non nubent neque nubentur. Aliud dubium erat, quare iste amare flebant. Dicit papa Adrianus, quod ille planctus perficit, idest complet, purgationem vitii avaritie.

Ego iam me genuflexeram, et volebam dicere, idest volebam facere reverentiam que debetur Summis Pontificibus: sed [sicut] ego incepi, et ipse perpendit, solum auscultando, de meo revereri, idest de reverentia quam volebam sibi exhibere: Que causa, dixit, infra te retorsit, idest inclinavit? Et ego ad eum: Propter vestram dignitatem mea conscientia me remordet. Ego habebam conscientiam, si non exhibebam honorem condignum

Dirige crura, surge, frater, respondit, scilicet papa Adrianus, ne erres, noli errare, quia conservus sum tecum, et cum aliis, ad unam potestatem, scilicet Dei, quia nullus in alia vita, habet potestatem, dominationem, nisi Deus.

Si unquam illud sanctum evangelicum sonum qui dicit: Neque nube[n]t, intellexisti, bene potes videre, quare sic ratiocinor.

Modo concludit papa Adrianus: Vade ammodo, nolo quod plus te arrestes, idest te firmes, sive firmus stes, quia tua mansio, idest tuum stare, meum planctum disagiat, idest impedit; quia ipse volebat plorare ad purgandum avaritiam; cum quo, scilicet planctu, maturo, idest perficio, sive compleo, id quod tu dixisti, scilicet avaritiam, propter quam me non erexi ad Deum, ut debui.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

48 Nipote (1) ho io di là (2) ch'à nome Lagia,
Buona da sè, pur che la nostra casa
Non faccia lei per exemplo malvagia;
E questa sola di là m'he rimasa (3).

(1) una — (2) nel mondo — (3) buona.

48 *Neptem ego habeo in mundo que vocatur Allagia,*
Bonam de se, dummodo nostra domus
Non faciat illam per exemplum malignam;
Et illa sola in mundo michi remansit.

Neptem habeo ego in mundo, que vocatur Allagia, bona de se que est, dummodo nostra domus non faciat illam per exemplum malignam. Idest vult dicere: Inter meos affines avaros nullus est qui curet de me, nisi neptis mea, que bene facit pro me orari. Et illa sola in mundo michi remansit, idest de meo, que bene faciet michi. Auctor hic ponit pro exemplo avaritie istum papam Adrianum; ad denotandum quod in prelatis Ecclesie, Papa scilicet et Cardinalibus, multum regnat peccatum avaritie.

BASSEZZA DEL VIZIO DELL'ACCIDIA

E SUBLIMITÀ DEL SUO CONTRAPPOSTO, LA FATICA E IL DOLORE

Mediano tra i vizii dell'avarizia, della gola e della lussuria, i quali procedono più da allettamenti esterni che da interior malizia, da cui vengono quelli della superbia, dell'invidia e dell'ira, metteva il Poeta con filosofico accorgimento l'accidia, come quella che consiste nel non curare il bene proprio nè l'altrui; dove la superbia, l'invidia, l'ira dell'altrui bene si rattristano, e l'avarizia, la gola, la lussuria cercano il proprio dove non è.

Pare un vizio da nulla questo dell'accidia; e nondimeno chi ben lo consideri, non ve n'è altro che tanto e cosi direttamente si opponga ai fini della creazione. Dio, creando l'uomo a sua immagine e somiglianza, lo poneva quaggiù ad operare, *ut operaretur*, pur costituendolo padrone e signore dell'universo: lo poneva, diciamo, a svolgere le sublimi facoltà concessegli, perchè acquistasse appunto la padronanza e signoria a cui l'aveva destinato e gliene desse gloria. Questo gli disse nelle persone di Adamo e di Noè con quelle parole: Va', cresci e possiedi la terra; e fu il fine terreno che gli assegnava, subordinato, s'intende, al fine ultimo, che era di arrivare al pieno possesso del medesimo suo Creatore in cielo. E se si fosse egli mantenuto nell'integrezza e nell'equilibrio delle forze, in cui era stato costituito, tutt'altro che stento e dolore, quest'opera avrebbe formato la temporanea sua felicità. Chi la tramutò in opera di fatica e di dolore, com'è al presente, fu il disordine della colpa. Quindi lo stento, « in sudore vultus tui vesceris pane », e il non più corrispondere la terra alle sue fatiche che con triboli e spine, « germinabit tibi terra tribulos et spinas » (*Gen.* I); quindi la ripugnanza, il rincrescimento, il dolore, l'accidia; l'accidia pessima sopra tutto, perchè morte delle nobilissime facoltà ricevute e rifiuto del fine assegnatoci quaggiù, il quale inchiude quello dell'oltramondano ed eterno.

Il Poeta, descritta nel canto precedente la pena, con cui trovò punito questo vizio nel suo Purgatorio, qui ne mostra tutta la bassezza e la viltà col suo contrapposto, che sta nello sforzo ad operare e, operando, virtuosamente assoggettarsi alla sofferenza e al dolore. E poichè in tutta la sua vita, tanto operosa e si nobilmente rassegnata ne' duri affanni che l'accompagnarono, fu egli di tal vizio nemicissimo, però, a nostro credere, trova alla fine del girone, dove quello è punito, speciale gentilezza nell'angelo che gli addita il varco al girone superiore, e da un solo leggerissimo mover delle penne di lui sente cancellarsi dalla fronte il P. che lo rappresentava, e ne ha infine il secreto d'ogni verace consolazione anche terrena in quelle parole: *Beati qui lugent.*

Me n'andava, egli dice, tutto pensoso dietro al mio maestro,

Quand'io udi': Venite, qui si varca,
Parlare in modo soave e benigno,
Qual non si sente in questa mortal marca.
Con l'ale aperte che parean di cigno,
Volseci in su colui che si parlonne,
Tra i duo pareti del duro macigno.
Mosse le penne poi e ventilonne,
Qui lugent affermando esser beati,
Ch'avran di consolar l'anime donne.

Beati qui lugent. Pare strano: ma pur è cosi. Solo chi sa che la fatica, lo stento e il dolore, creati dall'uomo, e non da Dio, dovevano essere e furono, ne' disegni della sua sapienza infinita, soltanto un male relativo, e non assoluto, pena cioè ed espiazione del male assoluto, che ne fu cagione, e venne perdonato; solo, diciamo, chi conosce questa dottrina, portata al mondo da Cristo, può gustar quaggiù il conforto di una verace consolazione, e nobilmente rassegnarsi ai patimenti della presente vita, acquistando quella virile padronanza e signoria di sè, senza di cui non vi è che la stupidità o la disperazione. Allora soltanto l'uomo possiede davvero quell'eroismo, di cui il *si fractus illabatur orbis, impavidum frient ruinae* (calcolata disperazione pagana) neppur fu una lontana ombra: allora soltanto possiede una virtù veramente divina, che lo fa a qualunque siasi terrena catastrofe, superiore: virtù che è merito, e vede e sa esserle preparata una splendida corona. Allora l'operare con tutte le forze nostre sino alla fine non pur non è pena, ma soddisfazione nobilissima, e la morte, se occorra, un trionfo. Allora l'uomo rappresenta veramente il suo Creatore su la terra. Autore e tipo di questo sublime eroismo fu l'uomo Dio, Gesù Cristo, egli che assunse in sè tutto l'umano dolore e lo fece divino!

Invece chi è egli l'accidioso? Un vile, che perduto ogni nobile sentimento di sè nella perdita di quella fede, che è vita dello spirito, si rinnega; rinnega sè medesimo e il doppio fine per cui fu creato. Egli è il servo ignobile e *nequam*, che la stessa civile società rifiuta, e a cui dopo una ignobile esistenza in terra, non resta di là che di esser gittato fra le tenebre esteriori, perpetuamente escluso da quella ineffabile vita di gloria a cui era destinato, se da per sè medesimo non se ne fosse escluso.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

CAPITULI VICESIMI SUMMARIUM

In isto vicesimo capitulo, quod incipit: *Contra melius velle*, etc., auctor maledicit avaritiam, dicens: Maledicta sis tu, lupa, idest avaritia, que habes maiorem predam, quam habeat aliqua alia bestia, propter tuam rabiem. Nam sepe per lupam auctor figuravit avaritiam. Demum auctor dicit, quod isti avari, sic distensi in terra, invocant Virginem Mariam, recitantes paupertatem suam voluntariam, quam habebat quando peperit Christum in stabulo, etc. Iterum illi avari laudabant Fabritium, qui cum paupertate maluit sequi virtutes, quam cum divitiis existere vitiosum. Et iterum laudaba[n]t largitatem Sancti Nicolai, qua mediante ille tres virgines fuerunt a meretricio reservate. Hic auctor invenit spiritum Ugonis Ciappette, qui fuit radix istorum regum de Frantia, qui recitat auctori multa peccata commictenda per suos descendentes. Videantur in Commento illa peccata. Ponit etiam hic auctor multos malos effectus avaritie, ex quorum consideratione quis potest bene addiscere fugere peccatum avaritie et vitare. Hic ponitur primus effectus avaritie, qui fuit in Pigmalion, germano Didonis de Carthagine. Secundus effectus fuit avaritie Mide, facti ridiculum toti mundo. Tertius effectus avaritie fuit follis Achior, de quo habetur Iosue, quinto capitulo. Alius fuit effectus avaritie Zafire, de quo habetur in Actibus Apostolorum. Videantur iste hystorie in Commento. Ponit auctor hic, in hoc capitulo, quomodo, ipsis sic stantibus, supervenit unus terremotus, per quem totus mons Purgatorii tremuit, et audivit cantari Gloria in excelsis Deo, ex omni parte Purgatorii.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

CAPITULUM VICESIMUM

1 Contra miglor voler, voler mal pugna;
Ond'io contra'l piacer mio, per piacerli (1),
Trassi dell'acqua non satia la spugna (2).
2 Mossimi (3), e 'l duca mio si mosse per li
Luoghi expediti pur lungo la roccia,
Come si va per muro strecto a'merli (4);

1 *Contra melius velle, velle male pugnat;*
Unde contra placere meum, ut illi placerem,
Traxi de aqua non satiam spongiam.
2 *Movi me, et dux meus se movit per illa*
Loca expedita solum iuxta rocciam,
Sicut itur per murum stricte apud merlos;

(1) al decto papa Adriano — (2) mio desiderio, quia plura loqui cum eo voluissem — (3) adunque di lì — (4) di terra.

Contra melius velle. Contra meglior volere: istud est vicesimum capitulum huius Purgatorii, in quo, posita generali pena avarorum in precedenti capitulo, que purgatur hic, in hoc quinto circulo Purgatorii, auctor docet vitare propriam avaritiam. Quod capitulum dividitur in quatuor partes. In quarum prima auctor ponit multos bonos effectus largitatis et liberalitatis, que opponuntur avaritie, ita quod in ista prima parte laudatur liberalitas, opposita avaritie. In secunda, que incipit:

O anima, que tantum bene loqueris;
O anima che tanto ben parli,

ponitur unus spiritus modernus, involutus in vitio avaritie, qui narrat multa peccata commictenda per suos heredes et successores.
In tertia, que incipit ibi:

Quidquid dicebam de illa unica sponsa Spiritus Sancti;
Ch'io che diceva de quella unica sposa de lo Spirito Sancto,

auctor enumerat effectus pravos ipsius avaritie.
In quarta parte, que incipit ibi:

Nos iam recesseramus ab ipso;
Nui eravam partiti già de esso,

describitur unum mirabile accidens, quod evenit ibi, et apparuit, sive emersit, in isto circulo avaritie.

Volens igitur auctor laudare liberalitatem, premictit continuationem dicendorum cum dictis; et vult dicere, quod si sunt duo velle, et unus est melius alio, velle minus bonum non bene, nec recte, nec iuste, pugnat contra melius velle. Quod dicit pro tanto, quia Dantes libenter fuisset amplius locutus cum papa Adriano de natura avaritie; et hoc velle Dantis erat bonum: sed papa Adrianus nolebat plus loqui cum auctore, sed volebat plorare ad purgandum peccatum suum, sive sue avaritie; quod velle pape erat melius quam velle ipsius Dantis, qui Dantes nondum erat satiatus loqui cum dicto papa Adriano.

Nota quod sicut spongia imbibit liquorem, ita intellectus humanus imbibit notitiam; et sicut spongia non satiatur nisi bene imbiberit ad plenum, ita intellectus humanus non satiatur quousque perfecte apprehend[er]it rem intelligibilem sibi presentatam. Contra melius velle, quod erat pape Adriani, velle scilicet meum, quod erat minus bonum, male pugnat, idest non iuste; unde contra placere meum, ut illi placerem, scilicet pape Adriano, traxi, idest hausi, de [a]qua, idest de dictis ipsius pape Adriani, non satiam spongiam, idest intellectum.

—

Movi me, scilicet recedens ab ipso papa Adriano, et dux meus se movit per illa loca expedita solum iuxta rocciam, idest ripam, sicut itur per murum stricte apud merlos (nota quod auctor ibi faciebat iter diversum a solito. Audisti quod alias ibant per ripam; sed hic non potest sic ire per viam, sicut solitum erat ei. Ratio est quia ille anime stant prope ripam ipse et in extremitate ubi est apertus locus; ad denotandum quod avari nunquam devenerunt in vita

3 Chè la gente che fonde a goccia a goccia
Per gl'ochi'l mal che tutto'l mondo occupa,
Dall'altra parte in fuor troppo s'approccia.
4 Maladecta sia tu, (1) antica lupa,
Che più che tutte l'altre bestie hai preda,
Per la tua fame senza fine cupa!
5 O ciel, nel cui girar par che si creda
Le condiction di quaggiù transmutarsi,
Quando verrà per cui questa disceda?
6 Noi andavàn con passi lenti e scarsi,
Et io attento all'ombre ch'io sentia
Piatosamente pianger e lagnarsi;
7 E per ventura udi': (2) dolce, Maria,
Dinanzi a noi chiamar così nel pianto,
Come fa donna che'n partorir sia;
8 E (3) seguitar: Povera fusti tanto,
Quanto si può veder per quell'hospitio (4),
Dove ponesti 'l tuo portato santo (5).
9 Seguentemente intesi: O buon Fabritio (6),
Con povertà volesti anzi virtute,
Che gran ricchezza posseder con vitio.

3 *Quia gens que fundit ad guttam*
Per oculos malum quod totum mundum occupat,
Ab illa parte extra nimium appropinquat.
4 *Maledicaris tu, antiqua lupa,*
Que plusquam omnes alie bestie habes predam,
Propter tuam famem sine fine cupam!
5 *O celum, in cuius motu apparet quod credatur*
Conditiones inferiores transmutari,
Quando veniet per quem ista discedat?
6 *Nos ibamus cum passibus lentis et raris,*
Et ego attentus ad umbras quas sentiebam
Pie plangere et lamentari;
7 *Et a casu audivi dulciter, Mariam,*
Ante nos vocari ita in planctu,
Sicut facit domina que in parturiendo sit;
8 *Et sequi: Pauper fuisti tantum,*
Quantum videri potest per illud hospitium,
Ubi deposuisti tuum portatum sanctum.
9 *Subsequenter intellexi: O bone Fabriti,*
Cum paupertate voluisti potius virtutem,
Quam magnas divitias possidere cum vitio.

(1) o — (2) o — (3) udi' — (4) presepio — (5) Iesu — (6) romano.

ad medium virtutis liberalitatis, sed semper steterunt in extremitatibus avaritie et illiberalitatis. Et sic oportebat auctorem cum duce ire valde strictos ad ripam, ne caderent deorsum. Ponitur talis comparatio. *Sicut itur per murum apud merlos:* quando homines vadunt super murum, cuius aliqua pars dat iter, alia pars semper eminet, ubi sunt merli; si illa pars que prebet iter, sit stricta, oportet qui vadunt per tale iter, vadant multum stricti, idest adherentes muro), quia gens que fundit ad guttam, idest stillat guttatim lacrymas per oculos, malum, scilicet commissum avaritie, quod totum [mundum] occupat (apparet auctori, quod avaritia mirabiliter occuparet homines mundanos), ab alia parte, scilicet in extremitate extra, nimium appropinquat.

—

Et sic auctor exclamat contra avaritiam, dicens: Maledicaris tu, antiqua lupa, idest tu, avaritia, figurata per lupam, ut habitum fuit in primo capitulo Inferni, que plus quam omnes alie bestie habes predam, propter tuam famem sine fine cupam, idest profundam, sive insatiabilem, sicut tactum est in primo capitulo Inferni.

—

Dantes sequitur opinionem Albumazaris in libro suo De conditionibus, que opinio tenet quod celum et constellationes sic influunt in istis inferioribus, quod disponunt de regnis, statibus, hominibus, regibus, et rectoribus, et presidentibus. Nec theologi discordant, dummodo non ponatur quod celum et constellationes necessario immutent, aut necessitent, animas humanas et voluntates liberas libero arbitrio. Sperat igitur auctor, quod aliquando veniat ille Veltrus, de quo dictum diffuse in primo capitulo Inferni. Sic per Veltrum intellige illum dominum sanctum, bonum, iustum et pium, qui non diliget aurum, nec argentum, nec munera; sed vivet cum virtutibus, sapientia, amore et liberalitate, spreta omni avaritia.

O celum, in cuius motu apparet quod credatur, supple ab aliquibus, conditiones inferiores, status, dignitates transmutari, quando veniet, scilicet ille Veltrus, scilicet sanctus dominus, per quem ista, scilicet avaritia discedat, idest tollatur de medio hominum?

—

Nos ibamus cum passibus lentis et raris, idest ibamus paullatim, et ego attentus, supple iam, ad umbras, quas sentiebam pie plangere et lamentari (ibant lenti, idest cum grandi meditatione, seu speculatione et fantasia, illam materiam subtiliter meditando); et a casu audivi dulciter, Mariam ante nos vocari ita in planctu, sicut clamat domina, que in parturiendo sit (illa vox erat Ugonis Ciappette, de quo infra dicetur), et sequi: Pauper fuisti tantum quantum videri potest per illud hospitium, ubi deposuisti et peperisti tuum portatum, idest filium, sanctum, idest Dei filium. Laudat hic Ugo Ciappetta voluntariam paupertatem, que opponitur avaritie, per exemplum Virginis Marie, genitricis Domini nostri Iesu Christi, que in Bethelem pariendo non habuit locum in diversorio, sed peperit ipsum in stabulo bovis et asini.

—

Subsequenter intellexi: O bone Fabriti, cum paupertate voluisti potius virtutem, quam magnas [divitias] possidere

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

10 Queste parole m'eran sì piaciute,
Ch'io mi trass'oltre, per aver certezza
Di quello spirto onde parean venute.
11 Esso (1) parlava ancor de la larghezza
Che fece Nicholao a le pulzelle,
Per condur ad honor sua giovanezza.
12 O anima, che tanto ben favelle,
Dimmi chi fusti, dissi, e perchè sola
Tu queste degne lode rinnovelle?
13 Non fie senza mercè la tua parola,
S'io ritorn' a fornir (2) el cammin corto
Di quella vita ch'al termine vola.

10 *Ista verba ita michi placuerunt,*
Quod ego me traxi ultra, ut haberem notitiam
Illius spiritus a quo apparebant venisse.
11 *Ipse loquebatur adhuc de largitate et liberalitate*
Quam fecit Nicolaus virginibus,
Ut conduceret ad honorem earum iuventutem.
12 *O anima, que tantum bene loqueris,*
Dic michi, que fuisti, et quare tu sola
Istas dignas laudes renovas?
13 *Non erit sine mercede tuum verbum,*
Si ego redeo ad complendum iter curtum
Illius vite que ad terminum volat.

(1) spirito — (2) al. compier.

cum vitio. Iste Fabritius omnino sprevit et calcavit avaritiam: quod patet per unum exemplum de quo loquitur Valerius Maximus et Titus Livius. Hic Fabritius, homo romanus, fuit consul romanus, et tempore Pirri, regis Pirrotarum, obsidebat Tarantum. Illi Tarentini, videntes non posse resistere Romanis, putaverunt auro et argento corrumpere istum Fabritium consulem, mictentes sibi magnam copiam auri, et rogantes ipsum ut discederet inde ab obsidione: sciebant etenim ipsum fore pauperem. Quibus ipse respondit: Virtus dominorum intendit dominari habentibus aurum. Et sic, nec Pirrus nec Tarentini potuerunt ipsum corrumpere. Summum fuit auri non vinci veneno.

Ponitur etiam hystoria Sancti Nicolai, qui habebat unum nobilem pro suo vicino: qui homo nobilis habebat tres pulchras filias virgines, et ob paupertatem volebat eas ponere ad turpem lucrum meretricinum. Quod audiens Sanctus Nicolaus, qui erat dives ex hereditate paterna, incognite proiecit per fenestram illius nobilis viri unum marsubium plenum auro, cum quo ille nobilis maritavit primam filiam. Iterum secundo proiecit aliud marsubium, cum quo maritavit secundam filiam. Tandem, tertio, sic fecit. Quem observans ille nobilis, cepit per mantellum, dicens: Siste gradu, nec te aspectui subtrahas nostro. Cui Sanctus Nicolaus indixit quod talia non pubblicaret. Et sic apparet magna largitas Sancti Nicolai, de quo hic dicitur: que largitas opponitur avaritie.

Ista verba ita michi placuerunt, quod ego me traxi ultra, ut haberem notitiam illius spiritus, a quo apparebant venisse. Ipse loquebatur adhuc de largitate quam fecit Nicolaus, scilicet sanctus, virginibus, ut conduceret ad honorem earum iuventutem: cuius oppositum disposuerat pater earum propter inopiam.

O anima, que tantum bene loqueris. O anima, che tanto ben parli: hec est secunda pars huius capituli, in qua ponitur unus spiritus modernus, involutus in vitio avaritie, que [anima] recitat multa peccata commictenda per suos descendentes.

Notandum est hic quod hic spiritus erat anima Ugonis Ciappette, qui Ugo, secundum opinionem auctoris, fuit principium originis tertie stirpis regum Frantie. Ubi nota, secundum opinionem auctoris, quod reges Frantie habuerunt triplicem originem. Quarum prima fuit ante Karolum Magnum, que incepit a Feromundo, et illa duravit per aliquos reges. Secunda origo habuit originem a Karolo Magno, que durat usque ad Ludovicum sextum regem Frantie, qui carens prole masculina, vocavit Ugonem Ciappettam, tenentem clavem cordis ipsius regis et omnia facta regni Frantie gubernabat. Et licet Cronice regum Frantie dicant, quod iste Ugo Ciappetta fuit nobilis valde, Dantes tamen, scilicet auctor, credens bene scire veritatem, quam perquisivit Parisius, ubi diu stetit et studuit, investigando ortum eius, dicit quod ipse, scilicet Ugo Ciappetta, fuit filius unius beccarii, scilicet macellatoris: sed bene fuit prudens valde, unde bene scivit complacere regi, suo domino, et etiam aliis baronibus et proceribus regni Frantie, et multos amicos sibi acquisivit. Quapropter, mortuo dicto rege Ludovico, ipse Ugo Ciappetta, cum sua prudentia, cum suis denariis et muneribus et astutia magna et amicis aggregatis, habuit in sua potestate dandi coronam regni Frantie cuicumque vellet. Et ipse rex Ludovicus moriens, precepit filie sue, quod reciperet illum virum, quem iste Ugo Ciappetta vellet sibi dare, et sic precepit regine matri puelle ut faceret. Iste Ugo Ciappetta habebat filium, notabilem virum, cui voluit dare et dedit in uxorem filiam regis. Pro [se] autem noluit, quia audivit ab aliquibus semiprophetis, quod semen suum deberet durare per septem stirpes; et ut in longum magis protraheretur, dedit filiam regis in uxorem filio suo, a quo descenderunt isti reges, qui modo regnant et regunt Frantiam, ita quod Ugo Ciappetta fuit principium tertie originis regum Frantie. Utrum autem ille Ugo Ciappetta [fuerit] filius unius beccarii, an non, relinquo lectoribus. Aliqui ad cooperiendum hoc, dicunt, quod ille Ugo Ciappetta fuit valde nobilis et bene filius unius nobilis viri, qui vocabatur Beccaro; non quod esset beccarius, sed sic vocabatur. Modo Ugo iste narrat suorum descendentium multos malos effectus et multa mala opera. Sed inter alia ponit, quod reges Frantie facti sunt tyrampni, usurpando bona Ecclesie, constituendo Summos Pontifices, usurpando provintias et

14 Et elli (1): Et io dirò, non per conforto
Ch'io attenda di là, ma perchè tanta
Gratia in te luce pria che sia morto.
15 Io fui radice de la mala pianta,
Che la terra chrystiana tutta aduggia
Sì, che buon fructo (2) rado se ne schianta.
16 Ma, se Doagio (3), Lilla (4), Guanto (5) e
Potesser, tosto ne saria vendecta; [Bruggia (6)
Et io la chieggio a lui (7) che tutto giug-
17 Chiamato fui di là Ugo Ciappecta: [gia (8).
Di me son nati e Filippi (9) e' Loygi (10),
Per cui novellamente è Francia recta.
18 Figluol io fu d'un becchar di Parygi.
Quando li regi antichi (11) venner meno
Tutti, fuor ch'un (12) reducto in panni bigi,
19 Trovami strecto ne le mani el freno
Del governo del regno, e tanta possa
Di nuovo acquisto (13), e sì d'amici pieno,
20 Che a la corona vedova promossa (14)
La testa di mio figlo fu, dal quale
Cominciar di costor le sacrate ossa (15).

14 *Et ipse: Ego dicam tibi, non propter confortationem*
Quam ego expectem illinc, sed quia tanta
Gratia in te lucet priusquam sis mortuus.
15 *Ego fui radix male plante,*
Que terram christianam aduggiat
Ita, quod bonus fructus raro ex ea excipitur.
16 *Sed, si Doagium, Lilla, Gandavum et Bruges*
Possent, cito de hoc esset vindicta;
Et ego illam peto ab illo qui totum giugiat.
17 *Vocatus fui in mundo Ugo Ciappetta:*
De me nati sunt Philippi et Ludovici,
Per quos noviter Frantia est recta.
18 *Filius fui unius macellarii de Parisius.*
Quando reges antiqui defecerunt
Omnes, preter unum reductum in pannis grigiis,
19 *Reperi strictum in manibus meis frenum*
Gubernationis regni, et tantam potentiam
Nove acquisitionis, et ita amicis plenum,
20 *Quod ad coronam viduam promotum*
Caput mei filii fuit, a quo
Inceperunt istorum sacrata ossa.

(1) rispose — (2) mala pianta — (3) città — (4) città — (5) città — (6) città — (7) a Dio — (8) giudica — (9) re — (10) re — (11) de domo Karoli Magni — (12) re — (13) tesoro — (14) al. permossa — (15) maladecte.

terras aliorum dominorum, sic Flandriam, Brabantiam, provintiam Provintie, et multa alia. Et dicit quod una verecundia magna cooperit minorem. Verecundia erat regibus Frantie, ab uno beccario descendisse: sed maior verecundia est, quod ipsi reges Frantie sunt tyrampni, et quod ex ipsis sint proditores; sicut ipse intendit dicere de Karolo Sineterra. Qui venit in Ytaliam, vocatus a domino Bonifacio octavo, et missus Florentiam pro reponenda civitate Florentie in bona pace: cuius oppositum fecit; quia quam cito intravit Florentiam cum fama faciendi bonam pacem inter cives, oppositum fecit. Nam subito adhesit parti Nigre; ideo introduxit dictum Cursium de Donatis, caput partis Nigre, per quem fugata fuit tota pars Alba, de qua erat Dantes, ipse auctor. Unde plurimi boni cives florentini fuerunt destructi; et sic rupta sunt viscera civitatis, propter cives destructos, qui erant viscera civitatis. Iste igitur Ugo Ciappetta dicebat, ille tantum, bona supradicta, tam de Virgine Maria, quam de Fabritio, quam etiam de Sancto Nicolao. Cui loquens auctor dicebat: O anima, que tantum bene loqueris, dic michi qui fuisti, et quare sola tu istas dignas laudes renovas: non erit sine mercede, idest premio, tuum verbum, si ego redeo, idest rediero, ad complendum iter curtum, idest breve, illius vite, que ad terminum volat, idest ad mortem.

Nota quod vita prior habet terminum, idest mortem; vita autem alia, sive sit beata, sive misera, non habet terminum, quia eterna erit utraque. Premium quod potuit promictere Poeta, auctor scilicet, erat fama quam poterat dare illi Ugoni Ciappette, vel facere orari pro ipso.

Et ipse, scilicet dixit michi: Ego tibi dicam, non propter confortationem, quam ego expectem, scilicet a consanguineis meis illinc, scilicet a mundo; sed quia tanta gratia in in te lucet: quia Dantes vivus ibat inter animas mortuorum. Moraliter, intellige quod Dantes non expectavit terminum vite ad penitendum, sed diu ante mortem penituit suorum peccatorum. Non faciunt michi aliquod bonum hii qui a me descenderunt, quia sunt tantum dediti, idest avaritie, quod ad nihil aliud tendunt, quam ad congregandum divitias et ad acquirendum dominia etiam iniuste.

Ego fui radix male plante, idest stirpis regum Frantie, que terram christianam adugiat, idest tyrampnizat, ita quod bonus fructus raro ex ea extirpatur. Iste, ut dictum fuit, fuit origo tertie stirpis regum, etc.

Sed si Doagium, villa Flandrie, Lilla, alia bona villa, Gandavum, alia optima villa, et Bruges, alia nobilis villa, etiam Flandrie, possent, cito de hoc esset vindicta. Et ego illam peto [ab illo] qui totum giugiat, idest iudicat.

Vocatus fui in mundo Ugo Ciappetta: de me nati sunt Philippi et Ludovici (communiter illi de domo Frantie vocantur talibus nominibus), per quos est noviter Frantia recta.

Filius fui unius macellarii parisiensis. Quando reges antiqui defecerunt omnes, preter unum reductum in pannis grigiis (hoc dicit propter Sanctum Ludovicum, qui fuit tunc

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

21 Mentre che la gran dota Provenzale (1)
Al sangue mio non tolse la vergogna (2),
Poco valea (3), ma pur non facea male (4).
22 Lì cominciò con forza e con menzogna
La sua rapina; e poscia, per amenda (5),
Ponti e Normandia prese, e Guascogna.
23 Karlo (6) venne in Italia, e, per vicenda (7),
Victima fe' di Corradino (8); e poi
Ripinse in ciel Thomaso (9), per emenda.
24 Tempo vegg' io, non molto dipo' ancoi,
Che tragge un altro Karlo (10) fuor di
Per far conoscer meglo e sè e suoi. [Francia,

21 *Quousque grandis dos Provintialis*
Sanguini meo non abstulit verecundiam,
Modicum valebat, sed tamen non faciebat malum.
22 *Ibi incepit cum vi et cum mendacio*
Suam rapinam; et postea, pro emenda.
Pontem et Normandiam cepit, et Vasconiam.
23 *Karolus venit in Ytaliam, et, propter emendationem,*
Victimam fecit de Corradino; et postmodum
Repulit ad celum Thomam, propter emendationem.
24 *Tempus video, non multum post adhuc,*
Quod trahit unum alium Karolum extra Frantiam,
Ut faciat cognosci se et suos melius.

(1) affinità dei conti di Provenza — (2) della usurpatione del regno — (3) poteva el sangue mio — (4) quia humiliter vivebat — (5) hyronia est — (6) primo re di Sicilia e fratello di Loygi — (7) hyronia — (8) facendolo decapitare ingiustamente — (9) d'Aquino, facendolo venenar perchè non fosse papa — (10) decto Senzaterre, figluol de re Loygi.

monachus: filius Ugonis venit ad regnum, propter adherentiam patris sui ad Ludovicum ultimum istius stirpis, sicut Tarquinius devenit ad regnum romanum, qui adhesit Ancho Marcho), reperi strictum in manibus meis frenum gubernationis, vel regiminis, regni, idest tantam potentiam nove acquisitionis, et ita amicis plenum, quod ad coronam viduam, idest privatam herede regali masculina, promotum [fuit] caput mei filii, a quo inceperunt istorum sacrata ossa idest maledicta, vel execrabilia, vel aliter quia reges Frantie unguntur et consecrantur.

—

Quousque grandis dos Provintialis sanguini, scilicet semini, meo, non abstulit verecundiam, modicum valebat; sed tamen non faciebat malum, idest non violentabat quemquam. *Verecundiam:* quia erant nati de uno macellatore. Vult dicere quod super sanguinem suum venit verecundia [maior illa], que erat, processisse de uno beccario, scilicet quia inceperunt usurpare provintias propinquas ubique.

—

Nota quod descendentes a ipso Ugone et a filio suo, incipiendo a filio suo usque ad Sanctum Ludovicum, qui bis fecit passagium Frantie, Karoli non erant mali reges, nec multum depravati: satis boni homines erant, licet non multum magnanimes. Sed tunc inceperunt esse pravi. Nam Ludovicus, rex Frantie, et Karolus eius frater, qui venit in Ytaliam, vocatus per Clementem, qui debellavit Manfredum regem Cicilie, filium Frederici, etc., de quo dictum est sepe supra, habuerunt duas sorores in uxores, filias comitis Raimundi Berlingerii, comitis Provintie; et propter hoc usurparunt comitatum Provintie, etiam vivente patre uxorum suarum. Sed Karolus retinuit Provintiam pro se pro dotibus uxoris sue. Sic occuparunt terras Flandrie, superius nominatas. De defectibus talium ibi.

Incepit cum vi et mendacio, idest violentia et mendaciis, suam rapinam; et postea pro emenda, idest pro emendatione, Pontem et Normandiam cepit, idest rapuit, et Vasconiam.

—

De Karolo primo, qui venit in Ytaliam et qui interfecit et debellavit Manfredum, et qui acquisivit regnum Cicilie, ponit auctor duo magna mala, que ipse commisit. Primum malum fuit, quia decapitari fecit Corradinum, filium Conradi, filii Frederici; qui Corradinus venit in Ytaliam cum bono exercitu, quem etiam Karolus predictus debellavit. Ille Corradinus fugit de prelio, et fugiebat in Cic'liam cum una navi apud quoddam castrum Ioannis de Frangipanibus de Roma. Ille Ioannes precepit nautis, ut ipsum non portarent, et breviter ibi fuit captus ipse Corradinus et presentatus ipsi regi Karolo, quem Karolus fecit decapitari: et tamen omnes doctores et iudices iudicabant, quod non deberet mori. Unus tamen presumptuosus iudex, ad complacendum Karolo regi, ipsum iudicavit ad decollationem. Et hoc tantum displicuit Ruberto, filio comitis Flandrie, qui erat gener Karoli, quod ipse penetravit ventrem illius iudicis, qui iudicaverat Corradinum, dicens: Nunquam amplius iudicabis quemquam. Deinde idem Karolus erat suspectatus de Sancto Thoma de Aquino, tam magno et excellenti doctore, eunte ad Leonem de Rodano, ad quoddam concilium. Timens dictus Karolus, ne ipse Sanctus Thomas de Aquino fieret cardinalis, a quo non diligebatur, misit post eum, scilicet magistrum Thomam, unum medicum, qui venenavit eum. Ita quod Karolus commisit ista duo mala, scilicet mortem Corradini et mortem Sancti Thome de Aquino. Ideo dicit textus: Carolus venit in Ytaliam, et propter emendationem victimam fecit de Corradino, et postmodum repulit ad celum Thomam propter emendationem,

—

Hiis dictis, iam auctor dicit de uno alio Karolo de domo Frantia, qui etiam venit in Ytaliam, vocatus per Bonifacium octavum, qui dictus fuit Karolus Sineterra, quia nullum dominium habuit; qui venit Florentiam, ut dictum est, pro pacificando populum, et non fecit, ymo fuit causa multorum malorum, et maxime fuit causa expulsionis partis Albe, de qua erat ipse auctor. Et iste auctor [dicit], quod iste Karolus Sineterra prel'atus fuit cum lancea Iude, idest cum

25 Senz'arme n'esce, solo e co' la lancia (1)
Con la qual giostrò Giuda; e quella ponta (2)
Sì, ch'a Firenze fa scoppiar la pancia (3).
26 Quindi non terra (4), ma peccato et onta
Guadagnerà, per sè tanto più grave,
Quanto più lieve simil danno conta.
27 L'altro (5), che già uscì preso di nave,
Veggio vender sua figla (6) e pacteggiarne,
Come fanno e corsali dell'altrui schiave.

25 *Sine armis inde exit, et solum cum lancea*
Cum qua hastilusit Iudas; et illam impingit
Ita, quod Florentie facit crepare panciam.
26 *Inde non terram, sed peccatum et despectum*
Lucrabitur, pro se tanto plus grave,
Quanto magis [leve] simile dampnum computat.
27 *Alium, qui exivit iam captus de navi,*
Video vendere suam filiam, et pacisci,
Sicut pirate de aliis sclavis faciunt.

(1) avaritia e tradimento — (2) appogia — (3) quia Guelfis adhaesit et Ghibellinos expulit — (4) alcuna città — (5) Karlo III detto Zoppo, figluol di Karlo I — (6) al marchese Azzo.

proditione; unde Florentia per ipsum passa fuit multa mala. De quo dicit, quod iste Karolus non acquiret terram aliquam, sed multa peccata commictet. Millesimo tercentesimo secundo, iste Karolus intravit Florentiam et ostendit vilitatem suam et suorum et avaritiam. Iste Karolus fuit frater Philippi Belli. Ipse punxit male Florentiam: nam tunc Florentia erat plena et populosa; iste fuit causa expulsionis multorum, maxime partis Albe, etc.: apud Deum acquisivit peccatum, apud homines despectus. Hic multum diffamatur ab auctore.

Tempus video non multum post adhuc, qui trahit unum alium Karolum extra Frantiam, ut faciat cognosci se et suos.

—

Sine armis, inde, scilicet de Frantia, exiit solus, idest non conduxit gentes armorum; cum lancea, idest proditione, cum qua hastilusit Iudas; et illam impingit ita, quod Florentiam fecit crepare panciam, idest viscera.

—

Inde non terram, sed peccatum et despectum, lucrabatur pro se, tanto plus grave quanto [leve] magis simile dampnum computat.

Auctor multum diffamat istum Karolum Sineterra, quia apparet auctori, quod commiserit ipse multa mala in Florentia, et maxime quia fuit causa expulsionis partis Albe, de qua erat auctor ipse. Vera tamen sunt illa, que auctor dicit hic. Multa commisit iste Karolus in Florentia et propter pecuniam et propter avaritiam, et ostendit vilitatem suam et suorum avaritia et proditione, unde apud Deum acquisivit peccata, et apud homines ontam, idest despectum et displicentiam.

—

Ammodo loquitur auctor de Karolo secundo, patre regis Ruberti et Sancti Ludovici de Ordine Fratrum Minorum; qui fuit filius Karoli primi, qui intravit in Ytaliam per Clementem quartum, et debellavit Manfredum, etc. Hic Karolus secundus habuit preceptum a patre suo, Karolo primo, eunte contra Ciciliam, ut non exiret de civitate neapolitana. Unde notandum est hic, quod postquam Karolus primus perdidit insulam Cicilie, que se sibi rebellavit, fecit armatam magnam, vadens ad recuperandum ipsam Cicilie insulam sibi rebellem. Precepit filio suo isti Karolo secundo, qui habebat multos filios, ut si venirent inimici ad partes neapolitanas, quod ipse nullo modo exiret ad bellum cum aliquo: quod non fecit, ymo, contra preceptum patris, veniente ad portum neapolitanum domino Rogeri[o] de Lori, admiralo don Petri regis Aragonie, inimici dictorum Karolorum, scilicet primi patris et secundi filii, ipse Karolus secundus exivit ad bellum navale extra portum neapolitanum, et fuit victus et debellatus et captus per dictum dominum Rogerium admiralum, et ductus ligatus Ciciliam in civitatem Messinensem, et ibi positus fuit in carceribus, et vix evasit quin decollaretur, propter mortem Corradini, quem pater istius Karoli secundi, scilicet Karolus primus, fecerat decollari. Sed uxor don Petri regis non permisit quod decollaretur. Modus quo fuit captus, fuit talis. Ille dominus Rogerius admiralus, veniens ad portum neapolitanum, circuens improperabat Neapolitanis, et maxime isti Karolo secundo, modo quo solent homines de galeis improperare. Iste Karolus, verecundia ductus propter talia improperia, etiam contra preceptum patris sui fecit preparare galeas, et exivit foras extra portum. Hic Karolus dicebatur Cioctus, et quia erat iuvenis, non scivit se bene regere. Tandem ductus in Catheloniam in captivitatem, ubi stetit longo tempore, demum dedit obsides filios suos, et tandem redemit se ducentis millibus florenorum; et quia non habebat tales pecunias ad redimendum se, dedit filiam suam, dominam Beatricem, in uxorem marchioni Ferrarie, scilicet Azzo tertio, et ipse Azzo marchio tertius dedit illa ducenta millia florenorum socero suo; et sic emit uxorem suam pro ducentis millibus florenorum, et pater ipsius domine Beatricis vendidit eam dicto pretio: de qua venditione multum conqueritur hic Ugo Ciappetta, videns semen suum pro pecuniis sic vendi, sicut venduntur sclavi a corsaribus, sive a piratis.

Alium, qui iam exivit captus de navi, scilicet Karolum secundum, sive Cioctum, video vendere suam filiam et pacisci, sicut pyrate de aliis sclavis faciunt. Iste tamen Karolus Cioctus, qui vendidit filiam ut dictum est, fuit valde liberalis; et filius suus, rex Rubertus, fuit sapientissimus. Si ille Karolus Cioctus, qui fuit liberalis, utitur avaritia, quid faciunt alii de sanguine Frantie, qui sunt avari? quia avaritia fuit existimanda in ipso Karolo Ciocto, dum vendidit filiam suam.

—

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

28 O avaritia, che puoi tu più farne,
Poscia ch'a'l mio sangue a te sì tracto,
Che non si cura de la propria carne?
29 E perchè paia el mal futuro e 'l facto (1),
Vegho in Anagna (2) entrar el Fiordaliso (3),
E nel vicario suo (4) Chrysto esser capto (5).
30 Veggiol un'altra volta esser deriso;
Veggio rinnovellar l'aceto e 'l fele,
E tra vivi (6) ladroni esser ucciso.
31 Veggio 'l nuovo Pilato (7) sì crudele,
Che ciò nol satia, ma senza decreto (8)
Porta nel tempio (9) le cupide vele (10).

28 *O avaritia, quid potes tu plus facere michi,*
Postquam sanguinem meum ad te ita traxisti,
Quod non curat de propria carne?
29 *Adhuc ut minus appareat malum futurum et factum,*
Video in Ananiam intrare alixium florem,
Et in vicario suo Christum esse captum.
30 *Video ipsum iterum derideri,*
Video renovari acetum et fel,
Et inter vivos latrones occidi.
31 *Video novum Pilatum et crudelem ita,*
Quod hoc eum non satiat, sed sine decreto
Portat in templum cupida vela.

(1) passato — (2) città di Campagna — (3) el giglio, arma di Francia — (4) papa Bonifatio — (5) qui Bonifatius in Anania tribus diebus captus stetit a rege Philippo — (6) al. nuovi — (7) re Philippo — (8) de la Chiesa — (9) de' guerrieri de Rodi — (10) dell'avaritia.

Nunc auctor exclamat contra avaritiam in persona Ugonis dicti, dicens: O avaritia, quid potes tu plus facere? (quasi dicat: Nil), postquam sanguinem meum ad te ita traxisti, quod non curat de propria carne?

—

Modo fit sermo de Philippo, qui fecit mori Bonifacium octavum. Iste Philippus fuit frater istius Karoli Sineterra, qui fecit tot mala in Florentia, qui sine terra remansit nec scivit sibi acquirere unam terram: saltem ex quo commisit tot mala in civitate Florentie, scivisset sibi acquirere ipsam Florentiam! Et tot mala fecit in Florentia, pecunia venenatus. Quomodo autem rex Philippus fuerit causa mortis Bonifacii octavi, dictum fuit in Inferno decimonono capitulo. Nam ipse papa Bonifacius fuit carceratus, et in carcere stetit tribus diebus, quibus noluit comedere; qui pro dolore momordit manus suas. Aliqui dicunt quod in carceribus moriebatur fame; quod non credo esse verum: sed fuit liberatus a carceribus; sed tamen pro dolore et angustia mortuus est in brevi. Nam dominus Sciara habuit homines armorum ab ipso rege Philippo, que gentes portabant lilia, scilicet arma, regis Frantie, cum quibus gentibus ipse dominus Sciara de Columpna vicit in Anania papam predictum, et ipsum cepit et incarceravit. Et quia papa est vicarius Iesu Christi, quidque infertur vicario imputatur Christo inferri, ita [dicit] quod in derisione ipsius pape Bonifacii renovata fuit passio Christi.

Adhuc ut minus appareat malum futurum et factum (per antifrasim, idest ut magis sit notum), video in Ananiam, civitatem Campanie, in qua fuit captus papa Bonifacius, intrare alixium florem (idest arma regis Frantie, quia lilium, sive lilia, sunt arma regis Frantie, quam portarunt ille gentes gallice, quas accomodavit rex Frantie domino Sciare de Columpna), et in vicario suo, scilicet papa Bonifacio octavo, Christum esse captum.

—

Video ipsum, scilicet Christum, iterum derideri, scilicet in suo vicario: video renovari acetum et fel, [et] inter vivos latrones occidi: video novum Pilatum ita crudelem, quod hoc eum non satiat, sed, sine decreto, iniuste portat in templum cupida vela.

Notandum est hic, quod tempore dicti Bonifacii erat Ordo Templariorum, qui Ordo factus fuit tempore Gotfredi de Bogliono, qui recuperavit Terram Sanctam. Scilicet Templarii fratres, stando in Hierusalem, invicem iurâverunt semper vivere ad servitium Christi cum certo Ordine; et talis Ordo brevi tempore crevit, de quo Ordine fuit frater ducis Burgundie. Ille erat cum Bonifacio contra Philippum regem Frantie, cum quingentis bonis militibus. Philippus, rex Frantie, mortuo Bonifacio et creato Clemente, fecit capi illum principalem cum bene aliis sexaginta nobilibus, quos cogebat confiteri, suum Ordinem esse malum et contra Christum; et cum nollent hoc confiteri, fecit eos igne cremari, reservatis illo principali et tribus aliis, cum processu. Et combustis illis, iterum cogebat istum principalem reservatum cum tribus aliis, ad confitendum, illum Ordinem malum, etc., et contra Christum, promictendo sibi vitam. Qui quatuor, sic reservati, inceperunt, ob timorem mortis, confiteri aliqua prava, tamen nullius reputationis; quibus factis, fecit etiam comburi, sicut et primos. Qui martyres fuerunt, quia in bona fide mortui sunt sine causa, semper appellantes ad Christum, quia ad Papam non potuerunt appellare; quia taliter erat Papa ligatus cum Philippo ipso rege, quod Papa non potuisset eis in aliquo prodesse; et factus fuit processus contra istos sine decreto, idest sine iustitia, quia iniuste occisi sunt. Et hoc fecit fieri rex Philippus propter avaritiam, quia ipse confiscavit omnia bona illorum Templariorum combustorum. Sic fecit etiam interfici et derobari omnes Iudeos, et recepit pro se omnia bona eorum Iudeorum [per sententiam] suam. Et allegabat contra Iudeos, quod ipsi destruebant fidem christianam: ideo dicit textus: Sine decreto portat in templum cupida vela.

—

32 O Signor mio (1), quando sarò io lieto
A veder la vendecta, che nascosa
Fa dolce l'ira tua nel tuo secreto?
33 Ciò ch'io (2) dicea de quell'unica sposa (3)
Dello Spirito Sancto, e che ti fece
Verso me volger per alcuna chiosa,
34 Tanto è disposto (4) a tucta nostra prece,
Quant'il dì dura; ma, quando s'annocta (5),
Contrario suon prendiamo in quella vece (6).
35 Noi ripetiam Pigmalïone allocta,
Cui traditor, ladrone e parricida
Fece la vogla sua dell'oro ghiotta;
36 E la miseria (7) dell'avaro Mida (8),
Che seguì a la sua domanda ingorda (9),
Per la qual sempre convien che si rida.
37 Del folle Achor ciaschedun si ricorda,
Come furò le spogle, sì che l'ira
Di Iosue qui par ch'ancor lo morda.

32 *O Domine mi, quando ero ego letus*
Ad videndum vindictam, que absconsam
Facit dulcem iram tuam in tuo secreto?
33 *Id quod ego dicebam de illa unica sponsa*
Spiritus Sancti, que te fecit
Versus me volvi propter aliquam rem,
34 *Tantum est repositum ad cunctas nostras preces,*
Quantum dies durat; sed, quando noctescit,
Contrarium sonum apprehendimus in illa vice.
35 *Nos repetimus Pigmalionem tunc,*
Quem proditorem et latronem et patricidam
Fecit voluntas sua auri avida;
36 *Et miseriam avari Mide,*
Que secuta est ad suam petitionem importunam,
Propter quod convenit quod semper rideatur.
37 *De fatuo Acham quilibet postea recordatur,*
Qualiter furatus fuit spolia, ita quod ira
Iosue hinc apparet quod adhuc illum remordeat.

(1) Dio — (2) Ugo Ciappetta — (3) Maria — (4) a noi da Dio — (5) si fa nocte — (6) hora — (7) ripetiamo — (8) re di Lidia, vel Frigia — (9) che fece a Bacho, che ciò che tochasse si facesse oro, onde poi si moriva di fame e di sete.

O Domine mi, quando ero ego letus ad videndum vindictam, que absconsam facit dulcem iram tuam in tuo secreto?

Ista littera est difficilis: pro qua intelligenda notandum est, quod quando aliquis recipit iniuriam ab aliquo, et videt de proximo vindictam, gaudet in mente sua. Ita facit Deus, qui noscit omnia futura. Tunc, quando Deus offenditur et ipse Deus prescit vindictam de proximo faciendam, in secreto, sive in arcano consilio, Dei, fit dulcis ira ipsius Dei, idest placatur.

Modo ista exclamatio dirigitur ad Deum propter iniquitates commissas ab ipso rege Philippo: qui rex Philippus, vadens venatum ad silvas, dilaniatus fuit ab ipso apro et concisus in partes in venatione. Ecce quod vindicta erat de ipso de proximo facienda; ita quod ira Dei facta fuit dulcis in secreto consilio suo, propter dilaniationem factam ab apro. Ipsi regi Philippo remanserunt tres filii, quorum in brevi quilibet moriebatur, nec de ipsis remansit heres, et ipsi tres omnes habuerunt uxores publicas adulteras cum pudore, ita quod regnum postea devenit ad Karolum Sineterra.

—

Id quod ego dicebam. Ciò che diceva: hec est tertia pars huius capituli, in qua enumerantur pravi effectus avaritie. Sed Ugo primo dicit talia verba auctori: Id quod dicebam ego de illa unica sponsa Spiritus Sancti, que te fecit versus me volvi propter aliquam rem, idest propter paupertatem voluntariam Virginis Marie, propter virtutem Fabritii et opera Sancti Nicolai, tantum est repositum, vel respositum, ad cunctas nostras preces, quantum dies durat; sed quando noctescit, idest incipit fieri nox, contrarium sonum apprehendimus: quia illa que dicimus de die, sunt boni effectus liberalitatis; sed illa que dicimus de nocte, sunt opposita illis, quia sunt effectus avaritie.

—

Ad intelligendam litteram sequentem, oportet notare septem hystorias. Una est poetica, alie sunt vere in re, sicut sonant, quarum plures sunt in Sacra Scriptura.

Prima hystoria est de Pigmaleon. Hic fuit frater carnalis domine Didonis, filie Beli, regis Tyri, in terra promissionis: que Dido maritata fuit Sicheo. Hic Pigmaleon, ob sui avaritiam, sciens suum cognatum, scilicet Sicheum, esse ditissimum et habentem maximos thesauros, interfecit eum proditorie et destruxit patriam illam, et fuit magnus latro: et hoc fecit, quia habuit voluntatem avidam auri. Dicit textus: Nos repetimus Pigmaleon *allocta*, idest tunc, scilicet de nocte, quem proditorem et latronem patricidam fecit [voluntas] sua, auri ghiocta, idest avida.

—

Secunda hystoria est poetica, scilicet de Mida, qui fuit tantum avidus auri, quod dum Iuppiter diceret sibi: Pete omnem gratiam quam vis et faciam tibi illam, ex eo quia bene sacrificasti michi; tunc Mida dixit: Fac michi hanc gratiam, quod quidquid tetigero fiat aurum. Quod et factum est. Tunc oportebat ipsum mori, quia quidquid tangebat fiebat aurum; unde ab omnibus fuit derisus propter suam avaritiam. Ideo dicit textus: Et miseriam avari Mide, scilicet repetimus, que, scilicet miseria, secuta [est] ad suam petitionem importunam, propter quod convenit, idest oportet, quod semper rideatur.

—

Tertia hystoria ponitur in quinto capitulo Iosue, que est de Acham, homine sic vocato, vel Achior, quod idem est.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

38 Indi accusiàn col marito Zaphyra;
Lodiàn li calci ch'ebbe Helyodoro;
Et in infamia tutto il mondo gira
39 Polynestor (1) ch'ancise Polydoro.
Ultimamente ci si grida (2): O Crasso (3),
Di' (4), tu che sai, di che sapore è l'oro.
40 Thalor parla l'un (5) alto, e l'altro basso,
Secondo l'affection ch'a dir ci sprona,
Hor a maggiore et hor a minor passo.
41 Però ch'al ben che'l dì ci si ragiona,
Dianzi sol (6) non era; ma qui presso
Non alzava la voce altra persona.
42 Noi eravamo partiti già da esso,
E brigavàn di soverchiar la strada
Tanto, quanto 'l poter n'era permesso;

38 *Inde accusamus cum coniuge Saphiram;*
Laudamus calces quos habuit Eliodorus,
Et in infamiam totus mundus girat;
39 *Polimestorem qui occidit Pollidorum.*
Ultimo hic clamatur: O Crasse,
Dic nobis, quia id scis, cuius saporis est aurum.
40 *Aliquando loquitur unus alte, et alter aliquando [submisse,*
Secundum affectionem que ad dicendum nos incitat,
Aliquando ad maiorem aliquando ad minorem [passum.
41 *Ideo ad bonum qui hic in die ratiocinatur,*
Paulo ante non eram ego solus; sed hic prope
Non elevabat vocem alia persona.
42 *Nos recesseramus iam ab illo,*
Et conabamur superare stratam
Tanto, quanto posse nostro erat permissum;

(1) re di Tracia — (2) al. sì gridiamo — (3) Marcho — (4) al. dilci — (5) di noi — (6) solo.

Iste Acham, sive Achior, fuit furatus de anathemate, unde fuit postmodum lapidatus. Dum Iosue misisset gentes suas ad expugnandum unam civitatem Cananeorum, scilicet Ain, de precepto Dei dixit toti populo, quod nemo aliquid de spoliis inimicorum reciperet; sed omnia essent anathema, et comburerentur. Iste Acham, sive Achior, furatus fuit aliqua de spoliis, et abscondit. Altera die, vadens populus Dei ad bellum, fugatus est, et multi interfecti sunt a Cananeis. Tunc Iosue ivit et consuluit Deum, unde hoc evenerat, quia Deus promisit victoriam. Tunc dixit: Quoniam aliquis de populo furatus est de anathemate. Et missis sortibus, deventum est quod Acham, sive Achior, hoc fecerat; qui captus, confessus est furtum quod fecerat propter avaritiam, et lapidatus fuit et sepultus in una valle, que usque in hodiernum diem vocatur vallis Acham, sive Achior. Ideo dicit: De fatuo Acham, idest repetimus, quilibet, scilicet nostrum, recordatur, qualiter furatus fuit spolia, ita quod ira Iosue hinc apparet quod adhuc illum remordeat, quia in ira Iosue fecit ipsum lapidari.

Alia hystoria est de Saphira, que hystoria ponitur in libro Actuum Apostolorum. Saphira cum coniuge vendiderunt omnia bona sua et portaverunt ad pedes Apostolorum pecunias, reservata aliqua portione. Quibus, euntibus ad pedes Apostolorum, dixit Sanctus Petrus: Cur partem reservastis? Et subito Saphira moriebatur. Illa reservatio fuit propter avaritiam, propter quam avaritiam moriebatur Saphira, ut dictum est. Ideo dicit textus: Inde accusamus cum coniuge Saphiram.

Alia hystoria est, [que] habetur in libro Machabeorum. Sceleratus rex Surie, volens honorare Deum suum Apollonem, misit ad templum Salomonis in Hierusalem Eliodorum, ut reciperet bona de dicto templo; et fuit sibi concessum ut caperet quidquid vellet, quia sacerdotes non poterant sibi resistere. Dum iste Eliodorus esset in templo, volens recipere vasa domus Domini, apparuit de celo unus eques, qui multa verbera dedit isto Eliodoro et fortissime calcibus percussit eum; et sic rediit ad dominum suum bene cesus, nec aliquid de domo Domini se[cum] contulit. Ideo dicit textus: Laudamus calces, quos habuit Eliodorus; et in infamia totus mundus girat, idest circuitur, vel circumvolvitur.

Alia hystoria est de Polimestore, rege Tracie. Hic Polimester, rex Tracie, unius insule in Archipelago in Gretia, habebat in uxorem unam filiam regis Priami, scilicet regis Troye. Videns rex Priamus quod Greci multum vicerunt, et iam mortuus erat Hector, misit unum filium suum, nomine Polidorum, cum multo auro, ad istum Polimestrem, cogitans quod ipse bene reciperet Polidorum et conservaret aurum illud. Ille Polimester, videns quod Greci vincebant, interfecit Polidorum cognatum suum, germanum uxoris sue, et pro se tenuit aurum illud. Hoc fecit propter avaritiam. Ideo dicit textus: Polimestrem, scilicet accusamus, qui occidit Polidorum.

Alia hystoria est de Crasso, consule romano, qui vadens ad Assiriam, expugnavit civitatem unam, et subito se dedit prede ad derobandum. Inimici, videntes Romanos vacare spoliis, verterunt se contra Romanos, et plures interfecerunt, et ceperunt Crassum, et aurum multum liquefactum miserunt in guttur eius dicentes: Quem saporem habet aurum? Ideo dicit textus: Ultimo hic clamatur: O Crasse, dic nobis, quia scis, cuius saporis est aurum!

Aliquando loquitur unus alte, aliquando submisse, secundum affectionem, que ad dicendum nos incitat; aliquando ad maiorem, aliquando ad minorem passum. Ideo ad bonum, quod in die hic ratiocinatur, paulo ante non eram ego solus; sed hic prope nos elevabat vocem alia persona, scilicet quam ego, ad cantandum.

Nos iam recesseramus. Nui eravam partiti: hec est quarta pars huius capituli, in qua describitur unum mirabile accidens, quod fuit tale. Venit terremotus terribilis, dum sic starent; et fuit terremotus talis, quod totus mons visus est tremere; et post terremotum auditus est unus cantus cum magno rumore. Unde auctor multum timuit, et oportebat scire quid hoc esset, et quid hoc significaret. Dicit igitur auctor: Nos iam recesseramus ab illo, scilicet spiritu Ciappette, et conabamur superare stratam, idest cito transire, tanto quanto nostro posse erat permissum (quia Dantes non poterat ire ita leviter, sicut spiritus ibat; quia Dantes habebat corpus grave); quando ego sensi, sicut res que cadit, tremere montem, unde me apprehendit unum gelu, quale apprehendere solet illum qui ad mortem vadat, idest trahatur.

Nota quod terremotus sepe fuit causa ruine unius montis. Dicit etenim Titus Livius, quod ita atrociter certatum fuit apud lacum Perusinum cum Annibale, quod factus est terremotus adeo ingens, quod multi homines sunt rupti; nec tamen illi bellantes dimiserunt bellum, licet hoc senserint. Certe, non excutiebatur ita fortiter Delos insula (est in Archipelago in Gretia, sic dicta), postquam Latona in ea faceret nidum ad parturiendum duos oculos celi. Fingunt poete quod insula Delos fuit vagabunda, et movebatur in mari, et erat instabilis. Latona pregnans, que fuit impregnata a Iove, ivit, ad parturiendum, insulam Delos; et quia mulier non potest parere nisi in loco stabili, Delos insula fuit, volente Iove, coniuncta Ortusie, alteri insule. Sic facta est insula Delos stabilis, in qua Latona peperit Solem et Lunam, qui sunt duo oculi celi. Inde est quod sicut Appollo sepe vocatur Delius, idest natus in Delos: sic etiam luna vocatur Delia, idest nata in Delos. Scribit Macrobius de Saturnalibus, quod Delos sit mundus instabilis, que est una insula in medio aquarum. Latona fuit materia informis, sive chaos, sive yle, ex qua facti fuerunt sol et luna. Nam sol et luna sunt duo oculi celi. Apud Sacram Scripturam sol et luna dicuntur duo luminaria celi, sive mundi.

Dum terremotus ille fiebat, fuit unus cantus cum clamore, et dicebatur, Gloria in excelsis Deo. Tunc magister se vertit ad Dantem dicens: Ne timeas, dum sum tecum. Quasi dicens: Si te rexi in Inferno, tanto peramplius te bene regam in Purgatorio. A vicinis spiritibus, qui erant propinqui ipsi Danti, scivit Dantes, quod clamor ille dicebat, Gloria in excelsis, etc. Tunc auctor et Virgilius stabant suspensi, nescientes quid hoc fuisset; et stabant sicut steterunt pastores prope Bethelem, qui etiam ympnum, scilicet Gloria in excelsis, audierunt ab angelis.

Postea inceptus est ex omni parte unus clamor ita, quod magister versus me se fecit dicendo: Non dubites, dummodo ego te duco. Gloria in excelsis, omnes, Deo, dicebant, propter id quod a vicinis comprehendi, unde intelligi clamor potuit.

Nos stabamus immobiles et suspensi, sicut pastores, qui prius audierunt illum cantum, quando Christus natus est in Bethelem, quousque tremor cessavit, et ille cantus completus est.

Postea resumpsimus iter nostrum sanctum, respiciendo umbras, que iacebant per terram, reversas iam, idest que redierant, ad consuetum planctum: quia dum cantaverunt, omnes alie anime se erexerunt ad cantandum; sed completo cantu, redierunt ad plangendum, sicut steterunt per

43 Quando sentii, come cosa che cada,
Tremar lo monte: onde mi prese un gielo,
Qual prender suol colui ch'a morte vada.
44 Certo non si scotea sì forte Delo (1),
Pria che Latona in lei facesse 'l nido
A partorir li due ochi (2) del cielo.
45 Poi cominciò da tutte parti el grido,
Tal che 'l maestro inver di me si feo,
Dicendo: Non dubiar, mentr'io ti guido.
46 Gloria in excelsis, tucti, Deo,
Dicean, per quel che da vicin (3) compresi,
Ond' intender lo grido si poteo.
47 Noi stavamo immobili e sospesi,
Com' e' pastori che pria udir quel canto (4),
Finchè 'l tremar cessò, et io 'l compresi.
48 Poi ripiglammo nostro cammin sancto,
Guardando l'ombre che giacean per terra,
Tornate già in su l'usato pianto.

43 *Quando ego sensi, sicut res que cadat,*
Tremere montem: unde me apprehendit unum gelu
Quale apprehendere solet illum qui [ad] mortem [vadit.
44 *Certe non excutiebatur ita fortiter Delos,*
Priusquam Latona in ea faceret nidum
Ad parturiendum duos oculos celi.
45 *Postea inceptus est ab omni parte unus clamor,*
Ita quod magister versus me se fecit,
Dicendo: Non dubites, dum ego te conduco.
46 *Gloria in excelsis, omnes, Deo,*
Dicebant, propter id quod a vicinis comprehendi,
Unde intelligi clamor potuit.
47 *Nos stabamus immobiles et suspensi,*
Sicut pastores qui prius audierunt illum cantum,
Quousque tremere cessavit, et ille completus est.
48 *Postea resumpsimus iter nostrum sanctum,*
Respiciendo umbras que iacebant per terram,
Reversas iam ad consuetum planctum.

(1) insula — (2) Phebo e Diana — (3) da presso — (4) Luc. II° cap.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

Nulla ignoranza mai con tanta guerra
Mi fe' desiderando di sapere,
Se la memoria mia in ciò non erra,
Quanta pariemi allhor pensando havere:
Nè per la frecta domandar era oso (1),
Nè per me si potea cosa vedere:
Così m'andava timido e pensoso.

(1) ardito.

Nulla ignorantia unquam cum tanta guerra
Me fecit avidum sciendi,
Si memoria mea in hoc non errat,
Quantam apparebat michi nunc cogitando habere:
Nec propter festinantiam petere eram ausus,
Nec per me ibi poterat res videri:
Sic ibam timidus et cogitabundus.

ante. Terremotus ille et cantus ille fuerunt causa quod auctor habebat maximum desiderium sciendi quid hoc significaret. Nunquam ignoravit aliquid, quod ignorare tantum displiceret auctori, sicut hoc; et propter festinantiam auctor non erat ausus interrogare ducem suum, nec auctor sufficiebat sibi ipsi hoc cognoscere; et ideo ibat timidus et multum cogitans. Nulla ignorantia unquam cum tanta guerra me fecit avidum sciendi, si memoria mea in hoc non errat, quantum apparebat michi tunc cogitando habere; nec propter festinantiam petere eram ausus; nec per me ibi poterat res, scilicet aliqua, videri: sic ibam timidus et cogitabundus. Littera plana est, etc.

LA SALITA DELLE ANIME AL CIELO

Ci eravam partiti appena (dice il Poeta) da Ugo Capeto (che gli narrò la propria progenie e i gravi mali fatti da essa patire all'Italia),

Quando io sentii, come cosa che cada,
Tremar lo monte: onde mi prese un gelo,
Qual suol prender colui ch'a morte vada.
. . . . . .
Poi cominciò da tutte parti un grido
Tal, che 'l maestro inver di me si feo,
Dicendo: Non dubbiar, mentr' io ti guido.
Gloria in Excelsis, tutti, *Deo*
Dicean, per quel ch'io da vicin compresi,
Onde intender lo grido si poteo.
Noi ci restammo immobili e sospesi,
Com' i pastor che prima udir quel canto,
Finchè 'l tremar cessò, ed ei compièsi.
Poi ripigliammo nostro cammin santo.

Compita la purgazione de' peccati più gravi, che da interna malizia dello spirito procedono ed in esso han sede, e dei minori, cioè de'sensuali, cancellato il massimo, che è l'avarizia, da prima un tremoto violentissimo, e poi un cantico di gioia su tutta la montagna, avvertono il Poeta, che un'anima, libera omai d'ogni pena e fatta agile come vento, spiccò il volo al cielo.

Posto che l'ultima finalità delle cose create sta nell'ordine sovrannaturale, a cui, come accennammo altrove, tutto il creato gemendo, « tota creatura ingemiscit », sospira, perchè quivi troverà il suo compimento, pare a bella prima strano che questo passaggio, di certo non contrario a natura, anzi suo desiderio supremo, debba venir accompagnato da siffatto pauroso sconvolgimento di tutta la montagna del Purgatorio. Però chi con profondo acume ne pensi il significato, lo trova, non che solo ragionevole, ma contenere, o meglio adombrare, una di quelle verità altissime di teologia, nelle quali le filosofiche speculazioni hanno la luce che le compie e le fa sicure.

Il passaggio dallo stato naturale a quello sopra natura non è già un graduale svolgimento di forze create, sibbene un salto. Ad esso accennò Gesù, quando, prenunziando l'ultima sua venuta, assomigliò la palingenesi che ne seguirà, ad un lampo che uscendo di levante splende fino al ponente: cioè si compirà in un attimo: e dunque per un salto, il quale traslocherà l'universo dal tempo all'eternità. Imperocchè, quantunque il soprannaturale stupendamente, anzi divinamente, si armonizzi con la natura, da parer quasi una cosa sola, pure quello avanza questa infinitamente, perchè essenzialmente ne differisce e ne trascende tutte le leggi; impossibile quindi l'elevazione dell'una all'altro senza un miracolo. Difatti, alla morte di Cristo il velo del tempio non si alzò già, o si rimosse, semplicemente, ma si squarciò: segno del salto, per cui l'umanità, che aveva per noi assunta, entrò nell'eternità. Dottrina, che gitta a terra le teoriche del naturalismo, il quale non osserva che il creato, comunque indefinito voglia da noi immaginarsi, per ciò solo che non è positivamente infinito, lascia un' infinita distanza tra sè e l'infinito, in cui la creatura, addiventando infinita, trovi il pieno suo appagamento: distanza quindi insuperabile, fosse pure per un progresso di eternità. Il fatto dunque succede per un miracolo; e a questo appunto accenna il Poeta coll'arcano scotimento della montagna, sempre che una di quelle anime, compita la purgazione, sale al cielo, e con le voci di gioia e di glorificazione all'Altissimo, che a tanto avvenimento mettono le sue sorelle ivi ancora rimaste a penosamente salire. E ottimamente si capisce che la natura, ricevendo una virtù nuova, una virtù ad essa infinitamente superiore, straordinariamente si scuote nel più intimo de'suoi penetrali, quasi temendo di perire: è però l'affanno della morte anche ne'santi: e però la paurosa catastrofe, predetta da Cristo, quando tutto l'universo sarà traslatato nell'eternità.

Forse si potrebbe anche dire, che tale sconvolgimento della natura materiale, all'ascendere che fa dalla montagna qualcuna di quelle anime al cielo, simboleggi il totale cessare delle relazioni tra l'anima ed il mondo corporeo; cessazione che s'inizia con la morte, e compiesi nell' ascendere dopo la purgazione alla gloria, benchè ne sia adeguato, anzi sovrabbondante, compenso il consorzio con la natura divina e gli spiriti già beati. O vogliam dire che simboleggi l'interiore commozione, che a tal fatto tutta la natura sente, quasi novella offesa a quell'unità, per cui spiriti e corpi indissolubilmente uniti dovranno trasumanarsi, e tramutarsi infine tutto l'universo in una creazione nuova, quale ce la ritrae Giovanni nella sua Apocalisse, e che segnerà il pieno trionfo di Cristo in cielo.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

CAPITULI VICESIMIPRIMI SUMMARIUM

In isto vicesimoprimo capitulo, quod incipit: *Sitis naturalis, que nunquam,* etc., auctor tractat de prodigalitate, que est vitium oppositum avaritie; quia prodigalitas punitur in eodem circulo et cum eadem pena qua punitur avaritia. Sed, ut dictum est, avaritia non est proprie extremum liberalitatis, ut dicit Aristotiles in quarto Ethicorum; sed extrema liberalitatis sunt prodigalitas et illiberalitas. Communiter, tamen, multi accipiunt avaritiam pro illiberalitate. Sic etiam in Inferno punit avaros et prodigos in eodem circulo et eadem pena, ut patet in septimo capitulo Inferni. Primo, in hoc capitulo auctor ponit quomodo invenerunt hic unam animam salutantem ipsos, auctorem et Virgilium, purgatam a vitio prodigalitatis, cui Virgilius recitat conditionem suam et etiam auctoris; et petit Virgilius ab illa anima causam tremoris nuper facti et rumoris auditi in capitulo precedenti. Que anima, respondens, dixit ipsi Virgilio, quomodo peregrine impressiones non fiebant hic in hoc circulo, non ros, non pruina, non aqua, non nix, non grando, non venti, non arcus celestis, non asub, non comete, non tonitrua, non coruscationes, etc.; sed tremor ille fit quando aliqua anima, mundata a peccato, ascendit superius per montem. Et tunc Virgilius interrogavit istum spiritum quis fuit: qui declarat, se fuisse spiritum Statii poete; et quando Titus Vespasianus vindicavit mortem Christi, tunc de Tholosa, unde erat oriundus, venit Romam; et quomodo ipse composuit libros Thebaydos et Achilleydos, mediante adiutorio quod habuit a libro Eneydos. Et tunc auctor indicavit isti spiritui, quod Virgilius erat iste dux suus; et quomodo tunc ad invicem locuti fuerunt Virgilius et Statius, auctor dicit in fine istius capituli.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

CAPITULUM VICESIMUMPRIMUM

1 La sete natural che mai non satia,
Se non coll'acqua onde la femminetta
Samaritana dimandò la gratia,
2 Mi travaglava, e pungèmi la frecta
Per la 'mpacciata via dietr'al mio duca,
E conduceami a la giusta vendecta.

1 *Sitis naturalis que nunquam satiatur,*
Nisi cum aqua cum qua muliercula
Samaritana petiit gratiam,
2 *Me movebat, et pungebat me festinantia*
Per impeditam viam, retro meum ducem,
Et condolebam iuste vindicte.

Sitis naturalis que nunquam satiatur. La sete naturale che mai non satia: istud est vicesimumprimum capitulum istius Purgatorii. Ex quo in precedenti capitulo posita sunt remedia, quibus vitatur vitium avaritie, nunc in isto capitulo auctor tractat de prodigalitate, que opponitur avaritie; et ista duo vitia merito purgantur hic in Purgatorio, sicut etiam et in septimo Inferni simul tormentantur avari et prodigi, ut prehabitum fuit ibi. Dividitur autem istud capitulum in quatuor partes. In quarum prima introducit auctor unam animam illustrem et nobilem iam purgatam a vitio prodigalitatis, cui Virgilius recitat conditionem suam et Dantis.

In secunda, que incipit ibi:

> Sed dic nobis, si tu scis;
> Ma dime, si tu sai,

Virgilius petit ab illo spiritu causam commotionis, sive terremotus predicti et rumoris auditi supra in precedenti capitulo.

In tertia, que incipit ibi:

> Et sapiens dux: Admodo video rethe;
> E 'l savio duca: Omai viggio la rethe,

Virgilius petit a predicto spiritu, quis ipse fuit in superiori mundo.

In quarta, que incipit ibi:

> Ego tamen subrisi;
> Io pure subrisi,

auctor manifestat Virgilium illi spiritui predicto.

Primo tamen auctor continuat dicta dicendis. Nam in fine precedentis capituli [dixit], quod nunquam habuit voluntatem accensam ad sciendum aliquid, quantum habebat de sciendo quid esset ille terremotus. [Nunc] tangit auctor voluntatem sub nomine sitis naturalis. Summaliter vult dicere auctor, quod tria genabant eum; scilicet dubium predicte rei; secundo, via implicita; tertio, compaxio, qua compaxiebatur animabus, que hic purgantur. Nota, secundum Aristotilem in primo Methaphisice: omnes homines naturaliter scire desiderant. Ille appetitus vocatur hic ab auctore sitis naturalis, que insatiabilis philosophice, nisi apprehendat primum ens et ipsum clare speculetur. Theologice etiam, naturalis appetitus non potest satiari, nisi anima intellectiva humana clare videat Deum, quod non fit nisi mediante gratia divina, de qua dixit Christus mulieri Samaritane, quod daret sibi aquam, que omnino ipsam satiaret. Nota, quod, sicut habetur Ioannis decimo capitulo, semel Christus cum suis discipulis venit ad unam civitatem Samarie, que vocabatur tunc Siccar, nunc vero vocatur Nabulis; et extra civitatem erat unus puteus, supra

3 Et ecco, sì come ne scrive Luca (1)
Che Christo apparve a' due ch'eran in via,
Già surto (2) fuor de la sepolcral buca,
4 Ci apparve un'ombra, e dietro a noi venia,
Dal piè guardando la turba che giace;
Nè ci addemmo di lei, sì parlò pria,
5 Dicendo (3): Frati miei, Dio vi dia pace.
Noi ci volgèmo subito, e Virgilio
Rendè lui cenno che a ciò si conface.
6 Poi cominciò (4): Nel beato concilio
Ti ponga in pace la verace corte,
Che mi rilegha nell'eterno esilio.
7 Come! diss'elli, e parte (5) andavàn forte;
Se voi sete ombre che Dio su non degni,
Chi v'à per la sua scala tante scorte?
8 E 'l doctor mio (6): Se tu riguardi a'segni
Che questi porta e che l'angel profila,
Ben vedrai che cho'buon convien che regni.

3 *Ecce, sicut scribit Lucas*
Quod Christus apparuit duobus qui erant in via,
Iam resurgens a sepulchrali monumento,
4 *Sic apparuit nobis una umbra, et retro nos veniebat,*
Ad pedes respiciendo turbam que iacet;
Nec perpendimus de ea, ita locuta est prius,
5 *Dicens: Fratres mei, Deus vobis det pacem.*
Nos convertimus nos subito, et Virgilius
Reddidit responsum quod tali dicto convenit.
6 *Postea incepit dicere: In beato concilio*
Te ponat in pace verax curia,
Que me religat in eterno exilio.
7 *Quomodo! dixit ipse, et nos ibamus fortiter;*
Si vos estis umbre quas Deus superius non dignetur
Quis vos per suas scalas tantum conduxit?
8 *Et doctor meus: Si tu respicis signa*
Que iste portat et que angelus profilat,
Bene videbis quod cum bonis convenit quod regnet

(1) cap. XXIV — (2) risuscitato — (3) o — (4) Virgilio — (5) al. per te — (6) Virgilio.

quem Christus fatigatus ex itinere, sedebat. Venit una mulier Samaritana, idest de Samaria, haurire aquam, a qua Christus petiit aquam ad bibendum. Cui dixit mulier Samaritana: Quomodo tu poscis a me aquam, cum Iudeus sis, et ego mulier Samaritana? Nam Samaritani non comunicabant cum Iudeis. Cui Christus dixit: O mulier, si scires donum Dei, et quis est qui a te petit aquam, forsan tu petisses ab eo. Cui dixit mulier: Neque unde haurias habes, et puteus altus est. Cui dixit Christus: Qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum; sed qui biberit ex aqua quam ego ei dabo, non sitiet in eternum, sed fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. Quod intelligitur de gratia Dei gratum faciente.

Sitis naturalis, que nunquam satiatur nisi cum aqua cum qua muliercula Samaritana petiit gratiam, idest quam ex gratia petivit sibi dari, me travagliabat, commovebat; et pingebat ire festinantia per impeditam viam, idest artam, retro meum ducem; et condolebam, idest compatiebar, iuste vindicte. Virgilius ibat multum cito: via erat angusta, penes rapta, ut dictum est, et erat impedita ab umbris iacentibus. Condolebam iuste vindicte, idest condolebam istis de pena, quam ipsi iuste ferebant.

—

Modo describitur una apparitio unius anime illustris comparative. D[i]e qua Christus resurrexit, ipse apparuit in via duobus discipulis suis, inter Hierusalem et Emaus, loquentibus de ipso Christo. Quibus dixit Christus: Deus det vobis pacem; pax vobis: qui sunt hii sermones, quos confertis ad invicem, et estis tristes? etc. Sicut scribitur Luce ultimo. Sic anima ista, apparens, dixit auctori et Virgilio: Pax vobis; Deus det vobis pacem.

Et ecce, sicut scribit Lucas, scilicet in Evangelio, quod Christus apparuit duobus qui erant in via, iam resurgens a sepulchrali monumento; sic apparuit nobis una umbra, et retro nos veniebat, ad pedes respiciendo turbam que iacet; nec perpendimus de ea, ita locuta est prius, dicens: Fratres mei, Deus det vobis pacem. Nos convertimus nos subito, idest statim; et Virgilius reddit responsum, quod pro tali dicto convenit, idest: Deus vobis [det] pacem et gaudium.

—

Postea incepit, dicere supple: In beato concilio te ponat in pace, idest Paradiso, verax curia, idest divina, que me relegat in eterno exilio, idest in eterna dampnatione. Exilium est esse vi et contrá proprium velle extra propriam patriam, cum perditione proprii status et bonorum. Ita Virgilius perdidit primo summum bonum, secundo patriam celestem, tertio vitam, quia salutem eternam.

—

Quomodo! dixit ipse (admirative legenda est littera ista), et nos ibamus fortiter; si vos estis umbre, quas Deus superius non dignetur, idest non elegerit, quis vos per suas scalas tantum conduxit, idest per scalas Purgatorii, per quas ascenditur ad vitam eternam? Hic est parentesis in ista littera, in truncatione littere, seu sententie; idest, interim sic eundo et petendo.

—

Et doctor, supple ait: Si tu respicis signa que iste portat, idest peccata que descripsit angelus qui stat in porta Purgatorii murati, qui figurat sacerdotem confessorem, et que angelus profilat, idest descripsit, bene videbis quod cum bonis convenit quod regnet; idest, quod ipse de numero salvandorum [sit], quia est in gratia Dei.

—

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

9 Ma per colei (1) che dì e nocte fila,
Non gli havea tracto ancora la conochia,
Che Cloto impone a ciascuno e compila,
10 L'anima sua, ch'è tua e mia sirochia,
Venendo su non potea venir sola;
Però ch'al nostro mondo non adochia.
11 Ond'io fui tracto fuor dell'ampia gola
D'Inferno, per mostrarli, e mostrerolli,
Oltra, quanto 'l potrà menar (2) mia scola.
12 Ma dimmi, se tu sai, perchè tai crolli
Diè dianzi 'l monte, e perchè tucto ad una
Parve gridar infin a'suo'piè molli?
13 Sì mi diè, domandando, per la cuna
Del mio desio, che pur colla speranza
Fece allor la mia sete men digiuna.
14 Quei cominciò: Cosa non è che sanza
Ordine senta la religïone
De la montagna, o che sia fuor d'usanza.

(1) al. perchè lei, cioè Lachesis — (2) al. condur.

9 *Sed quia illa que die ac nocte net,*
Non ei adhuc traxerat pensum,
Quod Cloto imponit cuilibet et compilat,
10 *Anima sua, que est tua et mea soror,*
Veniendo sursum, non poterat venire sola;
Quia ad modum nostrum non respicit.
11 *Unde ego fui tractus extra amplam gulam*
Inferni, ut sibi monstrem, et monstrabo,
Ultra, quantum poterunt ducere mee scole.
12 *Sed dic michi, si tu scis, quare tales motus*
Dedit paulo ante mons, et quare omnes simul
Visi sunt clamare usque ad eius pedes molles?
13 *Sic michi dedit, interrogando, per crunam*
Mei desiderii, quod solum michi cum spe
Facta fuit mea sitis minus ieiuna.
14 *Ille incepit: Res non est quam sine*
Ordine sentiat religio
Montanee, vel que sit extra usum.

Sed quia illa, que die ac nocte net, non ei adhuc traxerat pensum, quod Cloto imponit cuilibet et compilat (vult dicere quod adhuc non erant completi dies Dantis, quia adhuc vivebat vita presenti, sive istius mundi. Vult dicere Virgilius Statio: Vide: ego sum dampnatus; sed ille debet venire ad salvationem, nec ipse poterat venire huc sine duce, quia est adhuc cum onere corporis. Hic loquitur Poeta poetice. Finguntur tria [fata] a poetis, scilicet Cloto, Lachesis et Antrops. Cloto colum baiulat; Lachesis net; Antrops occat, fatum est influentia celi. Cloto e[s]t generatio, sive nativitas; Lachesis est tractus vite, Antrops est mors: Cloto est productio rerum de non esse ad esse; Lachesis est spatium vite; Antrops, sine conversione, est mors, a qua non est conversio, idest non conversio. Illa fata figurantur in figura trium feminarum, quarum prima stat in celo sine filare: alia filat; producitur et elongatur scilicet vita nostra, et volvitur de die in diem sicut filum circa fusum: Antrops facit ultimum nodum filo, quando [non] est plus de lino vel lana in colo. Vult dicere auctor, quod Lachesis adhuc habebat quod filaret de lino vel de lana, quia dies Dantis non erant completi), anima sua, que est tua et soror mea, veniendo sursum, non poterat venire sola, quia ad modum nostrum non adocchiat, idest non respicit. Aliqui dicunt hic, quod Virgilius dicit omnes animas esse sorores; sed sic esset nimis larga loquutio, quia create sunt ab uno et eodem Creatore, et esset talis colloqnutio nimis a longe a sensu auctoris. Sed vult dicere Virgilius, quod anima Dantis est soror Virgilii anime et Statii, ratione dilectionis et professionis; nam auctor precipue dilexit istos duos poetas, scilicet Virgilium et Statium, magis quam alios auctores, et plus honoris fecit sibi: sed anima Dantis, quia est coniuncta corpori, adocchiat, idest respicit, sic nos; idest non videt oculo modo [nostro]. Oculus intellectualis videt subtilius quando anima est separata a corpore, quam quando est coniuncta.

Unde ego fui tractus extra amplam gulam Inferni, ut sibi monstrarem, et monstrabo, ultra, quantum poterunt ducere mee scole. Ampla gula est primus circulus Inferni, ubi sunt anime innocentium [et] illustrium virorum. Scole Virgilii dicuntur ratio naturalis, idest quantum potest ratio naturalis comprehendere.

Sepe queritur a multis, quare Dantes accepit Virgilium pro duce, qui nunquam fuit in Purgatorio nec moraliter nec essentialiter. Dicendum quod, circumscripta omni fide, adhuc ratio naturalis vult quod vitiis debentur supplicia, et virtutibus premia, dari. Hec fuit opinio omnium philosophorum, etc.

Sed dic nobis. Ma dime: hec est secunda pars huius capituli, in qua Virgilius interrogat istam umbram de causa tonitrui et rumoris facti. Sed dic nobis, si tu scis, quare tales motus dedit paulo ante mons, et quare omnes visi sunt clamare usque ad eius pedes molles, quia ad radicem montis erant iunci in loco molli, ut dictum fuit in primo capitulo huius Purgatorii.

Tunc Dantes fuit valde gavisus, audiens quod suus magister petebat ab eo quod ipse auctor cupiebat audire. Sic michi dedit, interrogando, per crunam mei desiderii, quod solum michi cum spe facta fuit mea sitis minus ieiuna: idest, placuit michi tantum mei ducis [interrogatio], quod ex illa fui quasi satiatus de ieiunio, etc.

Tunc respondens illa umbra dicebat, quod in illo monte nil eveniebat sine ordine et causa legittima. Ille incepit:

15 Libero è qui da ogni alteratione:
Di quel che 'l ciel da sè in sè riceve
Esser ci puote, e non d'altra cagione:
16 Perchè non pioggia, non grandine, non neve
Non rugiada, non brina, più su cade,
Che la scaletta di tre gradi breve.
17 Nuvole spesse non paion, nè rade,
Nè corruscar, nè figla di Thaumante
Che di là cangia soventi contrade.
18 Secchо vapor non sorge più avante
Ch'al sommo de' tre gradi ch'io parlai,
Dov'à il vicario di Pietro le piante.
19 Trema forse più giù poco o assai;
Ma per vento che 'n terra si nasconda,
Non so come, quassù non tremò mai:
20 Tremaci quando alcun'anima monda
Sentesi, sì che surga, o che si mova
Per salir su, e tal grido (1) seconda (2).
21 Dell'immonditia solver si fa prova,
Che, tutt'è libero a mutar convento,
L'alma sorpiendo, e di volar le giova.

(1) gloria eius — (2) seguita.

15 *Liberum est hic ab omni alteratione:*
Illius quod celum a se in se recipit
Esse hic potest, et non alterius, causa:
16 *Ex quo non pluvia, nec grando, nec nix,*
Non ros, non pruina, plus supra cadit,
Quam scalecta de tribus gradibus brevibus.
17 *Nubes dempse non apparent, neque rare,*
Non corruscationes, non filia Thaumantis
Que in mundo mutat sepe contratas.
18 *Siccus vapor non surgit magis ante*
Quam summitatem trium graduum de quibus
Ubi habet vicarius Petri planctas. [locutus fui.
19 *Tremit forsan magis infra parum vel satis;*
Sed propter ventum qui in terra abscondatur,
Nescio qualiter, hic sursum nunquam tremuit:
20 *Tremit hic quando aliqua anima munda*
Sentiat se, que surgit, vel que se moveat
Propter ascendere sursum, et talis clamor se-
21 *De [im]munditia solvenda fit experientia,* [quitur.
Que, tota libera ad mutandum conventum,
Anima sursum apprehenditur, et volare ei prodesi

Res non est, quam sine ordine sentiat religio montanee, vel que sit extra usum. Bene respondet Statius, quod terremotus, nulla alteratio, nec aliqua peregrina impressio, que accidunt in mundo superiori, possunt accidere ibi in Purgatorio murato: quia nec ros, pruina, aqua, nix, aut grando ibi esse possunt; sed causa venit aliunde. Quasi dicat: Hic non est casualis punctus, nec aliquid evenit sine deliberata causa. Bene dicit: *In hac religione,* quia ille anime, que hic puniuntur, sunt sub certa lege et religione, sicut sunt Religiosi in suis Ordinibus. Liberum est hic ab omni alteratione; illius quod celum a se in se recipit, esse hic potest, et non alterius, [causa], quia ab introitu Purgatorii murati supra nihil cadit de impressionibus illis, sicut sunt aqua, nix, etc. Ex quo non pluvia, non grando, non nix, non ros, non pruina, plus supra cadunt, quam scalecta de tribus gradibus brev[ibus].

Nubes dense non apparent, nec rare, non corruscationes, nec filia Thaumantis, idest arcus, sive yris, celestis, que in mundo sepe mutat contratas. De istis premissis omnibus tractat in libris Aristotiles Metheororum. Arcus fit in oriente vel in occidente, idest de mane vel de sero; quia in meridie nunquam fit, ex eo et pro eo, quia arcus fit ex nubibus densis, roridis et aquosis, dum radii solares transversaliter repercutiunt eas. Si sol perpendiculariter, vel rectilinealiter, repercuteret illas nubes roridas et aquosas, non causaretur yris, sive arcus celestis, que de mane significat pluviam, de sero serenitatem significat. Dicitur arcus filia Thaumantis. Thaumas est vocabulum grecum, quod significat idem quod admiratio, quia ille arcus est mirabilis gentibus. Mutat contratas, quia fit de mane, aliquando de sero, et significat, ut dictum est.

Siccus vapor non surgit magis ante quam summitatem trium graduum, de quibus locutus fui, ubi habet vicarius Petri plantas, idest angelus, qui fungitur locum, sive vices, sacerdotis confessoris. Notandum est hic, quod vapores aliqui sunt sicci et calidi; aliqui frigidi et humidi. Primi elevantur a terra; secundi ab aqua. Ex primis generantur asub, comete, galassia, et alie impressiones ignite; ex secundis, scilicet frigidis et humidis, fiunt ros, pruina, pluvia, nix, grando, ut clare dicit Aristotiles in libris Metheororum. Ubi etiam vult Aristotiles, quod tonitrua generantur propter ventos reclusos in visceribus terre.

Tremuit forsan magis infra parum [aut] satis; sed propter ventum [quod] in terra abscondatur, nescio qualiter, supple fit alibi, hic nunquam sursum tremuit, idest nunquam fuit terremotus: tremuit hic quando aliqua anima mundi sentiat se, que surgat, que se moveat, propter ascendere sursum, et talis clamor sequitur. Istud resurgere refertur ad avaros, vel prodigos, qui stant hic inclinati ad terram: sed istud, *què se moveat,* referas ad omnes animas, que hic in Purgatorio purgantur, et que sunt in aliis circulis. *Sequitur clamor, vel secundat,* idem est.

De [im]munditia solvenda fit experientia, que, tota libera ad mutandum conventum, idest locum, anima sursum apprehenditur, et volare ei prodest, idest delectat.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

22 Prima vuol ben; ma non la lassa el tento,
Chè divina iustitia contra vogla,
Come fu al peccar, pon al tormento.
23 Et io che son giaciuto a questa dogla
Cinquecent'anni e più, pur mo' sentii
Libera volontà di miglor sogla.
24 Però sentisti el terremoto, e pii
Spiriti per lo monte render lode
A quel Signor, che tosto su l'invii.
25 Così ne disse; e però che 'l si ghode
Tanto del ber quant' è grande la sete,
Nol saprei dir quanto mi fece prode.
26 E 'l savio duca: Omai veggio la rete
Che qui v'impigla, e come si scalappia,
Perchè ci trema, e di che congaudete.
27 Hora chi foste (1) piacciati ch'io sappia,
E, perchè cotanti secoli giaciuto
Qui se', ne le parole tue mi cappia.

(1) al. fosti.

22 *Prius vult bonum; sed postea dimictit desiderium,*
Quia divina iustitia contra voluntatem,
Sicut fuit ad peccandum, ponit ad tormentum.
23 *Et ego qui iacui in isto dolore*
Quingentis annis et ultra, solum nunc sensi
Liberam voluntatem melioris ascensus.
24 *Ideo sentisti terremotum, et pios*
Spiritus per montem reddere laudes
Illi Domino, qui cito ipsos sursum conducat.
25 *Sic dixit ei; et quia homo gaudet*
Tantum de potu, quantum grandis est sitis,
Nescirem dicere quantum michi profuit.
26 *Et sapiens dux: Ammodo video rethe*
Quod hic vos capit, et quomodo scalappiat,
Quare hic tremit, et de quo congaudetis.
27 *Nunc qui fuisti precor te ut sciam,*
Et, quare per tot secula hic iacuisti,
Per tua verba ego capiam.

Prius vult bonum; sed postea dimictit desiderium, quia divina iustitia, contra voluntatem, sicut fuit ad peccandum, ponit ad tormentum.

Hic respondit uni questioni tacite, que sequitur ad primam. Posset dici: Quis esset ille tam insanus, qui non vellet semper, dum est in pena, exire de illa? Respondet Statius: Verum dicis, quod quelibet anima vult exire de penis; sed est cuilibet posita lex sub tali conditione, nunquam volendi exire, nisi completa penitentia. Etiam moraliter, nullus secundum naturam vellet se affligere, ieiunare, peregrinari, etc., facere que sunt ad penam corporis: sed quia homo penitens sentit quod iustitia vult sic, patitur hec facere, nec recedit a penitentia donec perficiatur. Ideo dicitur: Prius vult bonum, idest bene in se, et naturaliter vellet mutare locum; sed dimictit talentum, idest disvult quod vellet naturaliter, propter iustitiam sic surgentem.

—

Dicit Statius: Et ego hic steti quingentis annis et ultra, sic ligatus, revolutus sic ad terram; nec unquam supervenit michi velle hinc recedere, nisi tantum primo nunc. Ego, qui iacui in isto dolore quingentis annis et ultra, solum nunc sensi liberam voluntatem melioris ascensus, idest ad ascendendum. Quasi dicat: Licet naturaliter appeterem esse sine pena, non tamen absolute volebam hinc recedere ab ista pena; sed modo, completa purgatione, sensi liberam voluntatem omnino hinc recedendi.

—

Ideo sensistis terremotum, et pios spiritus per montem reddere laudes illi Domino, qui cito ipsos sursum conducat. Quia omnes, qui sunt in purgatorio, letantur, quando aliqua anima est plene purgata, et vadit ad alium locum, sive ad vitam eternam.

—

Modo concludit Statius, quod illud quod facit sapere vinum amarum, nam illud non est qualitas vini, quod patet in colerico febricitante, sed est dispositio in potestate, ita quod aliquando dulce vinum videtur amarum et e converso; sic accidit hic Danti secundum appetitum et sitim quam habebat. Hic Dantes sic remansit quietatus, sive satiatus. Sic ei, scilicet Virgilio, dixit, scilicet Statius: et quia homo gaudet tantum de potu quantum grandis est sitis, nescirem dicere quantum michi profuit.

—

Et sapiens dux. E'l savio duca: hec est tertia pars huius capituli, in qua Virgilius petiit ab isto spiritu, qui ipse fuit in mundo. Sed primo auctor dicit, se iam per verba Statii cognoscere, quod est rethe quod hic tenet animas ligatas, et quomodo dissolvitur. Hoc est: quare tremuit mons, et quare, sive de qua re congaudetis. Et sapiens dux, supple dixit: Admodo rethe video, quod hic vos capit, quod vos pigliat, et quomodo si scalappiat, solvitur, quare hic tremuit, et de quo congaudetis. Quasi dicat: Cognosco quod rethe, quod hic vos capit, est vitium avaritie, et video quomodo vos dissolvimini, si scalappiat (*scalappiare*, idest dissolvi): cognosco quare tremuit mons, et que est causa quare congaudetis invicem.

—

Nunc qui fuisti, precor te ut sciam, et quare per tot secula, idest annos, hic iacuisti, per tua verba ego capiam, idest quod verbis tuis capiam, idest intelligam.

—

28 Nel tempo che 'l buon Tyto (1) coll'aiuto
Del sommo rege (2) vendicò le fora (3),
Ond'uscì 'l sangue (4) per Giuda (5) venduto,
29 Col nome (6) che più dura e più honora
Er' io di là, rispose quello spirto (7),
Famoso assai, ma non con fede ancora.
30 Tanto fu dolce mio vocale spirto,
Che, Tholosano, a sè mi trasse a Roma,
Dove mertai le tempia ornar di mirto.
31 Statio di là la gente ancor mi noma;
Cantai di Thebe (8), e poi del grande [Achylle (9),
Ma caddi in via co'la seconda soma (10).

(1) Imperadore — (2) Dio — (3) piaghe di Cristo — (4) di Christo — (5) Schariotho — (6) di poeta — (7) di Statio — (8) in Thebayde — (9) in Achylleide — (10) Achylleide.

28 *In tempore quo bonus Titus cum adiutorio*
Summi regis vindicavit foramina,
Unde exivit sanguis per Iudam venditus,
29 *Cum nomine quod plus durat et plus honorat*
Eram ego in mundo, respondit ille spiritus,
Famosus satis, sed non [cum] fide adhuc.
30 *Tantum fuit dulce meum vocale spiramen,*
Quod, Tholosanum, ad se me traxit Roma,
Ubi merui tympora mea ornari mirto.
31 *Statium gens adhuc in mundo me nominat:*
Cantavi de Thebis, et postea de grandi Achille,
Sed cecidi in viam cum secunda salma.

Iam auctor describit tempus, quo iste Statius venit Romam; quod fuit tempore Titi et Vespasiani, qui fecerunt ultionem de morte Iesu Christi. Dicit se esse poetam. Et ad intelligentiam dicendorum, nota quod quadragesimo anno a paxione Christi, tempore Neronis, Iudea se rebellavit Romanis. Nero volens ulcisci de tali rebellione, et adhibito consilio in Senatu, consultum fuit et deliberatum, quod micteret Vespasianum, virum utique probissimum, prudentissimum militem, et valde virtuosum. Potentia Iudee erat bene magna, precipue in Hierusalem, que erat caput regni illius. Tunc iste Vespasianus cum magno exercitu supervenit in Hierusalem, et obsedit eam, et destruxit circumstantes civitates et castra circumiacentia. Et cum obsiderit civitatem Hierusalem cum magna prudentia, supervenit novum, quod Nero erat mortuus, et factus est in campo tumultus magnus, in quo tumultu omnes Romani, qui erant ibi, quasi tota nobilitas romane civitatis, [clamavit]: Vivat Imperator Vespasianus. Ipse, quia erat senex, nolebat acceptare. Tunc dixerunt: Nisi acceptas, interficiemus te. Quo audito, consensit eorum voluntati; et ibi, in obsidione dimisit filium suum Titum, virum utique non degenerantem a patre, virtuosum valde, etc. Ipse vero ivit Romam. Romani scientes quod erat in campo obsidionis Hierosolime, et scientes virtutem ipsius Vespasiani, approbaverunt quidquid actum fuerat in campo et receperunt eum in Imperatorem. Ipse vixit duodecim annis in Imperio, nisi duobus annis Titus. Ergo in campo remanens per multos menses, expugnavit Hierusalem, et fecit magnam stragem hominum, et vendi fecit quasi innumerabilem populum, et adimplevit prophetiam, quam Christus fecerat dum dixit: O Hierusalem, si scivisses et tu, etc., quia venient dies in te, et circumdabunt te inimici tui vallo, et coangustabunt te, et non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quod non cognoveris tempus visitationis tue. Procul dubio vindicta fuit facta de morte Christi, et sic voluit Deus fieri. Non credo tamen, quod sic fuerit hac de causa a Romanis destructa civitas Hierosolime, idest quod amore Christi hoc fecerunt Romani: quia omnes Imperatores a Iulio Celso, sive Cesare, usque ad Constantinum, fuerunt, si rite memini, triginta Imperatores, quorum nemo fuit christianus, nisi Philippus; sed hoc fecerunt propter rebellionem quam fecerunt Iudei. Aliqui tamen dicunt, quod Vespasianus patiebatur infirmitatem in naribus, quod de ipsis exibant vespes, et quod fuit sibi dictum, quod si crederet in Christum, liberaretur; quod evenit. De hoc non est disputandum ad presens. Hoc verum est, quod Titus Vespasianus, idest filius Vespasiani, cum exercitu Romanorum destruxit Hierusalem; cuius tempore, sive cuius imperii tempore, iste Statius, oriundus de Tholosana civitate, qui fuit poeta magnus, composuit libros Thebaydos. Hic fuit tante fame, quod Romani voluerunt quod veniret; quo vento, et propter suum valorem et propter sua opera fuit coronatus mirto, ut valens et excellens poeta. Unde Romani quasi omnes dilexerunt eum, ita quod propter excellentiam sue sapientie ipse traxit omnes Romanos ad amorem suum. Nota quod poete coronabantur mirto et lauro, que arbores semper habent folia. Sunt arbores odorifere. Laurus nunquam fulminatur, ad denotandum quod nulla violentia potest vincere famam poetarum. Mirto est arbor valida et habet saporem amarum, ad denotandum acumen et ardorem ingenii poetici.

In tempore, quo bonus Titus cum auxilio, idest cum adiutorio, summi regis, vindicavit foramina, unde exivit sanguis per Iudam venditus, cum nomine, scilicet poetico, quod plus durat et plus honorat, eram ego in mundo, respondit ille spiritus, famosus satis, sed non cum fide adhuc.

—

Tantum fuit dulce meum vocale spiramen, idest vocalis spiritus meus, quod, Tholosanum, ad se me traxit Roma, ubi merui tympora, sive tympora mea, ornari mirto; idest fui coronatus cum ramo mirteo.

—

Statium gens adhuc in mundo me nominat: cantavi de Thebis in civitate Thebarum, et de hiis que in ea acciderunt, et postea de grandi Achille, idest de gestis Achillis: sed cecidi in via cum secunda salma. Aliqui dicunt, quod ipse moriebatur, non completo libro Achilleydos. Sed hoc non videtur michi verum, quia nescio videre quid illi libro

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

32 Al mio ardor fur seme le faville,
Che mi scaldar, de la divina fiamma,
Onde son allumati più di mille;
33 Dell'Eneyde dico, la qual mamma
Fummi, e fummi nutrice poetando:
Senz'essa non fei mai peso di dramma.
34 E per esser vixuto di là quando
Vixe Virgilio, assentirei (1) un sole (2)
Più che non deggio al mio uscir di bando.
35 Volsen Virgilio a me (3) queste parole (4)
Con viso che, tacendo, disse: Taci:
Ma non può tucto la virtù che vuole;
36 Chè riso e pianto son tanto seguaci
A la passion da che (5) ciascun si spiccha,
Che men seguen voler ne' più veraci.
37 Io pur sorrisi, come l'huom ch'amiccha;
Perchè l'ombra si tacque, e riguardommi
Negl'ochi, ove 'l sembiante più si ficcha.
38 De! se tanto lavoro in ben assommi (6),
Diss'ei, perchè la tua faccia testeso (7)
Un lampeggiar di riso dimostrommi?

32 *Meo ardori fuerunt semen faville,*
Que me calefecerunt de divina flamma,
Unde sunt illuminati plusquam mille;
33 *Eneydos dico, que mamma*
Fuit michi, nutrix et fuit michi poetando;
Sine ipsa non firmavi pondus dragme.
34 *Et ut vixissem in mundo quando*
Vixit Virgilius, assentirem unum solem
Plusquam debeam meo exire de banno.
35 *Volverunt Virgilium ad me ista verba*
Cum viso qui, tacendo, dixit: Taceas:
Sed non potest totum virtus quod vult;
36 *Quia risus et planctus sunt ita sequaces*
Ad paxionem cui quilibet applicatur,
Quod minus sequuntur voluntates nec plus verace
37 *Ego tamen subrisi, sicut homo qui amiccat;*
Ex quo umbra tacuit, et me respexit
In oculis, ubi effigies magis figitur.
38 *Et si tantum laborem simul assumas,*
Dixit, quare tua facies nunc
Unum lampiggiare risus michi monstravit?

(1) eleggerei — (2) anno — (3) Dante — (4) di Statio — (5) da la quale — (6) finischa — (7) hora.

Achilleydos deficiat. Sed hoc intelligitur de gestis Domitiani: quia iam disposuerat facere unum librum poeticum de gestis Domitiani; et ista erat secunda salma, quam non perfecit, licet inceperit illam. Prima salma fuit pondus illorum duorum librorum, scilicet Thebaydos et Achilleydos. Aliqui dicunt quod in circulis sunt due salme, onerantes istas animas, peccatum avaritie primum, et peccatum prodigalitatis; ita quod prodigalitas est secunda salma, cum qua cecidit, scilicet in peccatum prodigalitatis, de cuius prodigalitate in sequentibus tractabitur.

Meo ardori fuerunt semen faville, que me calefecerunt de divina flamma, unde sunt illuminati plusquam mille (dicta Virgilii sunt faville calide et resplendentes. Dicit hic magister Benvenutus de Ymola, qui bene scripsit super Dantem, quod in textu istius ternarii, non debet dici *semen*, sed debet dici, *sceme faville*, idest diminute et vacue. Multi sunt illuminati a dictis Virgilii, qui[a] libri Virgilii fecerunt multos valentes. Dragma est species ponderis satis parvi); Eneydos dico, que mamma, idest mater, michi fuit, nutrix et fuit michi poetando: sine ipsa non firmavi pondus dragme. Vult dicere quod sine dictis libris Eneydos Virgilii, nunquam fecit aliquid, idest modo loquendi et ordine omnino. Statius fuit coronatus [propter] sequi Virgilium: ideo dicitur ab aliquibus, quod Statius fuit scimia Virgilii, etc.

Et ut vixissem in mundo, quando vixit Virgilius, assentirem unum solem, idest unum annum, plusquam debeam meo exire de banno, idest plusquam deberem stare in isto exilio, idest in ista pena: idest adhuc eligerem [stare] in hoc loco penoso.

Volverunt Virgilium ad me ista verba cum viso, qui, tacendo, dixit: Taceas; sed non potest totum virtus quod vult. Idest, etiam homo sapiens non potest refrenare voluntatem; scilicet homo non potest facere quod abstineat se a risu, sive a ridendo vel a plangendo. Quia risus et planctus sunt ita sequaces, sive tantum ad paxionem quilibet applicatur, quod minus sequitur voluntates, nec plus veraces ad passionem scilicet *Risus et planctus:* [risus] sequitur gaudium, et planctus dolorem sive tristitiam. *Nec plus veraces:* idest quando tu habes magnam materiam ridendi vel plangendi, non potes abstinere quin rideas vel plores. Anima, voluntas prudens, vellet refrenare risum vel planctum et non potest.

Ego tamen subrisi. Io pure subrisi: hec est quarta pars huius capituli, in qua auctor manifestat Statio Virgilium. Ego tamen subrisi (quasi dicat, quod non est de more meo: raro Dantes ridebat, quod [est], ut dicit Ioannes Boccatius), sicut homo qui signum facit, scilicet nutum, cum facie; ex quo umbra tacuit, et me respexit in oculis, ubi effigies magis figitur, idest ubi apparentia eius, quod non vult dicere vel demonstrare, apparet.

Statius cepit aliquam suspitionem de risu Dantis; ideo coniurat Dantem ipsum dicens: Et si tantum, supple quantum cepisti, laborem simul assumas, idest compleas (dixit), quare tua facies nunc unum lampiggiare, idest unum lumen, risus michi monstravit? idest, quare risisti?

39 Hor son io (1) d'una parte (2) e d'altra (3) preso;
L'una (4) mi fa tacer, l'altra (5) scongiura
Ch' io dica: ond'io sospiro, e sono inteso
40 Dal mio maestro, e: Non haver paura,
Mi dice, di parlar; ma parla, e dilli
Quel che dimanda con cotanta cura (6).
41 Ond' io a lui: Forse ti maravigli,
(7) Antico spirto, del rider ch' io fei;
Ma più ammiration (8) vo' (9) che ti pigli.
42 Questi, che guida in alto gl'ochi miei,
È quel Virgilio, dal qual tu toglesti
Forse (10) a cantar degl' huomini e de' Dei.
43 Se cagion altra al mio rider credesti,
Lassala per non vera; et esser credi (11)
Quelle parole che di lui (12) dicesti.
44 Già s' inchinava ad abbracciar li piedi
Al mio doctor; ma elli disse: (13) Frate,
Non far, che tu se' ombra, et ombra vedi.
45 Et ei surgendo: Or puo' (14) la quantitate
Comprender dell'amor ch' a te mi scalda,
Quando dismento (15) nostra vanitate (16),
Tractando l'ombre come cosa salda (17).

39 *Nunc sum ab alia parte et ab alia captus;*
Una me facit tacere, alia adiurat
Quod ego dicam: unde ego sospiro, et intelligo[r]
40 *A meo magistro, et: Non habeas pavorem,*
Michi dicit, loquendi; sed loquaris, et dicas ei
Illud quod petit cum tanta cura.
41 *Unde ego: Forsan, quod tu miraris,*
Antique spiritus, de risu quem feci;
Sed plus admirationis volo quod tu capias.
42 *Iste, qui conducit in altum oculos meos,*
Est ille Virgilius, a quo tu sumpsisti
Fortiter ad cantandum de hominibus et diis.
43 *Si causa ex alia meum risum credidisti,*
Dimicte eam tamquam non veram; et esse credas
Illa verba que de eo dixisti.
44 *Iam se inclinabat ad amplectendum pedes*
Meo doctori; sed ipse dixit ei: Frater,
Non facias, quia tu es umbra, et umbram vides.
45 *Et ipse surgendo: Nunc potes quantitatem*
Comprehendere amoris qui ad te me ardenter [trahit,
Quando ego obliviscor nostre vanitatis,
Tractando umbras sicut rem solidam.

(1) Dante — (2) di Virgilio — (3) di Statio — (4) parte di Virgilio — (5) parte di Statio — (6) sollicitudine — (7) o — (8) maggiore ancora — (9) voglo — (10) al. forza — (11) la cagione — (12) di Virgilio — (13) o — (14) puoi — (15) dismentico — (16) esser senza corpo — (17) corporea.

Nunc sum ab una parte et ab altera captus: una me facit tacere, scilicet Virgilius, alia adiurat, scilicet Statius, quod ego dicam, unde ego suspiro et intelligo[r] a meo magistro; et: Non habeas pavorem, michi [dicit], loquendi; sed loquaris et dicas ei; illud quod petit cum tanta cura.

Unde ego, scilicet dixi: Forte quod tu miraris, antiquus spiritus, de risu quem feci; sed plus admirationis volo quod tu capias.

Iste, qui conducit in altum oculos meos, scilicet intellectuales, est ille Virgilius, a quo tu sumpsisti fortiter ad cantandum de hominibus et de Diis, idest de gestis hominum et Deorum; quia ibi in libro Thebaydos introducit Deos bellantes hinc inde pro partibus. Consimiliter fecit Virgilius de Venere et Iunone. Ita fecit Homerus. Nec est mirandum de tali modo loquendi et p[o]etandi, quasi una pars haberet unum Deum pro se, et alia alium, etc.; quia planete tunc adorabantur pro Diis: nam planete favebant, unus planeta uni parti, alter planeta alteri. Nam planete quodammodo certant ad invicem, quia Iuppiter reprimit Saturnum, et sic influentie incitant homines ad pugnas, etiam ad pacem.

Si causa ex alia meum risum credi[di]sti, dimicte eam tanquam non veram, et esse credas illa verba que de eo dixisti.

Iam se inclinabat ad amplectendum pedes meo doctori; sed ipse ei dixit: Frater, non facias, quia tu es umbra et umbram vides. Volebat enim Statius osculari pedes Virgilii: et hoc videtur esse verum, quia dixit: Et vestigia semper adoras. Non facias, quia tu es anima separata, et ego etiam et sic sumus impalpabiles.

Et ipse surgit, supple [et] ait: Nunc potes comprehendere quantitatem amoris, qui ad te me ardenter trahit, quando ego obliviscor nostre vanitatis, tractando umbram sicut rem solidam, firmam et duram. Excusat se Statius de suo amore, dum confitetur se oblivisci quomodo anima sit incorporea, etc., etcetera.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

NESSO FRA L'ORDINE DI NATURA E IL SOPRANNATURALE

La sete natural, che mai non sazia
Se non con l'acqua onde la femminetta
Samaritana dimandò la grazia,
Mi travagliava; e pungeami la fretta,
Per la 'mpacciata via dietro al mio duca;
E condoliemi alla giusta vendetta.

Queste due prime terzine del presente canto, accennano alla teorica della Scuola Francescana intorno al soprannaturale: ed è, che l'ordine di natura non deve riputarsi qualche cosa di così compiuto in sè, da trovare dentro i propri limiti una intera finalità, ma l'ha invece nel soprannaturale, a cui giunge per gratuito dono divino.

Dommatica è la distinzione reale dei due ordini nel giro della creazione, dell'ordine naturale e del soprannaturale, strettamente fra sè congiunti, e che a vicenda s'intrecciano in quelle profonde armonie, delle quali un attraente eco risuona a noi viatori per gl'insegnamenti della rivelazione. Del pari è certo, che così l'uno come l'altro sono un effetto liberissimo della bontà divina. In tal modo essa effonde per isvariati gradi l'amor suo infinito nelle creature e lor manifesta la sua gloria.

Posta questa distinzione, e tenendo fissa la conseguenza che ne deriva, che, cioè, l'ordine soprannaturale sovrasta così a quello di natura, da non poter questo, per quel che è in sè, aver diritto di sorta al soprannaturale, si cerca se sieno essi l'un dall'altro separabili; o meglio, se l'ordine naturale sia in sè così compiuto, che senza il soprannaturale, il quale lo innalzi e vi metta suggello, possa intelligibilmente spiegarsi e s'accordi col concetto che abbiamo della bontà e della sapienza divina.

Oltre che noi siamo per indole e per proposito a spinose quistioni avversi, il trattar questa tesi, a cui accennammo in un altro nostro lavoro (*Il* Breviloquium *di Frate* Gherardo da Prato, corredato, etc.; Prato, in Toscana, 1882), richiederebbe un volume. Qui dunque diciamo (e questo c'importa) essere comune dottrina de'Teologi, sanzionata dall'autorità della Chiesa (e nell'osservazione psicologica della nostra natura se ne trova riscontro), che Dio costituì di tal modo questo universo, e che l'uno e l'altro ordine vennero da lui con tal legge fusi, che realmente l'uno senza l'altro non può stare: talchè la natura (per mezzo dell'intelligenze, che di essa fan parte e senza fine dilatano nell'infinito la virtù loro) non può altrimenti compiersi se non nella universale palingenesia, di cui le Scritture ci danno sì chiara nozione. E apparecchio ad essa, e mezzo a pervenirvi, è l'ordine ammirabile della Chiesa su questa terra, ossia il regno di Cristo in preparazione: regno che manifesta la sua soprannaturalità per mezzo de'sacramenti, delle profezie, de'miracoli e della indefettibilità e purezza delle sue dottrine, ed è primo albore di quel giorno luminoso, quando Dio rivelandosi nell'intima sua natura infinita, irraggerà la creazione rigenerata dal sovreccelso splendore della sua gloria.

L'insufficienza della natura a quietare le voglie senza confine dell'uman cuore, è sentita da tutti, ma più chiaramente e potentemente da'credenti, de'quali la fede volge ad un fine oltramondano gli affetti ed il pensiero; dove ne'non credenti resta come un penoso sentimento, di cui non sanno rendere a sè stessi ragione: imperocchè nè han modo di soddisfarlo naturalmente, nè speranza di un appagamento superno, appunto per non esser credenti. E però mesta e desolata è la loro vita, nè è rado che ne cadano in orrida disperazione.

Pur troppo vi ha de'non credenti, e, peggio, che si fan gloria di non credere e la fede de'credenti mettono in derisione. Eppure noi siam certi che qualunque d'essi leggesse senza beffa il racconto, a cui accenna il Poeta con la prima terzina di questo canto:

La sete natural, che mai non sazia
Se non con l'acqua onde la femminetta
Samaritana dimandò la grazia;

cioè la rivelazione, che a quella donna fortunata fece Cristo del regno della sua grazia, nell'ammirabile colloquio che ebbe con essa presso il pozzo di Giacobbe in Sichar (Ioan. IV); siam certi, diciamo, che con ciò solo si sentirebbe levare a tale regione di luce e di amore, che il non credere al soprannaturale gli addiventerebbe impossibile. Le parole di Gesù in quel dialogo sono così divine, così smagliante è la luce che n'esce, e la forza, che proprio in fondo dell'anima ci fa sentire l'eccellenza della nostra destinazione in un'altra vita, così potente, che il resistervi non riesce. Quanto hanno di più sublime ed attraente i due maggiori filosofi dell'antichità pagana, Socrate e Platone, è meno che ombra; vi manca, insomma, la vita.

CAPITULI VICESIMISECUNDI SUMMARIUM

In isto vicesimosecundo capitulo, quod incipit: *Iam erat angelus,* auctor prosequitur materiam prodigalitatis, et in fine incipit tractare de vitio gule. Primo, tamen, presupponit purgationem suam a vitio avaritie, et quomodo fuit cantatum, *Consitio.* Quid importet hoc verbum, *Consitio,* videatur in Commento. Sed primo Virgilius petit a Statio de sua purgatione, et quomodo fuit possibile quod in tam solempni homine fuisset avaritia. Credebat Virgilius, quod Statius fuisset hic purgatus a vitio avaritie ex eo quia fuerat hic in circulo avaritie: cui Statius manifestavit se fuisse hic purgatum, non de vitio avaritie, sed de vitio sibi opposito, scilicet de vitio prodigalitatis. Et fuit ipse Statius valde prodigus; sed legens dicta Virgilii in Eneydos, in quibus habetur: O sacra fames auri, etc., tunc vidit quod homo poterat eque bene peccare in nimis expendendo, et sic se correxit. Cui dixit Virgilius: Quando tu cepisti libros tuos componere, tu non invocasti, more Christianorum, divinum auxilium, nec tunc eras christianus: quomodo ergo factus fuisti christianus? Respondet Statius, quod tam propter verba ipsius Virgilii, quam propter famam Christianorum, ipse paganismum reliquit. Et quia Virgilius dixerat sibi, quomodo erat in circulo virorum illustrium; ideo Statius petit Virgilium de multis poetis, scilicet de Euripide, Simonide, et de aliis, etc. De quibus Virgilius respondet sibi, indicans ei etiam de multis personis, de quibus tractat ipse Statius in Thebaydos, sicut de Antigone, Ysiphile, Argia. Harum personarum omnium videantur hystorie in Commento. Et in isto eodem capitulo auctor incipit tractare de punitione gulosorum, ponens hic in strata, per quam ibant isti tres, scilicet Virgilius, Statius et ipse auctor, quomodo vidit unam arborem similem abieti, sed plantatam per transversum, ita quod rami erant deorsum, et arbor habebat radices superius: que arbor erat plena pomis et fructibus. Et vidit etiam unam aquam scaturientem a latere ripe et ascendentem superius per arborem. Et dicit auctor quod Virgilius et Statius, appropinquantes ad arborem, respiciebant super ipsam arborem, et tunc resonuit infra arboris ramos una vox, que dixit: De istis pomis non gustabitis. Postea vox dixit: In nuptiis Maria magis cogitabat, quomodo nuptie fierent honorabiles, quam quomodò comederet. Item dixit: Romane mulieres antiquitus pro potu utebantur aqua; et antiqua, sive prima, etas, stetit contenta glandis, cui nectar erat aqua: mel et locuste fuerunt fercula Ioannis Baptiste; ideo est ita in celi curia gloriosus.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

CAPITULUM VICESIMUMSECUNDUM

1 Già era l'angel dietro a noi rimaso,
L'Angel (1) che n' havea volti al sexto giro,
Avendomi dal viso un colpo raso (2):
2 E quei ch'ànno a giustizia lor desiro,
Decti n'avien, Beati, e le sue voci
Con Sitio senza o i o forniro.

(1) dico — (2) una ferita di P.

1 *Iam angelus retro nos remanserat,*
Angelus qui nos converterat ad sextum girum,
Et iam a facie mea unum ictum abraserat:
2 *Et illi qui habent ad iustitiam eorum desiderium*
Dixerunt, Beati, in suis vocibus,
Consitio, sine alia re, et hoc compleverunt.

Iam angelus retro nos remanserat. Già era l'angelo di retro a noi remaso: istud est vicesimumsecundum capitulum Purgatorii, in quo auctor tractat de materia prodigalitatis, et tendit versus materiam gule: quod dividitur in quatuor partes. In quarum prima Virgilius petit a Statio formam sue purgationis.
In secunda, que incipit ibi:

> Or quando tu cantasti arma cruda;
> Or quando tu cantasti le crude armi,

Virgilius petit a Statio formam sue conversionis.
In tertia, que incipit ibi:

> Tu igitur qui levasti michi cooperturam;
> Tu dunque che leva[sti] tal coperchio,

Statius petit a Virgilio de aliquibus poetis illustribus.
In quarta, que incipit ibi:

> Tacebant iam ambo illi poete;
> Taceansi amendui già li poeti,

tangitur purgatio et pena peccati gule, sive gulosorum.

Primo tamen auctor continuat dicta dicendis. Iam angelus retro nos remanserat, angelus qui nos converterat ad sextum gyrum, idest circulum, et iam a facie mea unum ictum, unum P, sive signum de illis que sculpserat angelus cum cuspide ensis, abraserat; et illi qui habent ad iustitiam eorum desiderium, dixerant: Beati, in suis vocibus, consitio, sine aliqua re, idest nullam rem dicendo, hoc compleverunt.

Ista litera est valde fortis: ideo oportet hic notare. quod auctor facit hic unum mirabile, insolitum certe. et mutat modum dicendi. Nam in superioribus circulis, quando pervenit ad finem ipsorum, introducit angelum venientem ad abradendum peccatum, et purgandum, quod ibi punitur, et ad introducendum in superiorem circulum: in isto capitulo et in isto loco presupponit quod hoc iam sit factum, ita quod ipse presupponit de facto esse, nihil tangens de fieri. Et vere auctor bona de causa hoc facit hic, volens innuere tacite, se breviter fuisse purgatum ab avaritia, quia non fuit multum avarus, ymo odivit vitium avaritie. Ideo angelus solummodo volando et transeundo purgat eum, et sic se invenit purgatum et abrasum a facie sua peccatum avaritie, idest quintam plagam, que habet etiam secum prodigalitatem. *Unum ictum:* illud est vulnus, quod ledit famam. Similiter hic nullam facit auctor mentionem de gaudio purgationis, sicut solent facere anime in aliis circulis; sed presupponit hoc factum esse, quia quanto indulgentia est minor, tanto gratiarum actio diminuitur. Illi avari, qui erant et purgabantur ibi, habebant desiderium ad iustitiam purgativam, et dixerunt Consitio: idest, ille anime, videntes auctorem purgatum leviter ab illo vitio, dixerunt primo, Beati, et postea, Consitio; primo principium, et [postea] finem versus, Beati quorum remisse sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata. Idest

3 Et io, più lieve che per altre foci,
M' andava sì, che senz'alcun labore
Seguiva in su li spiriti veloci:
4 Quando Virgilio cominciò: Amore,
Acceso da virtù, sempr'altro accese,
Pur che la fiamma sua paresse fore.
5 Onde, da hora che tra noi discese
Nel limbo dell'Inferno Iuvenale,
Che la tua affection mi fe'palese,
6 Mia benevolentia inverso te fu quale
Più strinse mai di non vista persona,
Sì ch'or mi parran corte queste scale.
7 Ma dimmi, e come amico mi perdona,
Se troppa sicurtà m'allarga 'l freno,
La pura fede in tucto mi scagiona:
8 Come poteo trovar dentr'al tuo seno
Luogo avaritia, tra cotanto senno
Di quanto, per tua cura, fosti pieno?

3 *Et ego, plus levis quam per alias fauces,*
Ibam ita, quod sine labore aliquo
Sequebar sursum spiritus veloces:
4 *Quando Virgilius incepit: Amor,*
Accensus virtute, semper aliud accendit,
Dummodo flamma sua appareat foris.
5 *Unde, ab hora qua inter nos descendit*
In limbum Inferni Iuvenalis,
Qui tuam affectionem michi patefecit,
6 *Mea benivolentia versus te fuit talis*
Qualis plus strinxit unquam non vise persone,
Ita quod nunc nobis apparebunt breves iste scale.
7 *Sed dicas, et sicut amicus michi parcas,*
Si nimia securitas michi ampliat frenum,
Et sicut amicus ammodo michi ratiocineris:
8 *Quomodo potuit reperire intra tuum senum*
Locum avaritia, intra tantam sapientiam
Quanta, propter tuam curam, fuisti plenus?

peccatum auctoris erat purgatum, et Statius erat purgatus a prodigalitate. Vel si placet, possumus dicere, quod ille anime dixerunt, Beati qui esuriunt iustitiam, et sitiunt, et non pecuniam: dixerunt, *Consitio,* sine alia additione: hoc facit auctor ad propositum, quia primi canebant *[Beati],* ut dictum est, et alii dicebant, *Consitio:* quod verbum dixit Christus in cruce, desiderans salutem populi; sed isti dicebant de seipsis, idest: Nos consitimus; idest, similiter vobiscum habemus sitim salutis et glorie.

Et ego levius, quam per alias fauces et bene [ibam], ita quod sine aliquo labore sequebar sursum spiritus veloces (quia parum fuit avarus ipse auctor, et etiam quia solum restabant duo P, ipsum aggravantia, que tamen inter alia peccata sunt minus gravia. *Fauces:* idest introytum ad alium circulum. Anime Virgilii et Statii dicuntur veloces, quia non erant aggravate carne, sicut erat auctor. Potest etiam dici moraliter, quia Virgilius et Statius fuerunt veloces, ex eo quia eorum ingenia fuerunt valde acuta, et penetrativa, et subtilia, ad penetrandum res naturales et cognoscendum, atque etiam celos), quando Virgilius incepit, scilicet dicere: Amor accensus virtute, semper aliud attendit (alius textus habet, accendit. Non est cura: uterque textus est bonus), dummodo flamma sua appareat foris. Summa est, quod virtus habet in se illam proprietatem et efficaciam, quod scilicet semper cogit amatum reamare amantem; idest amor fundatus in virtute, idest in honestate. Loquitur hic sane auctor; dum dicit *accensus virtute,* loquitur de amore honesto; nam triplex est amor, ut dictum est. Vel potest dici quod aliquis est amor fundatus in re delectabili, aliquis in re utili; et de istis duobus forte non semper eveniret quod dictum est, quod amatus reaccendatur ad amandum amantem. Et est amor fundatus in virtute, de quo est presens sermo, et de quo provenit quod amatus reamat, dum amor amantis cognoscatur ab amato.

Modo ponitur causa quare Virgilius hic hoc dicit: Unde ab hora, qua inter nos descendit in imbum, sive in limbum, Inferni Iuvenalis, qui tuam affectionem michi patefecit, mea benivolentia versus te fuit talis, qualis plus strinxit unquam non vise persone, ita quod nunc nobis apparebunt breves iste scale.

Nota quod quando Iuvenalis moriebatur, anima eius ivit ad circulum in quo stat Virgilius, et dixit ei, quomodo Statius plurimum studuerat libros suos et dilexerat ipsum Virgilium plurimum. Iste Iuvenalis fuit post Statium et viderat opera sua. Iste Iuvenalis fuerat Campanus, de civitate Aquini, idest de Aquino, sive oppido. Dicit hic Virgilius, se nunquam amasse personam non visam, sicut amabat ipsum Statium, nec ita calide. Aristotiles dicit in Ethicis, benivolentiam non esse proprie amicitiam, sed esse principium amicitie. Dicit quod scale apparebunt breves. Verum est quod quando aliqui sotii bene amici vadunt per viam colloquendo, via videtur [brevis] et non laboriosa.

Modo Virgilius interrogat de modo purgationis sue Statium, dicens: Sed dicas michi; et sicut amicus michi parcas si nimia securitas michi ampliat frenum, idest dat michi audaciam loquendi tecum, et sicut amicus, ammodo michi vel mecum, ratiocineris. Ecce quod benivolentia istorum duorum poetarum facta est nunc amicitia.

Nota quod quia Virgilius reperit Statium in circulo, ubi purgatur avaritia, credidit Statium avarum fuisse. Ideo admirans dicit: Quomodo [potuit] reperire intra tuum senum, capacitatem scilicet, vel pectus, locum avaritia intra tantam sapientiam quanta propter tuam curam fuisti plenus? Quasi dicat, propter tuum studium et vigilias.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

9 Queste parole Statio muover fenno
Un poco a riso pria; poscia rispose:
Ogni tuo dir d'amor m'è caro cenno.
10 Veramente più volte appaion cose,
Che danno a dubitar falsa matera,
Per le vere cagion che son nascose.
11 La tua dimanda tuo creder m'avvera
Esser, ch'io fossi avaro in la tua vita,
Forse per quella cerchia dov'io era:
12 Or sappia che avaritia fu partita
Troppo da me; a questa dismisura
E miglar (1) di lunari (2) hanno punita.
13 E, se non fosse che drizzai mia cura,
Quand'io intesi là dove tu chiame,
Cruciato quasi all'umana natura:
14 A che non rechi tu (3), o sacra fame
Dell'oro, l'appetito de' mortali?
Voltando sentirei le giostre grame.
15 Allor m'accorsi che troppo aprir l'hali
Potean le mani a spender, e pentèmi
Così di quel come degl'altri mali.
16 Quanti risorgeran cho' crini scemi,
Per ignoranza, che a questa pecca
Tragge 'l pensier vivendo, nelli stremi!

(1) migliaia — (2) di mesi — (3) al. pingi, vel spingi.

9 *Ista verba Statium movere fecerunt*
Aliquantulum ad risum; postea respondit:
Omne tuum dicere amoris est michi carum signum.
10 *Vere pluries apparent res,*
Que dant ad dubitandum falsam materiam,
Propter veras rationes que sunt absconse.
11 *Tua petitio tuum credere michi averat*
Esse, quod ego fuerim avarus in alia vita,
Forsan propter illum circulum ubi eram:
12 *Nunc scias quod avaritia distans*
Nimis a me fuit; et hanc malam mensuram
Milliaria lunaria punierunt.
13 *Et, nisi esset quod ego direxi meam curam,*
Quando ego intellexi ibi ubi tu clamas,
Iratus quasi ad humanam naturam:
14 *Quare non regis tu, o sacra fames*
Auri, appetitus mortalium?
Volvendo sentirem hastiludia dolorosa.
15 *Tunc perpendi quod nimis apperire alas*
Poterant manus ad expendendum, et penituit me
Ita illius sicut aliorum malorum.
16 *Quot resurgent cum crinibus scemis,*
Propter ignorantiam, que de isto peccato
Subtrahit penitere vivendo et in extremis!

Modo ponitur effectus secutus ex dictis Virgilii, scilicet quidam risus. Ista verba Statium movere fecerunt aliquantulum ad risum prius, postea respondit: Omne tuum dictum amoris est michi gratum signum. Quasi dicat: Dic quidquid vis, quia non posses dicere quidquam quod non proveniret ex sinceritate amicitie.

—

Modo respondens Statius Virgilio, dicit unum notabile bene, scilicet: Vere pluries apparent res, que dant ad dubitandum falsam materiam, propter veras rationes que sunt absconse, quia sepe quis miratur de re propter ignorantiam cause. Dicit nempe Virgilius: Res animos incognita turbat.

—

Iam captat Statius benivolentiam a Virgilio, quia accipit suam sententiam, dicens: Tua petitio tuum credere michi accertat esse, quod ego fuerim avarus in alia vita, forsan propter illum circulum ubi ego eram. Nunc scias quod avaritia nimis distans fuit a me; et hanc malam mensuram, idest intemperantiam, prodigalitatis, quia expendi ultra facultatem meam, millia lunaria punierunt, quia multis annis steterat in illo circulo ad purgandum peccatum prodigalitatis in circulo avaritie.

—

Confitetur Statius se correxisse propter dicta Virgilii, ubi Virgilius in tertio Eneydos esclamat contra avaritiam, ubi tangit de Polimestore, qui interfecit Pollidorum, etc., quando dixit: Auri sacra fames, quid non mortalia pectora cogis! Et nisi esset quod ego direxi meam curam, idest me correxi, quando ego intellexi ibi ubi tu clamas, iratus quasi ad humanam naturam: Quare non regis tu, o sacra fames auri, appetitus mortalium? volvendo sentirem hastiludia dolorosa; idest, essem in Inferno, in circulo, ubi puniuntur avari et prodigi in giostra contraria, ut in septimo capitulo Inferni dictum est. Dictum Virgilii, ubi dixit: Auri sacra fames, etc., intelligitur sic, idest: Quod est illud malum, ad quod tu, sacra fames auri, idest execrabilis, non introducas? Quod facit avaritia. Illam credo esse sententiam Virgilii; sed Dantes aliter glossat. Quid, idest cur, o detestabilis appetitus habendi, non reducis et regis, sicut debes, appetitus mortalium, ut ipsi expendant ubi, quando et propter causam, etc., idest temperate? Dicit igitur Statius, quod illud verbum, quod videtur propter avaros dictum, retraxit me a prodigalitate.

—

Nunc exclamatur hic contra prodigos. Tunc perpendi quod nimis aperire alas poterant manus ad expendendum, et penituit me ita illius, sicut aliorum malorum. Quot resurgent cum crinibus scemis, idest diminutis, propter ignorantiam, que de isto peccato (quia non creditur esse peccatum) subtrahit penitere vivendo et in extremis! Nam prodigalitas laudatur saltem apud potentes, sicut contingebat de Alexandro.

—

17 E sappi che la colpa, che rimbeccha
Per dricta opposition alcun peccato
Commesso, insieme qui suo veder secca.
18 Però, s'io son tra quella gente stato
Che piange l'avaritia, per purgarmi,
Per lo contrario (1) suo m'è incontrato.
19 Or quando tu cantasti (2) le crude (3) armi
De la doppia tristitia (4) di Yocasta (5),
Disse 'l Cantor (6) de buccolici carmi (7),
20 Per quel che Clyo (8) con teco lì tasta (9),
Non par che ti facesse ancor fedele
La fede (10), senza qual ben far non basta.
21 Se così è, qual sole e quai candele
Ti stenebraron sì, che tu drizzasti
Poscia dirieto al Pescator le vele?
22 Et elli a lui: Tu prima m'inviasti
Verso Parnaso a ber ne le sue grotte,
E primo, verso Dio, m'illuminasti.

(1) prodigalità — (2) o Statio — (3) crudeli — (4) Etyocle e Polinice — (5) lor madre — (6) Virgilio — (7) versi — (8) Musa — (9) tocha — (10) crystiana.

17 *Et scias quod culpa, que rimbeccat*
Per rectam oppositionem aliquod peccatum
Commissum, simul hic cum viridi desiccatur.
18 *Ergo si ego inter illam gentem steti*
Que plangit avaritiam, pro me purgando,
Propter contrarium michi evenit.
19 *O[r] qui tu cantasti cruda arma*
De duplici tristitia Iocaste,
Dixit Cantor buccolicorum carminum,
20 *Propter illud quod tibi Clio tangit tecum (tasta),*
Non apparet quod te faceret adhuc fidelem
Fides, sine qua bonum facere non sufficit.
21 *Si sic est, qualis sol, vel que candele*
Te extenebrarunt ita, quod tu direxisti
Postea retro piscatorem vela?
22 *Et ipse tunc: Tu me primo me inviasti*
Versus Parnasum ad bibendum in suis gruptis,
Et prius, prope Deum, me illuminasti.

Et scias, notabile dictum, quod culpa que ribecchat, idest repercutit, per rectam oppositionem aliquod peccatum, simul hic cum suo viridi desiccatur. Avaritia et prodigalitas sunt sibi invicem opposita, et videntur extrema liberalitatis. Aristotiles tamen dicit, quarto Ethicorum, quod illiberalitas et prodigalitas sunt extrema, inter que media liberalitas. Sed hic accipitur avaritia pro illiberalitate. *Desiccatur:* punitur.

—

Ergo si ego inter illam gentem steti, que plangit avaritiam pro me purgando, propter contrarium, michi evenit, idest non propter avaritiam, sed propter prodigalitatem ibi steti.

—

O[r] quando tu cantasti cruda arma. Or quando tu cantasti l'arma cruda: hec est secunda pars huius capituli, in qua Virgilius interrogat Statium de modo sue conversionis, quia de hoc dubitat ipse Virgilius; et ratio dubitationis, quia dum Statius composuit Thebaydos, ipse non invocavit ad modum Christianorum, sed invocavit ad modum paganorum, et sic apparuit esse sine fide christiana. Nota quod Clio est una de novem musis, que Clio invocata fuit in adiutorium ab ipso Statio.

Or quando tu cantasti cruda arma, idest crudelia (idest, quando tu composuisti librum Thebaydos, in quo tu cantasti talia crudelia, idest crudelitatem secutam ex armis), de duplici tristitia Iocaste (uxoris et matris Edyppi, de quibus fit quarta tragedia in tertio Senece), dixit Cantor buccolicorum carminum (idest Virgilius, qui fecit Buccolicam tam pulchram. Illa Iocasta suspendit se, videns maritum obcecatum et suos duos filios, scilicet Theoclem et Pollinicem, invicem [se] interfecisse: ideo habuit duplicem tristitiam, scilicet de se et de filiis ac marito), per illud quod ibi Clio, musa una de novem, tangit, *tasta*, tecum, non apparet quod te faceret adhuc fidelem fides, sine qua bonum facere non sufficit. Ecce quod non sufficiunt virtutes morales, sine fide, salvare hominem.

—

Si sic est, si pro quia, qualis sol, vel que candele extenebrarunt, idest ex tenebris traxerunt, ita quod tu direxisti postea retro Piscatorem, idest post Petrum, primum vicarium Christi, vela, idest affectiones tuas, et post alios Christi apostolos?

—

Et ipse, scilicet Statius, supple dixit: Tunc prius me inviasti, idest in via duxisti, vel conduxisti, versus Parnasum ad bibendum in suis gruptis, et prius prope Deum me illuminasti. Idest tu, Virgili, fecisti michi duo bona: primo dedisti michi viam poetandi, secundo convertisti me. *Grupte:* idest de aquis Parnasi, qui est mons Musarum. Nota hic quod Virgilius, in quarta Egloga sui libri Buccolicorum, dixit hec verba, que tamen habuit a Sibilla Tyburtina: Iam redit virgo, redeunt Saturnia regna, iam nova progenies celo demictitur alto; que verba videntur posse trahi ad Christum et matrem eius. Sed iste textus est ambiguus multum: sepe fuit ventilatum. Sed Augustinus, octavo De Civitate [Dei], dicit quod certe Virgilius prophetavit de Christo

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

23 Facesti come quei che va di nocte,
Che porta 'l lume dietro, e sè non giova,
Ma doppo sè fa le persone docte,
24 Quando dicesti: Secol si rinnuova;
Torna iustitia, e primo tempo humano;
E progenie descende dal ciel nuova.
25 Per te poeta fui, per te chrystiano;
Ma perchè veggi ben ciò ch'io disegno,
A colorar distenderò la mano.
26 Già era 'l mondo tutto quanto pregno
De la vera credenza (1), seminata
Per li messaggi dell'eterno regno;
27 E la parola tua sopra tochata
Si consonava a'nuovi predicanti,
Ond'io a visitarli presi usata (2).
28 Vennermi poi parendo tanto santi,
Che, quando Domitian li perseguecte,
Senza mio lacrimar non fur lor pianti.
29 E mentre che di là per me si stecte,
Io li sovenni, e lor dricti costumi
Fer dispregiarmi tutte l'altre secte:
30 E pria ch' io conducessi e Greci a'fiumi
Di Thebe poetando, ebbi baptesmo:
Ma per paura chiuso (3) chrystian fu'mi (4),

23 *Fecisti sicut ille qui vadit de nocte,*
Qui portat lumen retro, et sibi non prodest,
Sed post se facit personas doctas,
24 *Quando dixisti: Seculum renovatur;*
Redit iustitia, et primum tempus humanum;
Et progenies descendit de celo nova.
25 *Per te poeta fui, per te christianus;*
Sed ut melius videas id quod ego designo,
Ad colorandum ego extendam manum.
26 *Iam erat mundus totus pregnans*
De vera credentia, seminata
Per nuntios eterni regni;
27 *Et verbum tuum supra tactum*
Consonat novis predicantibus,
Ex quo ego ad visitandum eos cepi consuetudinem.
28 *Apparuerunt michi postmodum tanctum sancti,*
Quod, quando Domitianus eos persecutus est,
Sine meis lacrymis non fuerunt eorum planctus.
29 *Et dum ego in mundo steti,*
Ego eis subveni, et eorum recti mores
Fecerunt me spernere omnes alias sectas:
30 *Et prius quam ego conducerem Grecos ad flumina*
Thebarum poetando, ego habui baptisma;
Sed propter timorem clausus christianus fui,

(1) fede di Chrysto — (2) usanza — (3) secreto et occulto — (4) mi fui.

non per suam scientiam, sed quia habuit a Sibilla predicta, et Virgilius allegat eam. Hieronimus tamen in prologo Biblie dicit oppositum, et trufatur quasi de sic dicentibus. Non est cura. Hic Dantes tenet, quod Virgilius prophetavit de Christo.

—

Fecisti sicut ille qui vadit de nocte, qui portat lumen retro, et sibi non prodest, sed post se facit personas doctas, quando dixisti: Seculum renovatur; redit iustitia, scilicet Virgo; primum tempus humanum, scilicet Saturnia regna; et progenies descendit de celo, sive a celo, nova.

—

Per te poeta fui, per [te] christianus: sed ad hoc ut melius videas id quod ego designo, ad colorandum extendam manum. Quasi dicat: Faciam tecum sicut facit pictor, qui primo designat figuram grosso modo, secundo colorat ipsam bene et apte. Ita faciam tecum: hucusque locutus fui confuse; nunc declarabo, loquens clarius. Ista questio fit coctidie a pluribus, quomodo Statius fuit factus christianus. Potest dici quod Statius fuit homo valde moralis, honestus, virtuosus, nec quidquam lascivum commisit; ideo Deus impressit sibi id quod sibi fuit sufficiens ad salutem. Vel aliter et melius: Tempore sui erat fides christiana satis divulgata; cui adhesit, ut dicetur infra. Sicut aliqui dicunt de Seneca, quod fuit christianus, qui conversabatur cum Sancto Paulo apostolo, ut patet per Epistolas suas. Vult dicere quod, audita fama Apostolorum predicantium Christum, ipsi placuerunt ei et sic omnes christiani; et dum Domitianus faceret dire persequi christianos, ipse de suis facultatibus subveniebat christianis absconsis. Fecit se baptizare et factus fuit christianus, licet diu celaverit; unde fuit punitus in circulo accidie multis annis.

Iam erat mundus totus pregnans, idest plenus et repletus, de vera credentia, scilicet fide, seminata per nuncios eterni regni, idest per Apostolos Christi; et verbum tuum, supra tactum, scilicet de nova progenie, consonabat novis predicantibus, idest concorda[ba]t cum dictis novorum predicantium: ex quo, idest ex hoc, ego ad visitandum eos cepi consuetudinem.

—

Apparuerunt michi postmodum tantum sancti, quod quando Domitianus, scilicet Imperator, eos persecutus est, sine meis lacrymis non fuerunt eorum planctus, idest ego plangebam cum ipsis.

—

Et dum ego in mundo steti, ego eis subveni, et eorum recti mores fecerunt spernere me omnes alias sectas.

—

Et prius quam ego ducerem Grecos ad flumina Thebarum poetando, habui ego baptisma, idest fui baptizatus; sed

31 Lungamente monstrando paganesmo:
E questa tepidezza el quarto cerchio (1)
Cerchar mi fe'più che'l quarto centesmo (2).
32 Tu (3) dunque che levato m'hai il coperchio
Che m'ascondeva quanto ben io dico,
Mentre che del salir havian soperchio (4),
33 Dimmi dov'è Terentio nostro amico,
Cecilio, Plauto, Varro, se lo sai,
Dimmi se son dannati, et in qual vico (5).
34 Costoro, e Persio, et io, et altri assai,
Rispose (6) 'l duca mio (7), son, con quel
[Greco (8)
Che le muse lattar più ch'altro (9) mai,
35 Nel primo cerchio del carcere cieco (10).
Spesse fiate ragioniam del monte (11),
Ch'à (12) le nutrici nostre (13) sempre seco.
36 Euripyde v'è nosco, et Antiphonte,
Symonide, Aghatone, et altri piue
Greci che già di lauro ornar le fronte (14).

31 *Longo tempore mostrando paganismum:*
Et iste tepor quartum circulum
Querere me fecit plusquam quarto centesimo.
32 *Tu igitur, qui levasti michi coopertorium*
Quod michi abscondebat quantum bonum ego dico,
Interim quod ascendendi habemus superfluum,
33 *Dic michi ubi est Terentius noster antiquus,*
Cecilio, Plauto et Varro, si tu scis,
Dic michi si sunt dampnati, et in quo vico.
34 *Isti, et Persius, et ego, et alii multi,*
Respondit dux meus, sumus, cum illo Greco
Quem musse lactaverunt plusquam alium unquam
35 *In primo circulo carceris ceci.*
Sepe ratiocinamur de monte,
Qui habet memorias nostras semper secum.
36 *Euripides est nobiscum, ibi, et Antifons,*
Symonides, Agathon, et alii multi
Greci qui iam de lauro ornaverunt frontem.

(1) su del Purgatorio — (2) più che quattrocento anni — (3) o Virgilio — (4) sommità — (5) circulo — (6) a Statio — (7) Virgilio — (8) Homero — (9) poeta — (10) dell'Inferno — (11) Parnaso — (12) che ha — (13) Muse — (14) loro.

propter timorem clausus, idest occultus, christianus fui longo tempore, scilicet extra monstrando paganismum, idest fidem paganorum; et iste tepor quartum circulum, idest accidie, querere me fecit plusquam quarto centesimo; idest quadringentis, vel plusquam quatuor [centum] annis celerat in circulo accidie, ubi purgatur talis torpor, idest pigritia, seu negligentia.

—

Tu igitur, qui levasti michi coopertorium. Tu dunca che levasti tal coperchio: hec est tertia pars huius capituli, in qua Statius petit a Virgilio de aliquibus poetis illustribus, dicens: Tu, Virgili, qui detegisti ignorantiam (quoniam ut dictum est, per Virgilium fuit christianus), tu igitur, qui levasti, idest abstulisti, coopertorium, idest ignorantiam, que michi abscondebat, idest ignorare faciebat, quantum bonum ego dico, interim quod ascendendi habemus soverchium, idest superfluum, dic michi ubi [sunt] Terentius noster antiquus, Cecilius, Plauto et Varro, si tu scis, dic michi si sunt dampnati et in quo vitio. Terentius, qui composuit librum, continentem sex partes, scilicet Andriam, Eunuchum, [H]e[a]uthonth[im]o[rume]no[s], Adelphos, Echirra et Formionem, floruit in Carthagine, tempore maioris Scipionis, scilicet Affricani, et fuit natione carthaginensis. De quo volunt dicere aliqui, quod quando fuit ductus Romam, habebat gallerum, sive capellum in capite in signum libertatis; sed [non] dicunt, ut puto, veritatem; quia ille Terentius, qui veniebat de Carthagine, fuit unus homo civis romanus, bene vocatus Terentius, nobilis romanus, qui fuerat captus a Carthaginensibus et steterat diu in carceribus; sed Terentius, qui fuit poeta, fuit ductus ligatus, ymo fuit venditus: nam sic habetur in prologo sui libri. Natus in excelsis Carthaginis edibus alte, Romanis ducibus preda fui. Eusebius dicit, ipsum Terentium fuisse venditum. Cecilius fuit poeta romanus. Plautus fuit etiam poeta ytalicus de provincia Romandiole, de una ad tempus destructa civitate, que vocatur Sarsana. Ille dedit stilum et formam Terentio. Varro etiam fuit poeta et philosophus. Isti fuerunt correctores libri Eneydorum Virgilii. Persius fecit satiras et locutus fuit valde obscure. Homerus fuit grecus et ita valens, quod eo in Gretia nullus fuit valentior.

—

Respondet Virgilius, dicens: Isti, scilicet quos tu nominasti, et Persius, et ego, et alii multi, respondit dux meus, sumus cum illo greco, scilicet Homero, quem muse lactaverunt plusquam alium unquam, in primo circulo carceris ceci, idest Inferni, idest in illo loco, ubi sunt anime innocentium et illustrium virorum: sepe ratiocinamur de monte, qui habet memorias nostras semper [secum].

—

Euripides est ibi nobiscum, et Antifons, Symonides, Agathon et multi alii, idest plures Greci, qui iam de lauro ornaverunt frontem. Euripides fuit poeta grecus et subtiliter scripsit, floruit tempore Archelai, regis Persarum, et a canibus fuit infeliciter laceratus. Omnes isti fuerunt Greci, de quibus nihil vel parum reperitur.

—

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

37 Quivi si veggion, de le genti tue (1),
Antighone (2), Deifyle (3) et Argia,
Et Hysmene (4) sì trista come fue.
38 Vedesi quella (5) che mostrò (6) Langya (7);
Evvi la figlia di Thyresia (8), e Thety (9),
E co' le suore (10) sue Deydamia (11).
39 Tacevansi amendue li poeti,
Di nuovo attenti a riguardar intorno,
Liberi dal salir e da pareti;
40 E già le quattro ancelle eran del giorno
Rimase indietro, et a la quinta el temo (12),
Drizzando pur in su l'ardente corno;
41 Quando 'l mio duca (13): Io credo ch' allo [stremo
Le dextre spalle volger ci convegna,
Girando 'l monte come far solemo.
42 Così l'usanza fu lì nostra insegna,
E prendemmo la via con men sospetto
Per l'assentir di quell'anima (14) degna.
43 Elli givan (15) dinanzi, et io solecto
Dirieto, et ascoltava lor sermoni
Che a poetar mi davano intellecto.

37 *Ibi videntur, de gentibus tuis,*
Anthigone, Deyfile et Argia,
Et Ysmene ita tristis sicut fuit.
38 *Videtur illa que monstravit [L]angiam;*
Est ibi filia Thyrexie et Thetis,
Et cum suis sororibus Dyademya.
39 *Tacebant ambo illi poete,*
De novo attenti ad respiciendum circum,
Liberi ab ascensu et parietibus;
40 *Et iam quatuor ancille diei*
Remanserant retro, et quinta erat [ad] themon,
Dirigendo semper sursum ardens cornu;
41 *Quando meus dux: Credo quod ad extremum*
Dexteros humeros volvere nobis convenit,
Circuendo montem sicut solemus.
42 *Sic consuetum fuit ibi nostrum signum,*
Et apprehendimus viam cum minori suspitione
Propter assensum illius anime digne.
43 *Ipsi ibant ante, et ego post eos solus,*
Et auscultabam eorum sermones
Qui ad poetandum dabant michi intellectum.

(1) delle quali scrivesti ne la Thebayde et Achylleide — (2) Filia Edyppi et Iocaste — (3) Filia Adastri regis — (4) Filia Edyppi et Iocaste — (5) Ysiphyle — (6) a li Greci — (7) fonte — (8) Manto — (9) Madre d'Achylle — (10) moniali — (11) uxor Achyllis — (12) era el timone — (13) disse — (14) di Statio — (15) al. andavan.

Modo Virgilius vult nominare aliquas personas, de quibus Statius locutus fuit in suis libris, scilicet Thebaydos et Achilleydos. Ibi videntur, de gentibus tuis, idest de quibus tu scripsisti, Anthigone, Deyfile et Argia et Ysmene, ita tristis sicut fuit. Notandum est hic quod Anthigone fuit filia Edyppi, et soror ita fuit etiam Theoclis et Polinicis. Deyfile et Argia fuerunt filie regis Adrasti, una uxor Polinicis, alia uxor Tydei sotii sui et cognati. Ysmene fuit etiam filia Edyppi, que supervixit et vidit omnes tristitias domus sue; ideo dicit textus: Ita tristis sicut fuit. Tristitie huius ponuntur a Statio in libro Thebaydos.

—

Videtur illa que monstra[vi]t [L]angiam; et ibi filia Tyresie, et Thetis, et cum sororibus suis Dyademya. Que monstravit [L]angiam fuit Ysyfile, filia regis Thoantis, regis Lenni, insule sic dicte. Lennum est una de Cycladibus, que sunt multe insule ad invicem quasi se tangentes. Ista remansit gravida et pregnans de Iasone, quando ipse transivit ad Colchos pro vellere aureo. Ista fuit illa, que monstravit fontem septem regibus, qui iverunt in obsidionem Thebarum. Filia Thyresie fuit Mantum, de qua dictum est in Inferno, in capitulo divinantium, a qua Mantua denominatur, ut ibi dictum est. Thetis fuit mater Achillis. Dyademya fuit filia Chirontis regis Achiri, et amasia Achillis, de qua genuit Pirrum. Ista Dyademya habuit plures sorores. Sed mirum videtur quare auctor dicit hic de Mantu, esse in circulo, scilicet illustrium, cum in Inferno posuerit eam in circulo et in loco divinantium. Dicendum est hic, quod hoc debet referri ad cecum carcerem, qui est totus infernus, non solum ad circulum illustrium virorum.

—

Tacebant ambo illi poete. Taceanse amendue già li poete: hec est quarta pars huius capituli, in qua auctor incipit tractare de vitio gule et de pena gulosorum. Unde tacentibus poetis, quia multa dixerant sibi invicem, et respiciebant propter videre nova, et iam erant liberi ab ascensu, quia non oportebat plus ascendere ad istum circulum, scilicet sextum, quod erat excisum in parietibus, tacebant iam ambo illi poete, de novo attenti [ad respiciendum] circum, liberi ab ascensu et parietibus; et iam quatuor ancille, scilicet quatuor hore diei, remanserant retro, idest preterierant, et quinta erat [ad] themon (themon est prima pars currus, unde trahitur; idest, quinta hora incipiebat), dirigendo semper sursum ardens cornu, idest principium; quando meus dux, scilicet dixit: Ego [credo] quod ad extremum dextros humeros volvere nobis conveniat, idest nos oporteat [ascendere] circuendo montem, sicut facere solemus.

—

Sic consuetudo fuit ibi nostrum signum; et apprehendimus viam cum maiori suspicione propter assensum illius anime digne. Ecce quod hic sunt duo magistri, scilicet

44 Ma tosto ruppe le dolci ragioni (1)
Un arbor che trovammo in mezza strada,
Co' pomi ad odorar suavi e buoni.
45 E come abeto (2) in alto si digrada
Di ramo in ramo, così quello ingiuso,
Cred' io perchè persona su (3) non vada.
46 Dal lato onde 'l cammin nostro era chiuso,
Cadea dell'altra (4) roccia (5) un liquor (6)
E si spandea per le fogle (7) suso. [chiaro,
47 Li due poeti all'arbor s'appressaro;
Et una voce per entro le fronde
Gridò: Di questo cibo havrete caro.
48 Poi disse (8): Più pensava Maria (9), onde
Fusser le nozze horrevoli et intere (10),
Ch'alla sua bocha (11), che per voi rispon-
49 E le Romane antiche per lor bere [de (12).
Contente furon d'acqua (13); e Daniello (14)
Dispregiò 'l cibo (15), et acquistò sapere.

44 *Sed cito rupit dulcia ratiocinia*
Una arbor quam reperimus in medio strate,
Cum pomis ad odorandum suavibus et bonis.
45 *Et sicut abies in altum degradatur*
De ramo in ramum, ita illa deorsum,
Credo ego ad hoc ut persona sursum non vadat.
46 *A latere, unde erat iter nostrum clausum,*
Cadebat ab alta rupe unus liquor clarus,
Et se spandebat per folia deorsum.
47 *Duo poete ad arborem appropinquarunt;*
Et una vox intra per frondes
Clamavit: De isto cibo habebitis defectum.
48 *Postea dixit: Plus cogitabat Maria, unde*
Nuptie essent honorabiles et integre,
Quam ad suum os, quod pro vobis nunc respondet.
49 *Et Romane antique propter earum bibere*
Contente fuerunt de aqua; et Daniel
Sprevit cibum, et acquisivit sapientiam.

(1) ragionamenti loro — (2) arboro — (3) per esso — (4) al. alta — (5) ripa — (6) acqua — (7) al. frondi dell'arboro — (8) quella voce — (9) Vergine — (10) quando disse, Ioan, II., *Vinum non habent* — (11) perbere o mangiare — (12) intercede in cielo — (13) sola — (14) Propheta con tre fanciulli — (15) regale.

Virgilius et Statius; ideo securius potuerunt sic eligere viam cum minori suspitione, idest dubio.

—

Ipsi ibant, et ego solus retro post eos (quasi dicat nullus poeta fuit post eos, qui se assimilaret illis, sicut ego: vel nullus studuit opera illorum ita bene, sicut ego), et auscultabam eorum sermones, qui ad poetandum dabant michi intellectum. Nam de dictis Virgilii multa tetigit auctor.

—

Modo auctor fingit penam gulosorum. Quoniam in via est una arbor similis abieti, nisi quod stat modo reverso, sive transverso: que arbor est plena pomis odoriferis et placidissimis, et ibi, in latere grupte, est una aqua pulcherrima et optima ad bibendum. Nunc gulosi appetunt bibere et comedere, et ibi vident et intuentur cibum optimum et potum suavissimum, et nihil possunt inde apprehendere nec capere, et sic crescit eorum appetitus. De illa arbore audita est una vox, que dixit: Illum cibum nullatenus capiatis. Sed cito rupit dulcia ratiocinia una arbor, quam reperuimus in medio strate cum pomis ad odorandum suavibus et bonis: et si[cut] habies in altum digradatur, idest dilatatur, per ramos de ramo in ramum, ita illa deorsum; credo ego adhuc ut persona sursum non vadat.

—

A latere, unde iter nostrum erat clausum, idest in rupe, cadebat ab alta rupe unus liquor clarus, et se spandebat, idest effundebat, per folia deorsum. Nota quod illa arbor et ille liquor modo opposito habent se hic: quia arbores nostre stant recte, hic transverse; aqua hic currit deorsum, ille, scilicet liquor, ibi currit sursum: et aspergebat arborem, et tenebat recentem; et anime respiciebant, affectabant, et non poterant inde quidquam habere nec tangere, unde crescebat appetitus earum, et sic affligebantur, et sic purgabantur. Vult hic dicere auctor: Tu, gulose, qui es usus esse intemperatus, assuefac te ita abstinere, ut videndo epulas gratas et splendidas, tu possis bene abstinere: et ille est modus purgandi gulositatem. Nota quod prohibitio auget concupiscentiam: sic ait Aristotiles. Liquor hic, [clarus] sicut aqua, figurat potum suavem: poma figurant epulas splendidas, odoriferas et valde gratas.

—

Duo poete ad arborem, vel arbori, appropinquarunt, et una vox intra per frondes clamavit: De isto cibo habebitis defectum, idest caristiam; idest, nihil comedetis; idest, videbitis, sed non gustabitis.

—

Modo ponuntur aliqua exempla, que ostendunt quomodo aliqui abstinuerunt in peccato gule, quorum exemplo esset etiam per nos abstinendum. Unde illa vox dixit postmodum, quod Virgo Maria, dum esset in nuptiis, non curabat comedere vel bibere; sed habebat animum ad honorem nuptiarum, ne ibi esset defectus vini.

Postea dixit, scilicet illa vox: Plus cogitabat Maria unde essent nuptie venerabiles et integre, quam ad suum os. Pro nobis nunc respondet, quia os Marie semper procurat pro illis, qui sunt in Purgatorio. Hic tangitur solertia Marie versus peccatores.

—

Consuetudo fuit romanis mulieribus abstinere a vino et bibere aquam; ideo dicit textus: Et Romane antique, propter earum bibere, contente fuerunt de aqua. Et Daniel, scilicet

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

59 Lo secol primo, quant'oro, fu bello (1);
Fe' saporose con fame le ghiande,
E (2) nectare con sete ogni ruscello.
51 Mele e locuste furon vivande,
Che nutriro 'l Babtista (3) nel deserto;
Perch'elli (4) è glorioso, e tanto grande
Quanto per l'Evangelio (5) n'è (6) aperto.

50 *Seculum primum, quantum aurum, fuit pulchrum;*
Fecit saporosas cum fame glandes,
Et [nectar] cum siti omnem rivulum.
51 *Mel et locuste fuerunt fercula,*
Que nutriverunt Baptistam in deserto;
Ex quo ipse est gloriosus, et tam grandis
Quantum per Evangelium nobis est apertum.

(1) al. quanto d'or fu bello — (2) fe' — (3) Giovanni — (5) al. ond'elli è — (6) Matth. XI cap. — (7) a noi è.

propheta, sprevit cibum et acquisivit sapientiam. Nota quod, ut habetur primo capitulo Danielis, Daniel, Azarias, Misael et Ananias, de genere regali Iudeorum, tempore captivitatis Babilonie, ducti fuerunt captivi in Babiloniam; quibus fecit rex Nabuchodonosor deputari cibaria delicata secundum morem gentium, in quibus Daniel noluit esse pollutus, sed comedit ligumina. Unde propter hoc Deus dedit sibi sapientiam et scientiam in omni interpretatione sompniorum, etc. Ideo dicit textus: Daniel sprevit cibum et acquisivit sapientiam. Ut etiam poete, et etiam comici, dicunt: Prima etas non curabat de cibis et potibus delicatis, sed fructus terre et arborum erat cibus eorum, et nectar erant rivuli aquarum. Unde dicit Boetius: Felix nimium prior etas, contempta fidelibus arvis.

Seculum primum, idest prima etas, quantum aurum fuit pulchrum; fecit saporosas cum fame glandes, et nectar (idest claretum, quod fit de bono vino et cum speciebus, sicut lixivium cum cineribus; in Alamania vocatur ypocras) cum siti omne rivulum, scilicet aquarum.

—

Mel vel locuste fuerunt fercula et nutriverunt Baptistam, scilicet Sanctum Ioannem, in deserto; ex quo ipse est, idest propter quod ipse est, gloriosus, et tam gloriosus et tam grandis quantum per Evangelium nobis est apertum, idest declaratum. Ista exempla docent, quod non est attendendum gulositati, sed magis temperantie et abstinentie, etc.

LA VIRTÙ DELLA GIUSTIZIA

Nel passare il Poeta dal quinto girone al sesto del suo Purgatorio, fa che gli avari e i prodighi, che già eransi purificati delle loro reità, o meglio gli Angioli per essi, gli ricordino la virtù della giustizia, nel cui possesso, al dire di Cristo, sta la vera pace del cuore.

Già era l'angel dietro a noi rimaso,
L'angel che n'avea volti al sesto giro,
Avendomi dal viso un colpo raso;
E quei ch'hanno a giustizia lor disiro
Detto n'avean *Beati* in le sue voci
Con *sitio*, e senz'altro ciò forniro.

Certo, non poteva egli dimenticare nell'immortale sua Cantica questa principalissima delle virtù, che è base della società e della religione. E secondo che a noi pare, egli la riserbò a questo luogo, per essere i vizi dell'avarizia e della prodigalità quelli che più ce la fanno oltraggiare.

La giustizia non è soltanto una virtù cardinale (osserva San Bonaventura) ed uno de' fondamenti dello edificio spirituale, per cui l'uomo si rinnova e si eleva all'eroismo; ma tiene, inoltre, tal sopreminenza di generalità sopra tutte, che ciascuna in essa s'individua e dello splendore di lei si fa bella e s'incorona. E a questo profondo significato accenna l'Evangelo dove dice (Matth. V, 6), che coloro i quali ne sono famelici e sitibondi, un dì ne saranno saziati.

In verità, se la giustizia consiste nel contemperare l'ordine dei nostri affetti all'ordine reale delle cose, secondo la relativa lor nobiltà (ed è questo il precetto primordiale e generalissimo della morale), apparisce chiaro che essa si stende sovra tutte le altre virtù; per modo, che qualunque se ne offenda, anche essa ne rimane offesa. L'avaro, che quanto v'ha di più nobile e sacro pospone all'amor dell'oro, e il prodigo che senza regola, per miserabile soddisfazione, lo profonde, senza cavarne l'utile a cui è ordinato, non serbando essi l'ordine naturale, divengono ingiusti; ingiusti contro Dio, e contro la miglior parte di sè, perchè vi preferiscono il raccogliere od il profondere; ingiusti contro il prossimo, perchè gli uni e gli altri per opposta ragione non si fanno coscienza di danneggiarlo.

Che se in ogni atto umano condizione essenziale di bontà è la giustizia, essa però non mira all'infinito se non in quanto si riferisce a Dio, il quale è diritto sommo perchè somma perfezione. Nè pertanto l'uomo potrà mai praticarla in modo perfetto, sia verso sè stesso, sia verso i suoi simili, se prima non si studii di praticarla con Dio. E dire che oggi si dettano trattati di questa virtù, senza far parola della giustizia a Dio dovuta. All'opposto in questa, ch'è religione, sta il fondamento di tutte le altre, perchè è sforzo a conseguire la giustizia somma, da cui tutte derivano, e che tutte in sè le contiene. E allora soltanto può l'uomo esserne veramente sitibondo e famelico, per riceverne il premio, che sarà un possederla e sitirla eternamente e un esserne eternamente satollato. In somma, nell'ordine divino, la giustizia tira l'umano spirito ad un indefinito stendersi verso colui, che è la giustizia per essenza; e corrispondendovi noi con un desiderio, che sia come un bisogno nostro intimo, continuo, imperioso, che essa sia fatta, non dissimile dal bisogno che sentiamo di bere e di mangiare, saremo degni di esserne un dì saziati. E però il venir detto nel Vangelo, che dobbiamo esserne famelici e sitibondi; e nel libro della Sapienza, l'esser scritto, che la perpetua immanenza di lei nei giusti sarà il loro premio, e che per essa risplenderanno come tanti soli nel regno dell'eternità. « Allora i giusti (ha ripetuto Gesù, Matt. XIII, 33) sfolgoreranno come il sole nel regno del Padre loro. » E quelle altre parole de' Salmi, che ce la mostrano precedere i passi del ristoratore dell'umanità dicaduta, cioè del Figliuolo di Dio, e lume che lo annunzia e lo rivela alle genti, e che irraggia e dirige tutti i suoi atti: « Iustitia ante eum ambulabit, et ponet in via gressus suos. » (*Psal.* LXXXIV).

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

CAPITULI VICESIMITERTII SUMMARIUM

In isto vicesimotertio capitulo, quod incipit: *Dum oculos per frondes*, etc., auctor prosequitur materiam gulosorum, ponendo penam ipsorum in generali, que talis est. In medio vie, per quam continue vadunt et revertuntur gulosi, stat una arbor, ut dictum est, plena pomis et fructibus odoriferis. Et gulosi vadunt per illam viam sicut peregrini; et videntes aliqui arborem illam, ymo omnes, intuentur illam avide. Et de eterno consilio et divina voluntate descendit una virtus in arborem et in fructus eius, et in aquam que ibi scaturit, que inducit famem et sitim et voluntatem in istis gulosis, qui accenduntur ab appetitu famis et sitis. Et isti spiritus videntur macilenti, et sunt tales in facie, ita quod ossa infor-

mantur a pelle. Et tamen isti gulosi vadunt libenter ad istam penam, quam habent videndo illa poma et illam aquam, unde accenduntur ad appetitum: qui appetitus avidus affligit istos gulosos. Hanc penam patienter et libenter sufferunt, quia sic purgantur a vitio gule et efficiuntur digni ascendere sursum ad celum. Ista pena bene convenit gulosis, quia, dum vivebant, non satiabantur et non contentabantur de hiis que sufficiebant nature, sed querebant diversa genera ferculorum, etc. Hic invenit auctor unum civem florentinum, nomine Foresem, qui plura dixit auctori de moribus mulierum florentinarum, cui auctor se palificavit et Virgilium et Statium. .

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

CAPITULUM VICESIMUMTERTIUM

1 Mentre che gl'ochi per le frondi verde (1)
Ficcavo (2) pur così, come far suole
Chi dietro agl'ucellin lor (3) vita perde;
2 Lo più che padre (4) mi dicea (5): Filiole,
Vienne oggimai, chè 'l tempo che ci è po-
Più utilmente compartir si vuole. [sto (6)

1 *Dum oculos per frondem viridem*
Figebam ego, sicut facere solet
Qui retro aviculam suam vitam perdit;
2 *Plusquam pater michi dicebat: Fili mi,*
Venias ammodo, quia tempus quod nobis est im-
Utilius compartiri vult. *[positum*

(1) de l'arbor predecto — (2) al. ficcava io, Dante — (3) cercando lor nidi — (4) mio, Virgilio — (5) o — (6) assegnato.

Dum oculos per frondem viridem. Mentre che gli occhi per la fronde verde: istud est vicesimumtertium capitulum huius Purgatorii, in quo auctor prosequitur materiam gule; et potest dividi in quatuor partes. Nam in prima ponitur et describitur pena et effectus purgationis peccati gule.
In secunda parte, que incipit ibi:

> Iam eram ad mirandum;
> Già era in admirar,

auctor introducit unum spiritum in speciali involutum valde in vitio gule.
In tertia parte, que incipit ibi:

> De! frater, nunc fac quod plus non;
> De! frate, or fa',

movet questionem isti spiritui.
In quarta, que incipit ibi:

> Et ego: Foresis, ab illo die;
> E io a lui: Forese, da quel dì,

auctor pandit et manifestat se et duces suos, scilicet Virgilium et Statium.

Primo tamen auctor continuat materiam gulositatis, premictendo suam condispositionem comparative, clare et communiter, cuius summa breviter est talis. In fine capituli proximi precedentis, posuit arborem exilem et subtilem ad pedes, et dilatatam superius versus summitatem, habentem poma suavia. Posuit etiam aquam, que contra naturam et consuetudinem nostrarum aquarum scaturiens, sursum ascendebat, irrigans frondes huius arboris. Modo dicit auctor, quod ipse stabat ad contemplandum et respiciendum illam arborem et illam aquam, totus fixus, que contrario modo se habent ad arbores et aquam nostras, et perdebat tempus, quia non capiebat misterium talium rerum, sicut faciunt illi qui sunt sub arboribus: stant attencti ad respiciendum aviculas volantes super arborem, et inde modicum vel nihil proficiunt et perdunt multum temporis. Dantes dicit, se hic nil proficere in respiciendo arborem hanc, que purgat peccatum gule, ut dicetur inferius; quia modicum vel nihil peccavit in peccato gule. Hoc forte bonum dictum est satis: tamen credo quod intentio auctoris fuerit hic, quod non intelligebat adhuc misterium arboris, sicut patet; quia de ipsa arbore et eius qualitatibus interrogavit tam instanter istum, scilicet Foresem. Et sic est quod aliqui vaca[n]t nimis circa rem, quam non capiunt nisi doceantur, et doceri non querunt, [et] multum temporis admictunt. Ideo fingit quod Virgilius punit eum, imponens sibi ut ad aliquid utilis vacet. Ideo Dantes volvit visum, idest oculos intellectuales, ad speculationem; idest cogitavi, speculando, expendere utilius tempus, quam hactenus feceram. Tunc ad textum.

Dum oculos per frondem viridem figebam ego sic, sicut facere solet qui retro aviculam vitam suam, idest tempus

3 Io volsi 'l viso e (1) 'l passo non men tosto (2)
Appresso a'savi, (3) che parlavan sie,
Che l'andar mi facean di nullo costo (4).
4 Et ecco pianger et cantar s'udie:
Labia mea, Domine, per modo
Tal che dilecto e dogla parturie.
5 O dolce Padre (5), che è quel ch'io odo?
Comincia'io; et ellî (6): Ombre che vanno
Forse di lor dover (7) solvendo nodo (8).
6 Siccome e peregrin pensosi fanno,
Giugnendo per cammin gente non nota,
Che si volgen ad essa (9) e non restanno (10);
7 E così dirieto a noi più tosto mota (11),
Venendo e trapassando, ci ammirava
D'anime turba (12) tacita e devota.
8 Negl'ochi era ciascuna oscura e cava (13),
Pallida nella faccia, e tanto scema (14),
Che dall'ossa la pelle s'informava.

3 *Ego volvi visum et passum non minus cito*
Apud sapientes, qui loquebantur ita,
Quod iter michi faciebant nullius pretii.
4 *Et ecce plangi et cantare auditum est:*
Labia mea, [Domine], per modum
Talem qui delectationem et dolorem peperit.
5 *O dulcis pater, quid est id quod audio?*
Cepi ego; et ipse: Umbre que vadunt,
[Forsan] de suo debere solvendo nodum.
6 *Sicut peregrini pensosi faciunt,*
Superveniendo per iter gentem non notam,
Que se convertunt ad illam et se non firmant;
7 *Ita retro nos, citius mota,*
Veniendo et pretereundo, nos respiciebat
Animarum turba tacita et devota.
8 *In oculis erat quelibet obscura et concava,*
Pallida in facie, et tantum scema,
Quod ab oculis pellis informabatur.

(1) volsi — (2) che'l viso — (3) Virgilio e Statio — (4) fatica — (5) mio Virgilio — (6) mi rispose — (7) al. voler — (8) vinculo — (9) gente — (10) di camminare — (11) più veloce — (12) una — (13) cavata — (14) magra.

sue vite, perdit (nil est carius tempore et nil vilius perditur, etc.), plusquam pater michi (idest Virgilius, scilicet suus magister: nam pater carnalis dat suo filio carnali esse, sed bonus magister dat bene esse: quia, sine bona doctrina et bonis moribus et operibus, est esse bestiale; sed esse virtuosum est esse divinum. Virgilius erat Danti plusquam pater, qui dedit sibi esse solum naturale, sed Virgilius dedit esse virtuosum) dicebat: Fili, venias ammodo, quia tempus quod nobis est impositum, idest in quo vivitur, utilius compartiri vult, idest debet; vel quia non debemus stare in Purgatorio nisi tribus diebus, et ista dies est tertia qua sumus, et iam transivit medietas. Ecce quomodo obedivit discipulus magistro.

—

Ego volvi visum et passum non minus cito ad sapientes qui loquebantur ita, quod iter michi faciebant nullius pretii. Quasi dicens: Tantum delectabar audire illos sapientes, quod iter non me gravabat quasi.

—

Modo auctor narrat quid iste anime, que purgantur de peccato gule, dicunt in penis, scilicet illud verbum Psalmiste: Domine, labia mea aperies et os meum annuntiabit laudem tuam; plangendo et cantando. Et ecce plangi et cantari auditum est: Labia mea, Domine; per modum talem, quod delectationem et dolorem peperit. Ista verba tamen non videntur multum ad propositum pro peccato gule: tamen si exponuntur, Domine, aperi labia nostra ad laudandum te et glorificandum, quibus indecenter et superflue usi fuimus ad peccandum in gula, sic satis videntur ad propositum applicari; et sic credo quod ad hunc sensum auctor introduxit talia verba.

—

Isti plorabant propter famem et sitim: cantabant propter devotionem et spem liberationis et salvationis; ideo auctor [et] sui duces ex hoc delectationem et planctum, sive dolorem, habuerunt. Sicut peregrini pensosi, idest cogitabundi, faciunt (per comparationem peregrinorum studiose incedentium per viam peregrinando, qui inventos homines, quibus obviant in via, permictunt transire non intricando se cum eis), superveniendo per iter gentem non notam, qui se convertunt ad illam et se non firmant, idest non stant tardando, nec intrant in verbis cum illis, sed respiciunt et pertransiunt; ita retro nos citius mota, veniendo et pretereundo, nos respiciebat animarum turba tacita et devota. Illa gens movebatur velocius quam Dantes.

—

Modo ponitur pena, effectus [peccati] gulosorum. Nam ipsi videntur semimortui fame et siti, quia apparebant in oculis obscuri, erant macri, sive macilenti: eorum facies erat concava et pallida, diminuta, et non habebant nisi pellem et ossa: de carne nichil videbatur, ita quod cutis ossibus adherebat, et forma ossium apparebat in pelle. In oculis erat obscura quelibet et concava, scilicet anima, pallida in facie et tantum scema, idest diminuta, quod ab ossibus pellis informabatur, idest in pelle forma ossium apparebat.

—

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

9 Non credo che così a buccia strema
Herysithone fosse facto seccho,
Per digiunar quando più n'ebbe tema (1).
10 Io dicea fra me stesso pensando: Eccho
La gente (2) che perdeo Gerusalemme (3),
Quando Maria (4) nel figlo (5) de'di beccho (6).
11 Parean l'ochiaie (7) anella senza gemme.
Chi nel viso degl' huomini legge homo,
Ben haveria lì conosciuto l'emme.
12 Chi crederebbe che l'odor d'un pomo,
Sì governando, generasse brama,
O quel d'un'acqua (8), non sapendo como?

9 *Non credo quod sic ad pellem extremam*
Crisiton esset factus siccus,
Propter ieiunium, quando de illo magis timebat.
10 *Ego dicebam intra me cogitando: Ecce*
Gentem que perdidit Hierusalem,
Quando Maria in filium dedit de ore.
11 *Apparebant occlearia annuli sine gemmis.*
Qui in faciem hominis legit hominem,
Bene ibi cognovisset M.
12 *Quis crederet quod odor unius pomi*
Sic gubernaret, generando famem,
Et ille aquarum, nesciendo qualiter?

(1) quando vendè la figliuola — (2) de'Giudei — (3) al tempo di Tyto — (4) quella vedova — (5) suo — (6) mangiandosel per fame — (7) loro — (8) odore.

Modo hic ponitur una hystoria, quam ponit Ovidius in maiori. Fi[n]gitur quod erat unus rex in Gretia, nomine Crisiton, alias Erisiton, superbus valde et demens, qui spernebat dominam Cererem, deam bladi, nec permictebat ipsam coli neque adorari, que Dea multum colebatur in partibus illis. Et prope templum ipsius Cereris erat una quercus: fecit illam abscondi nec incidi. Domina Ceres ulcisci [voluit]; ideo immisit famem in corpore istius regis taliter, quod ipse nunquam poterat satiari. Semper faciebat [cibos sibi providere], et in commestibilibus dissipavit, infra spatium, sive tempus, omnia bona sua. Vendidit quidquid habebat, et fames semper crescebat, et devenit ad tantam paupertatem, seu inopiam, quod unicam suam filiam vendidit pro emendis cibariis; que furtim sepe redibat ad patrem, et iterum ipse illam vendebat. Tandem ipse rex seipsum comedere cepit, quod in suo corpore nihil carnis remansit: solummodo cutis et ossa erant in suo corpore. Iste rex Erisiton, sive Crisiton, est persona gulosa: que primo spernit Cererem, idest terram, dantem fructum, quia non vult colere eam ut det segetes; non stat contentus pane et cibo sufficienti, et cibo congruo, sed conatur preparari diversa fercula, sapores varios; facit expensas inordinatas, conatur habere novas epulas ad incitandum gulam: sic spernitur Ceres, idest communis victus. Tunc facit incidi quercum, que facit glandes, et que prebebat primis parentibus cibum: et sic iniuriatur nature, que dedit toctiplices fructus. Sed illa, scilicet natura, immictit famem: quia gulosus, si habet bonum prandium, vult habere meliorem cenam; si de mane bene bibit, vult de sero melius bibere: et sic appetitus crescit, quanto plus expendit. Tunc primo consumit pecuniam suam, demum vendit possessiones; et omnia ista, gula consumit: hiis consumptis, vendit seipsum. Semel accidit quod quis permisit, [propter] ingluviem, filiam suam prostitui, ymo uxorem suam. Tandem vadit ad hospitalia, ubi pediculi, sescopes et vermes consumunt talem gulosum, et ibi moritur miserabiliter. Vult dicere auctor, quod illa gens, que ibi erat, apparebat similis isti regi Crisiton, sive Erisiton, in macredine cum aspectu.

Non credo quod sic ad pellem extremam, idest macredinem, Erisiton esset factus siccus, idest macer, propter ieiunium, idest famem, scilicet quando de illo plus timebat.

Modo ponitur alia hystoria. In quarto libro, Regum volumine, habetur, et ponit Iosephus in libro de Captivitate Iudeorum, quando civitas Hierosolima fuit obsessa diu et diu, fames invasit civitatem, et in tantum, quod multi fiebant latrunculi, furantes quidquid poterant pre fame, una mulier, nomine Maria, devenit ad tantam inop am et famem, quod proprium filium primo planxit, tandem interfecit et decoxit, eum assando. Latrunculi sentientes odorem carnium assatarum, venerunt ut raperent. Que dixit eis: Venite et comedite, ecce filium meum decoxi: comedite eum mecum. Quod videntes recesserunt dicentes: Ira Dei venit super nos. Adhuc vult auctor, quod ista gens, que hic punitur, apparet macra, famescens, sicut fuit gens in Hierusalem, quando ista Maria dedit de beccho, idest de ore, [sive] cum ore comedit filium suum.

Ego dicebam infra meipsum cogitando: Ecce gentem que perdi[di]t Hierusalem, quando Maria in filium dedit de beccho, idest de ore, quia illum propter famem comedit.

Nota quod sic est facies hominis disposita, quod si omnis caro removeretur ab ipsa, duo fovee, in quibus sunt oculi, essent vacue, et ossa nasi apparerent, remota omni carne, cum tribus lineis; et tunc posset ibi legi ista dictio Homo, quia seclusa H, que non est littera significativa, sed est aspiratio: quia prima fovea unius oculi esset unum O; illa tria ossa sive tres linee de osse nasi, essent M; et alia fossa alterius oculi esset unum aliud O: et sic esset completa ista dictio Omo, sine H.

Apparebant, idest videbantur, ocularia, idest concavitates oculorum, annuli sine gemmis: qui in facie hominis legit hominem, ibi bene cognovisset M. Proverbium vulgare est [in] Ytalia. Et dicit auctor quod mirabile erat, quod illa arbor conservaret in vita ista umbras, quod teneret eas in tanta fame.

Quis crederet quod odor unius pomi, sic gubernaret, idest

13 Già era in ammirar che sì l'affama,
Per la cagion ancor non manifesta
Di lor magrezza e di lor triste squama;
14 Et ecco del profondo de la testa (1)
Vols'a me gl'ochi un'ombra, e guardò fiso;
Poi gridò forte: Qual gratia m'è questa?
15 Mai non l'havrei riconosciuto 'l viso (2);
Ma nella faccia sua mi fe'palese
Ciò che l'aspecto in sè havea conquiso.
16 Questa favella (3) tucto mi raccese (4)
Mia conoscenza a la cangiata labbia,
E ravvisai (5) la faccia di Forese.
17 De! non contender all'asciutta scabbia,
Che mi scolora, pregava, la pelle,
Nè a difecto di carne ch'io abbia;
18 Ma dimmi el ver di te, e chi son quelle
Du'anime che là ti fanno scorta:
Non rimaner che tu non mi favelle.
19 La faccia tua, ch'io lagrimai già morta,
Mi dà di pianger mo non minor dogla,
Rispos'io lui, veggendola sì torta.

13 *Iam eram in admirandum quid eos affamat,*
Propter causam adhuc non manifestam
Eorum macredinis et eorum tristis squame;
14 *Et ecce de profundo capitis*
Volvit ad me oculos una umbra, et respexit me fixe
Postea clamavit fortiter: Qualis gratia est ista?
15 *Nunquam recognovissem ipsum ad faciem;*
Sed in voce sua michi fuit patefactum
Id quod aspectus in se occultaverat.
16 *Favilla ista, loquela, totam michi reaccendit*
Meam cognitionem et permutatum labium,
Et recognovi faciem Foresis.
17 *De! ne contendas ad ex[s]i[cca]tam scabiem,*
Que me decolorat, rogabat, pellem,
Nec ad defectum carnis quem ego habeam;
18 *Sed dicas michi verum de te, et que sunt ille*
Due domine que ibi tibi faciunt scortam:
Ne remaneas quin loquaris.
19 *Facies tua, quam ego fui lacrymatus iam mortuam,*
Michi dat plangendi nunc non minorem dolorem,
Respondi ego ad eum, videndo ipsam ita tortam

(1) per la concavità degli ochi — (2) al. riconosciuta in viso — (3) predecta — (4) ralluminò — (5) raffigurai.

extenuaret, generando famem, idest appetitum, et ille, scilicet odor, aquarum, nesciendo qualiter?

Iam eram in admirandum. Già era in admirare: ista est secunda particula istius capituli, in qua auctor introducit in speciali unum spiritum modernum, vitiosum in gula, a quo didicit causam tante macretudinis, etc.

Iam eram in admirandum quid, idest que res, sic eos diffamat, idest dat eis famem tantam, propter causam adhuc non manifestam, scilicet michi, eorum macretudinis et eorum tristis squame, idest squaliditatis vel decolorationis; et ecce de profundo capitis, quia intus valde erant oculi, volvit ad [me] oculos una umbra, et respexit fixe, idest firme; postea clamavit fortiter, idest dixit: Qualis gratia est michi? Ita nunquam recognovissem ipsum ad faciem, sed in voce michi fuit patefactum id quod aspectus in se occultaverat.

Ista favilla, idest vox, totum me reaccendit, idest reduxit michi ad memoriam, [et] meam cognitionem, scilicet quam habueram de ipso dum viveret, permutatum labium [et] recognovi faciem Foresis, hominis sic vocati. Nomen proprium est.

Nota pulchram fictionem, quam ponit hic auctor. Vult dicere, quod gulositas ita deformat hominem, quod in parvo tempore vix cognoscitur, quia nimia potatio et ingluvies mutant colorem, putrefaciunt membra, corrumpunt sanguinem: ideo effigies mutatur, et ideo ebriosi, ab illo [qui] per tempus discedit ab ipsis, non recognoscuntur. Sed non ita cito variatur vox sicut effigies; ideo Dantes recognovit vocem Foresis et non effigiem. Iste Forensis fuit civis Florentinus, vitiosus in gula, amicus Dantis, vicinus et aliquantulus consanguineus; fuit de Donatis, nobili domo de Florentia, cum quo in pueritia multum practicavit auctor, et forte dum erant pueri, fecerunt simul aliqua puerilia. Sed ille Foresis secutus fuit vitium gule; ubi auctor fuit valde temperatus, et de vitiis iuvenilibus corripuit se, et factus est notabilis homo. Nam vitium gule plus transformat hominis effigiem quam mors.

De! ne contendas ad ex[s]i[cca]tam scabiem, idest non respicias ad macredinem meam, que michi decolorat, rogabat, pellem, nec ad defectum carnis quem ego habeam; sed dicas michi verum de te, idest qui tu sis, et que sunt ille due anime, que ibi tibi faciunt scortam, idest que te conducunt. Ne remaneas quin michi loquaris.

Facies tua, quam ego fui lacrymatus iam mortuam, quia auctor flevit quando sepultus fuit iste Foresis, michi dat plangendi nunc non minorem dolorem, respondi ego ad eum, videndo ipsam ita tortam, idest tormentatam. Quasi dicat: Non plus, nec tantum, mors tua commovit ad plorandum, sicut me movit nunc facies tua ita tormentata.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

20 Però mi di', per Dio, che sì vi spogla;
Non mi far dir mentr'io mi maraviglo,
Chè mal può dir chi è pien d'altra vogla.
21 Et elli a me: Dell'etterno consiglo
Cade virtù nell'acqua e ne la pianta
Rimasa indietro, ond'io sì m'assottiglo.
22 Tuct'esta gente che piangendo è tanta,
Per seguitar la gola oltre misura,
In fame e sete qui si rifà santa.
23 Di bere e di mangiar n'accende cura
L'odor ch'esce del pomo, e dello sprazzo
Che si distende su per sua verzura (1).
24 E non pur una volta, questo spazzo
Girando, si rinfresca nostra pena;
Io dico pena e dovrei dir solazzo;
25 Chè quella vogla agl'alberi ci mena,
Che menò Chrysto lieto a dir Hely
Quando ne liberò co'la sua vena (2).
26 Et io a lui: (3) Forese, da quel dì
Nel qual mutasti mondo a miglior vita,
Cinqu'anni non son volti infin a qui.
27 Se prima fu la possa in te finita
Di peccar più, che sovvenisse l'hora
Del buon dolor ch'a Dio ci rimarita,
28 Come se'tu quassù venuto ancora?
Io ti credea trovar quaggiù de socto,
Là ove (4) tempo per tempo (5) si ristora.

20 *Ergo michi dicas, pro Deo, quid sic vos sfogliat:*
Non facias me dicere, dum ego miror,
Quia male potest dicere qui est plenus alia vo-
[luntate.
21 *Et ipse ad me: Ab eterno consilio*
Cadit virtus in aquam et in plantam
Que remansit retro, unde ego me sic subtilio.
22 *Tota ista gens que plangendo cantat,*
Propter sequi gulam ultra mensuram,
In fame et in siti hic efficitur sancta.
23 *Bibendi et comedendi accendit curam*
Odor qui exit de pomo, et de sprazzo,
Qui extenditur sursum per suam viriditatem.
24 *Et non solum semel, istud spatium*
Circumeundo, fit recens nostra pena;
Ego dico penam, et deberem dicere solatium;
25 *Quia illa voluntas ad arborem nos ducit,*
Que duxit Christum letum ad dicendum Hely,
Quando nos liberavit cum sua vena.
26 *Et ego ad eum: Foresis, ab illo die*
In quo mutasti mundum ad meliorem vitam,
Quinque anni non sunt revoluti usque huc.
27 *Si prius [fuit] posse in te finitum*
Peccandi plus, quam subveniret hora
Boni doloris qui Deo nos reconiungit,
28 *Qualiter ad istam partem venisti tu adhuc?*
Ego credebam te reperire ibi infra,
Ubi tempus pro tempore restauratur.

(1) al. verdura — (2) sangue — (3) o — (4) al. dove et melius — (5) perduto.

Ergo michi dicas, pro Deo, idest pro amore Dei, quid sic vos sfogliat, idest cruciat, vel macros facit, vel scarnat; non facias me dicere dum ego miror, quod male potest dicere qui est plenus alia voluntate. Quasi dicat: Ita sum oppressus stupore, quod non possum tibi respondere, donec fuero declaratus de uno dubio.

—

Et ipse ad me, scilicet dixit: Ab eterno consilio cadit, idest venit, virtus in aquam et in plantam, que remansit retro, unde me sic subtilio, idest extenuor, sive fio macilentus.

—

Tota ista gens, que plangendo cantat, propter sequi gulam ultra mensuram, in fame et siti hic efficitur sancta.

—

Bibendi et comedendi accendit curam odor qui exit de pomo et de spratio, idest de effusione aque, que extenditur sursum per suam viriditatem.

—

Et non solum semel istud, idest istum locum, circumeundo, fit recens nostra pena: ego dico penam, et deberem dicere solatium; quia mundamur, ut vadamus ad solatium, idest ad vitam eternam.

—

Quia illa voluntas ad arborem nos ducit, que duxit Christum letum ad dicendum Hely, considerans quod mors sua erat liberatio humani generis.

—

Et ego ad eum. Et io a lui: hec est tertia pars huius capituli, in qua auctor movet questionem unam isti spiritui, que talis est. Vix sunt quinque anni, quod tu moriebaris, et tu tardasti penitentiam usque ad mortem, et fuisti negligens penitere te peccatorum tuorum; quare tu deberes esse inferius, ubi puniuntur illi qui tardaverunt penitentiam, et ubi oportet quod restauretur tempus perditum et puniatur. Quomodo, ergo, es tu hic, et quomodo venisti tam cito ad istam purgationem?

Et iste respondet, quod orationes et elemosina et bona que operatur uxor sua pro eo, liberaverunt eum de circulis inferioribus, et conduxerunt eum huc. Quia uxor sua erat valde solicita pro eo, et sic vidua, faciens tantum bonum, erat plurimum accepta Deo.

Et ego ad eum: Foresis (nomen proprium), ab illo die, in quo mutasti mundum ad meliorem vitam, idest a die mortis tue, quinque anni non sunt revoluti usque huc. Si

29 Ond'elli a me: Sì tosto m'ha condocto
A ber lo dolce assentio de'martiri
La Nella mia (1) col suo pianger dirocto.
30 Co'suoi preghi devoti e co'sospiri
Tracto m'ha de la costa (2) ove s'aspecta,
E liberato m'ha di questi (3) giri.
31 Tant'è a Dio più cara e più dilecta
La vedovella mia, che molto (4) amai,
Quanto 'n ben operar è più solecta;
32 Chè la Bardaggia di Sardigna assai
Ne le femine sue è più pudica,
Chè la Bardaggia dov'io la lassai.
33 O dolce frate, che vuoi tu ch'io dica?
Tempo futuro m'è già nel conspecto,
Cui quest'hora non sarà molto antica,
34 Nel qual sarà nel pergamo interdecto
Alle sfacciate donne fiorentine
L'andar mostrando colle poppe 'l pecto.

29 *Unde ipse ad me: Ita cito me conduxit*
Ad bibendum dulce absintium martyriorum
Nella mea cum suo planctu dirupto.
30 *Cum suis precibus devotis et cum suspiriis*
Traxit me de costa ubi expectatur,
Et liberavit me de aliis gyronibus.
31 *Tanto Deo est magis cara et magis dilecta*
Viduella mea, quam tantum amavi,
Quanto in bonum operandum est magis sola;
32 *Quia Barbagia Sardinie est satis*
In suis mulieribus plus pudica
Quam Barbagia ubi ego eam dimisi.
33 *O dulcis frater, quid vis tu quod ego dicam?*
Tempus futurum michi est iam in conspectu,
Cui non erit ista hora multum antiqua,
34 *In quo erit in pulpito interdictum*
Audacibus mulieribus florentinis
Ire monstrando cum mammis pectus.

(1) donna — (2) circulo — (3) al. degl'altri, et melius — (4) al. tanto.

prius fuit posse in te finitum peccandi, priusquam subveniret hora boni doloris, qui Deo nos remaritat, idest reconiungit (quasi dicat, tu fuisti peccator gulosus, et valde vitiosus, nec penituit te vitiorum tuorum, nisi circa horam mortis; ideo miror quomodo tu sis hic ita altus), qualiter ad istam partem venisti tu? Adhuc ego credebam te reperire ibi infra, ubi tempus pro tempore restauratur.

Uxor istius vocata fuit Nella: fuit una bona domina, honesta et sobria valde; quod est mirum, ipsam tam fuisse sobriam cum viro tam ebrioso. Certe ex hoc est valde laudanda, et post mortem mariti satis iuverat eum cum orationibus. Vixit semper in viduitate, sobria et virtuosa, continue faciendo bona pro anima viri sui. Hec vidua laudatur hic multum: et ex hoc procedit ad diffamandum mores mulierum florentinarum, que multum inhoneste vadunt indute, portando scolaturas ita magnas, ut appareant mammille et pectora ipsarum; quod est valde inhonestum quid.

—

Unde ipse ad me: Ita cito me conduxit ad bibendum dulce absintium, idest ad portandum istam dulcem penam, martyriorum, Nella mea (uxor sua, sic vocata) cum suo planctu diructo, idest continuato.

Ipse Foresis moriebatur millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, et tunc Dantes erat undecim annorum, et fuit socius suus in pueritia, cum quo sepe pueriliter egit, ut patebit infra, et multa puerilia egit.

—

Cum suis precibus devotis et cum suspiriis traxit me de costa ubi expectatur, et liberavit me de aliis gyronibus, idest circulis. Tanto est Deo magis cara et magis dilecta vidua mea, quam tantum amavi, quantum in bono operando est magis sola, idest solitaria. Quasi dicens: In Florentia sunt pauce vidue bone et mulieres: quasi dicat auctor Barbagiam, pronomen.

—

Notandum est quod Sardinia insula fuit habitata per Saracenos et infideles, et Saraceni ibi dominabantur: tamen Ianuenses expugnabant Saracenos, et acquisierunt eamdem Sardiniam, expellentes inde gentem barbaram. In aliqua tamen parte Sardinie, in Barbagia scilicet, remanserunt gentes barbare et impudice; quarum mulieres incedunt inhonestissime, portando pectora discooperta, ostendentes mammillas. Et quia mulieres in Florentia vadunt etiam et incedunt inhoneste, monstrantes etiam pectus et mammillas, auctor vocat et nominat Florentiam Barbagiam, adhuc inhonestiorem quam sit illa Barbagia, que est in Sardinia. Sed auguratur auctor multa mala in futurum ipsis mulieribus florentinis: quia, antequam fiant pili in barbis puerorum infantium qui sunt in cunabulis modo, celo disponente et influente, ipse male stabunt; et quod erunt tristes et ululabunt, plorando propter mala que supervenient; et cito veniret tempus in quo publice in pulpitu e ambone predicabitur contra ipsas inhoneste euntes, et dicetur: Nec Saracene nec barbare mulieres irent ita discooperte et inhoneste propter decipere homines, sicut faciunt Florentine, quibus deberet interdici per curiam spiritualem vel temporalem; quia oportuit quod Florentie fieret edictum per Potestatem et Capitaneum, et per Episcopum, ut non irent ita inhoneste ac incederent. Quia Barbagia Sardinie, satis, idest multo, in mulieribus est plus pudica quam Barbagia (idest Florentia, quam Barbagie nomine vult significare, propter impudicitiam mulierum), ubi ego eam dimisi.

—

O dulcis frater, quid vis tu quod ego dicam? tempus futurum michi est in conspectu, cui non erit ista hora multum antiqua, idest non multum distabit, non erit longinqua, in quo, scilicet tempore, erit in pulpito interdictum

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

35 Quai Barbare fur mai, quai Saracine,
Che bisognasse, per farl'ir (1) coperte,
O spiritali o altre discipline?
36 Ma se le svergognate fusser certe
Di ciò che 'l ciel veloce lor ammanna (2),
Già per urlar (3) havrien le bocche aperte.
37 Chè, se l'antiveder qui non m'inganna,
Prima fien triste, che le guancie inpeli
Colui (4) che mo si consola (5) con nanna (6).
38 De! frate, or fa'che più non mi ti celi;
Vedi che non pur io, ma questa gente
Tucta rimira là dove 'l sol veli.
39 Perch'io (7) a lui: Se tu riduci a mente
Qual fusti meco e qual io teco fui,
Ancor fie grave el memorar presente.
40 Di quella vita mi volse costui (8)
Che mi va innanzi, l'altr'hier, quando
Vi si mostrò la suora (9) di colui (10). [tonda
41 E'l (11) sol mostrai. Costui (12) per la prò fonda
Nocte (13) menato m'ha di veri morti (14),
Con questa vera carne (15) che 'l seconda (16).

35 *Que Barbare fuerunt unquam, que Saracene,*
Quibus esset necesse, propter decipere
Ut irent, vel spirituales vel alie discipline?
36 *Et si inverecunde essent certe*
De illo quod celum velox eis ammannat,
Iam pro ululando haberent ora discooperta.
37 *Quia, si previdere hic me non decipit,*
Prius erunt tristes quam genas impilet
Ille qui nunc se consolatur cum nanna.
38 *De! frater, nunc fac quod plus michi te non celes;*
Videas quod non solum ego, sed ista gens
Tota respicit ibi ubi tu solem velas.
39 *Ex quo ego ad eum: Si tu reducis tibi ad mentem*
Qualis fuisti mecum et qualis ego tecum fui,
Adhuc erit grave rememorare presens.
40 *De illa vita me volvit iste*
Qui vadit ante me, pridie, quando rotunda
Vobis se monstravi soror illius.
41 *Et solem monstravi. Iste per profundam*
Noctem duxit me versus mortuos,
Cum ista [vera] carne que eum sequitur.

(1) andare — (2) apparecchia — (3) gridar oime! — (4) quel fanciullino — (5) da la madre — (6) cum fescenninis - (7) al. ond'io — (8) Virgilio — (9) Diana, Luna — (10) cioè del sole — (11) col dito — (12) Virgilio dico — (13) dell'Inferno — (14) dannati — (15) mia — (16) seguita.

inhonestis, idest inverecundis, audacibus mulieribus florentinis ire monstrando cum mammillis pectus.

Que Barbare fuerunt unquam, que Saracene, quibus esset necesse, propter decipere (scilicet, que irent sicut iste? Quasi dicens: nulle fuerunt unquam) ut irent, vel spirituales vel alie discipline?

Sed si inverecunde, idest impudice, essent certe, idest cognoscerent illud, scilicet malum, quod celum velox, quod scilicet velociter movetur, eis ammannat, idest preparat cum sua influentia, iam pro ululando, idest plorando, haberent ora discooperta et aperta.

Quia si, pro non previdere, idest antevidere, hic me non decipit, prius erunt tristes quam genas impilet, idest nascantur pili, vel habeat pilos, ille, scilicet infans, qui nunc, scilicet in cunabulis modo, se consolatur cum nanna. Vult dicere, quod antequam qui nunc sunt in cunabulis habeant barbas pilosas, qui nunc consolantur cum illo vocabulo consolatorio, quo utuntur matres, sive mulieres, in consolando pueros in cunabulis, venient ista mala. Si hec mulieres previderent, iam plorarent ululando et clamarent ad celum. Certe, multe afflictiones supervenerunt civitati Florentie, quia tempore Dantis fuit pars Alba expulsa, de qua erat Dantes et multi cives: unde multe domus remanserunt vacue et multe fuerunt dirupte. In millesimo tercentesimo quinto fuit seditio in civitate, et partes venerunt ad arma et accensus fuit unus ignis in civitate, quo combusta sunt plusquam quingenta pulchra pallatia.

De! frater: ista est quarta et ultima pars istius capituli, in qua auctor manifestat se et suos duces isti spiritui, illo hic anxie postulante et dicente: De! frater, nunc fac quod plus michi non te celes; idest, manifesta te michi; videas quod non solum ego, sed ista gens tota respicit ibi ubi tu solem velas: quia faciebat umbram et rumpebat. Quasi dicens: Omnes nos miramur, quod tu vivus vadas hac.

Ex quo ego ad eum, scilicet dixi: Si tu reduces ad mentem, idest si tu recordatus fueris, qualis fuisti mecum, scilicet in pueritia nostra, et qualis ego tecum fui, adhuc erit grave memorare presens (nam ipsi fuerunt sotii in rebus aliquibus lascivis, quas fecerunt invicem et insimul); et si scires quomodo vita mea est permutata, veniret compaxio.

De illa vita, scilicet vitiosa, me volvit, idest extraxit, iste qui vadit ante me, scilicet Virgilius, pridie, quando rotundam se monstravit soror illius, scilicet solis; idest luna, que est soror solis. Et solem monstravi. Iste, scilicet Virgilius, per profundam noctem, idest per Infernum. duxit me versus mortuos, idest animas et spiritus dampnatos, cum ista carne, idest nimium que eum sequitur.

42 Indi m'han tracto su li suoi conforti,
Salendo e riguardando la montagna (1),
Che drizza voi che 'l (2) mondo fece torti.
43 Tanto dice (3) di farmi sua compagna (4),
Ch'io sarò là dove fia Beatrice;
Quivi convien che senza lui rimagna.
44 Virgilio è questo (5) che così mi dice (6),
Et additàlo (7), e quest'altr'è quell'ombra (8)
Per cui dianzi (9) scosse ogni pendice (10)
Lo vostro regno, che (11) da sè lo sgombra (12).

42 *Inde me traxerunt sue persuasiones,*
Ascendendo et circumeundo montaneam
Que dirigit vos quos mundus fecit tortuosos.
43 *Tantum dixit michi facere suam sotietatem,*
Quod ego ero ubi erit Beatrix;
Ibi convenit quod sine eo remaneam.
44 *Virgilius est iste qui sic michi dicit,*
Et digito eum (ostendi) et ille alius est illa umbra,
Propter quam excussa est paulo ante omnis
Vestri regni, quod a se illum scombrat. [summitas

(1) del Purgatorio — (2) e quali — (3) promette — (4) compagnia — (5) al. questi — (6) promette — (7) accennalo col dito — (8) di Statio — (9) poco fa — (10) tremar fece — (11) el quale — (12) manda fuor purgato.

Inde me, scilicet de vita vitiosa, traxerunt sue persuasiones, confortamenta, ascendendo et circumeundo montaneam, que dirigit vos, idest purgat et conducit, quos mundus in vita mundana fecit tortuosos, idest peccatores.

Tantum dicit facere, idest promictit, suam sotietatem, quod ego ero ibi ubi erit Beatrix, idest theologia: ibi, idest in illo loco, convenit, idest oportet, quod sine eo remaneam.

Virgilius est iste, qui michi sic dicit. Et digito eum ostendi. Et illa alia est illa umbra, propter quam excussa est paulo ante omnis semita vestri regni, quod a se sgombrat, idest evacuat, scilicet transmictit: idest, est illa umbra, propter quam tremuit totus mons, qui a se illam deliberat, etc. Est finis.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

LA PIETÀ VERSO GLI ESTINTI,

SPECIALMENTE NELLA VERA DONNA CRISTIANA

Due cose specialmente ci hanno sempre fermato in questo canto: la pietà, con cui Dante ci fa sapere di aver pianto l'amico suo Forese quando fu morto, e che ora sente non meno viva verso di lui; e la cara figura di Nella, così buona, così pietosa, e così fedele all'amore del suo sposo diletto pur dopo di averlo perduto, che non solamente non ne smesse mai l'amoroso pensiero, ma con preghiere continue e caldi sospiri lo ha avvicinato al cielo. Il Poeta, avvenutosi nell'amico suo, tutto contraffatto dalle pene che soffriva, e da lui pregato che non lo abborrisse per quella contraffazione, tutto commosso gli risponde:

La faccia tua, ch'io lagrimai già morta,
Mi dà di pianger mo non minor doglia.

Ecco pe' credenti la perennità degli affetti, che, cominciando su questa terra, non si rompono per la morte, nè se ne arresta la vicendevole communicazione, anzi in quella separazione momentanea si rafforzano maggiormente: negli uni per la fede e la pietà che a'già dipartiti li fa compassionevoli; in questi per il puro amore, come lo chiama Caterina da Genova, di cui già divampano nel Purgatorio, rapidamente avanzando verso il bene sommo, dove sta il compimento della nostra vita, e dove pertanto un dì tutti ci raggiungeremo in un amplesso ineffabile, fatti, spirito e corpo, una immensa società celeste. Cara dottrina, per la quale quelli che già son di là, ricevono il suffragio del nostro amore, e se ne allevia e accorcia la prova, e che a noi che tuttavia restiamo, è d'immenso conforto per le benedizioni che ci attira e la sicurezza che ci dà di rivederci tutti nel cielo.

La Nella poi, a Dio sì cara e sì diletta, per aver

Con suoi prieghi devoti e con sospiri

fatto salire in alto il caro suo sposo dalla costa, dove senza i suffragi di lei sarebbe tuttavia rimasto ad aspettare lungamente; questa figura ci dà il tipo dell'antica donna veramente cristiana, e come vogliam credere che a'dì del Poeta fosse ancora la più parte delle fiorentine, benchè egli così aspramente flagelli certi liberi costumi, che pur troppo in qualcune di esse par fossero arrivati ad oltraggiare la pubblica cristiana modestia. Argomento questo, della donna di Firenze, e più propriamente della donna de' primi secoli di quel Comune, trattato con nobile sapienza e pieno conoscimento de' particolari storici che vi si riferiscono, dall'illustre Professore e nostro caro amico, Isidoro Del Lungo (*La donna fiorentina nei primi secoli del Comune*, Firenze 1887), e su cui gitta pur bella luce quel libro prezioso, che sono *Le lettere di una gentildonna fiorentina del secolo XV a' suoi figliuoli*, pubblicate (Firenze, Sansoni, 1877) dall'altro amico nostro, Cesare Guasti, di cui l'Italia non ha tuttavia cessato di pianger la perdita dolorosissima.

Ritornando alla Nella, oltre che la tenera sua pietà verso il diletto compagno estinto, ne' preghi devoti e ne' sospiri coi quali ne affrettò la salita al cielo, noi ammirammo sempre, ed anche più specialmente, il proposito che ella tenne di rimanersi nella sua viduità, benchè tuttavia fiorente di vita: « Satis iuvenis retinuit viduitatem, faciendo multa bona pro anima mariti. » Imperocchè fu segno, questo, di un amore pieno, nobile e cristianamente intero come quello delle eroine de' tre primi secoli del Cristianesimo, e che ci fa sovvenire delle memorabili parole, che Tertulliano indirizzava ad una vedova del suo tempo, lasciatasi tentare di un secondo sposo, accennando appunto allo stato in cui il primo per avventura si trovava nel Purgatorio.

« Dimmi, sorella mia (egli le scriveva): eri tu in pace col tuo sposo, o in discordia, quand'egli lasciò questa vita? Se in discordia, tu se' in debito di reintegrarlo ora più che mai nel tuo amore, compensandolo dell'amarezze che per te sostenne, e pensando che comune hai con lui la causa davanti al tribunale divino. Se poi, quando egli trapassò, eri con lui in pace, allora tu se' tenuta a mantenergli l'affetto che gli portavi, e di cui da esso sei ora più che mai corrisposta, e nessun altro pensiero deve occuparti da quello infuora di pregar per lui e chiedere alla divina bontà ch'egli sia in un luogo di refrigerio e di conforto, ed abbia parte alla prima risurrezione, cioè sia certo, soddisfatto che avrà la giustizia offesa, di essere ammesso alla gloria. E bada bene, che comportandoti altrimenti, tutti ti terrebbero in conto di donna che ripudiò il compagno della sua vita, e tanto più ingiustamente e indegnamente, in quanto che non merito egli si crudele abbandono! » (*Lib. De monogam.* cap. X).

Questo canto del Poeta, appunto per tali pensieri che racchiude, ci parve sempre soprammodo bello e commoventissimo: ed egli stesso accenna di aver sentito diletto della materia che vi tratto, dicendo:

Io volsi 'l viso e 'l passo non men tosto
Ad esso ai savi, che parlavan sie,
Che l'andar mi facean di nullo costo.
Ed ecco piangere e cantar s'udie:
Labia mea Domine, per modo
Tal, che diletto e doglia parturie.

Siffatto sentimento di amore e di pietà si desta sempre nei credenti, alla ricordanza del Purgatorio!

CAPITULI VICESIMIQUARTI SUMMARIUM

In isto vicesimoquarto capitulo, quod incipit: *Nec dicere iter*, etc., auctor prosequitur materiam gulosorum. Primo tamen auctor interrogat istum Foresem, cum quo diu fuit locutus, de una sua sorore nomine Piccarda. Et quia auctor interrogaverat eum, si ibi erant aliqui digni fama, ille nominavit multos, qui fuerunt involuti in vitio gule. Nominavit, primo, Bonagiuntam de Lucca; postea nominavit papam Martinum de Torso, qui tam libenter comedebat anguillas de lacu Bulseni, in vino vernacino suffocatas. Sed ille de Lucca, scilicet Bonagiunta, predixit auctori, quomodo ipse debebat esse philocaptus de una puella de Lucca, que fuit vocata Pargolecta. Tunc Dantes laudavit istum Bonagiuntam multum, quia ipse fuerat pulcher dictator in rithymis vulgaribus. Et tunc ille, recognoscens Dantem, dixit: Nunc video illum hic qui novos rithymos invenit, quando composuit cantilenam que incipit, Donne, ch'avete intelletto d'amore; in latino, Domine, que habetis intellectum amoris, vel de amore. Tunc auctor dixit, quomodo ipse sic componebat, sicut amor sibi dictabat, et cetera. Iterum Foresis, loquens auctori, predixit sibi multa futura in civitate Florentie, et maxime Foresis prophetabat de suo germano domino Cursio de Donatis. Demum dixit Danti: Perdo tempus, tecum loquendo; ideo vale, quia volo ire ad arborem. Et sic recessit currendo. Et sic auctor, lente incedendo, invenit unam aliam arborem, similem prime, et multas gentes, respicientes ad illam, elevando faciem in altum versus arborem, sicut pueri voluntarii de aliqua re sepe faciunt; tamen iste gentes nullum habent responsum. Et tunc auctor audivit unam vocem inter arboris ramos dicentem: Transite ultra, et nolite appropinquare ad hanc arborem; lignum unum est ulterius, quod Eva momordit. Iterum audivit dici: Mementote maledictorum, idest Centaurorum, in nubibus genitorum, qui cum fuerunt bene saturati, induxerunt Theseum ad prelium. Mementote Hebreorum, qui cum Gedeon iverunt ita molle, quod Gedeon renuit societatem eorum. Et sic, dicit auctor, transeundo, audivimus culpas gule, propter quam lucra illicita fiunt multa. Demum auctor dicit, quomodo venit unus angelus ad purgandum eum a vitio gule, sicut in quolibet circulo venit unus angelus, qui purgavit ipsum de vitio, quod in illo circulo punitur. Et tunc fuit cantatum, Beati qui tantum illuminantur a gratia divina, quod amor gustus in pectore eos non consumit.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

CAPITULUM VICESIMUMQUARTUM

1 Nè 'l dir l'andar, nè l'andar lui più lento
Facea; ma ragionando andavam forte,
Sì come nave pincta da buon vento.
2 E l'ombre, che parean così (1) rimorte,
Per le fosse degl'ochi ammiratione
Trahean di me, di mio viver accorte.
3 Et io, continuando al mio sermone,
Dissi: Ella (2) sen va su forse più tarda
Che non farebbe, per altrui cagione.

(1) al. cose — (2) ombra di Statio

1 *Nec dicere iter, nec iter dicere magis lentum*
Faciebat; sed ratiocinando ibamus fortiter,
Sicut navis impulsa a bono vento.
2 *Et umbre, que apparebant res squallide,*
Propter foveas oculorum admirationem
Trahebant de me, de meo vivere perpendentes.
3 *Et ego, continuando meum sermonem,*
Dixi: Ipsa vadit forsan plus tarda
Quam faceret, propter alterius causam.

Nec dicere iter, nec iter dicere magis lentum. Nè 'l dir l'andar, nè l'andar più lento: istud est vicesimumquartum capitulum huius Purgatorii, in quo auctor materiam gulosorum prosequitur et purgationis eorum; quod dividitur in quatuor partes. In quarum prima iste Foresis nominat ipsi auctori aliquos notabiles viros, qui fuerunt gulosi.

In secunda parte, que incipit ibi:

> Sed sicut facit qui respicit;
> Ma come fa chi guarda,

introducitur unus istorum spirituum in speciali, qui commendat auctorem de sui eloquentia et nominat aliquos alios eloquentes.

In tertia parte, que incipit ibi:

> Et sicut homo qui propter succussare;
> E come l'uomo che de troctare,

auctor invenit unam aliam arborem, que est etiam ad penam gulosorum.

In quarta, que incipit ibi:

> Et quando ante nos;
> E quando innanti a nui,

Foresis dicit sibi aliqua futura circa civitatem Florentinam; ponendo etiam quomodo fuit purgatus ab angelo a vitio gule, et fuit abrasum sextum peccatum de fronte sua.

Primo igitur auctor continuat dicta dicendis, dicens: Nec dicere istorum impediebat iter, nec iter impediebat dicere, idest locutionem. Quasi se[m]pe[r] accidit, quod ambulantes, qui loquuntur, fastidiuntur in loquela propter iter. Sed hic hoc evenit, quod unum non impediebat reliquum. Ideo dicit textus: Nec dicere iter, nec iter dicere magis faciebat lentum, sed ratiocinando ibamus fortiter, sicut navis impulsa a bono vento, idest ingenium a bona affectione.

—

Et umbre, que apparebant smorte, idest pallide, res squallide, propter foveas, idest concavitates, oculorum admirationem trahebant de me, de meo vivere accorte, idest perpense, sive accorte, postquam viderunt me fore vivum, idest non vitiatum in vitio gule. Nam gulosi multum admirantur quando vident inter se aliquem sobrium vel temperatum. *Rimorte,* vel *smorte:* quia erant resolute fame et siti.

—

Et ego, continuando meum sermonem (quia [du]dum loquebatur cum Forese), dixi: Ipsa vadit, scilicet anima Statii, forsan plus tarda, idest tardius movetur, quam faceret, propter alterius causam. Idest: citius iret ad celum, sed nostri contemplatione vadit tardius.

—

4 Ma dimmi, se tu sai, ov'è Piccarda (1);
Dimmi (2) s'io veggio da notar persona
Tra questa gente che sì mi riguarda.
5 La mia sorella (3), che tra bella e buona
Non so qual fosse più, triumpha lieta (4)
Nell'alto Olimpo già (5) di sua corona.
6 Sì disse pria, e poi (6): Qui non si vieta
Di nominar ciascun, da ch'è si munta
Nostra sembianza via per la dieta.
7 Questi, e mostrò (7) col dito, è Buonagiunta,
(8) Buonagiunta da Lucca: e quella (9) faccia
Di là da lui, più che l'altre trapunta,
8 Ebbe la Sancta Chiesa in le sue braccia (10);
Dal Troso (11) fu, e purga per digiuno
L'anguille di Bolsena e la guarnaccia (12).

4 *Sed dic michi, si tu scis, ubi est Piccarda;*
Dic michi si ego video ad notandum personam
Intra istam gentem que sic me respicit.
5 *Mea soror, que inter pulchram et bonam*
Nescio in quo maior fuit, triumphat leta
In alto Olimpo iam de sua corona.
6 *Sic dixit michi primo, et postea: Hic non vetatur*
Nominare quemlibet, postquam est ita muncta
Nostra apparentia ultra propter dietam.
7 *Iste, et monstravit cum digito, est Bonagiunta,*
Bonagiunta de Lucca: et illa facies
Ultra eum, plus quam alie trapunta,
8 *Habuit Sanctam Ecclesiam in suis brachiis;*
De Torso fuit, et purgat pro ieiunio
Anguillas Bulseni in vernaccia.

(1) sorella tua — (2) ancora — (3) Piccarda — (4) al. e lieta — (5) al. è già — (6) disse — (7) al. e' mostrol — (8) dico — (9) altra — (10) cioè fu papa Martino — (11) Castello di Frantia — (12) dove le facea morire

Modo auctor petit duo a Forese. Duo: primum est, quid est de Piccarda; secundum, si aliquis, inter illos spiritus, dignus nota et memoria.

Nota hic quod iste Foresis nobilis homo, qui fuit de Donatis, habebat unam suam sororem nomine Piccardam, pulcherrimam et honestissimam: quod est valde laudabile in muliere, qui[a] raro reperiuntur ista duo in muliere, scilicet pulchritudo et honestas. Unde dicit Ovidius: Rara est concordia pulchritudinis atque pudicitie. Et Virgilius: Gratior pulchro veniens in corpore virtus. Ista dum esset puella et tenella, intravit monasterium Sancte Clare et facta est monialis. Sed quia hoc non placuit Foresi nec suo fratri domino Cursio de Donatis, qui ambo fuerunt germani istius Piccarde, ideo ipsi duo iverunt ad monasterium, et confractis portis extraxerunt eam vi de monasterio, et dederunt eam in uxorem viro nobili de civitate Florentie, invite ex parte istius Piccarde, de qua dicit Foresis quod nescivit distinguere aut cognoscere, si fuit pulchrior quam honesta, vel honestior quam pulchra. Dicit tamen quod ipsa est in celo ubi triumphat. Est premium triumphantium et vincentium. In ista [vita] preliata fuerat cum vitiis et vicerat. Sed dic michi, si tu scis, ubi est Piccarda (nomen proprium est): dic michi si ego [video] notandam personam, idest nota, sive fama [dignam], intra istam gentem que sic me respicit.

—

Nunc respondet Foresis auctori, dicens: Mea soror, que inter pulchram et bonam nescio in quo maior foret, triumphat leta in alto olimpo, idest celo empireo, iam de sua corona.

—

Sic dixit primo. Et postea, supple dixit: Hic, idest in isto loco, non vetatur, idest prohibetur, nominare quemlibet, postquam est ita modica, idest macilenta, vel macra, nostra apparentia ultra propter dietam. Et dum dixit, *Hic non vetatur nominare quemlibet,* vult dicere, quod sine offensione quilibet illorum potest manifestari. Etiam si vellent se occultari, non possent propter macritudinem evenientem propter dietam, idest famem, et famem et sitim. Quasi dicat: Pena nostra indicat culpam.

—

Modo incipit nominare quosdam. Et primo nominat Bonagiuntam. Hic Bonagiunta fuit civis Luccanus, valde gulosus, dictator in rithymis. Secundo, ponit Papam Martinum, qui fuit de Frantia, de Torso. Fuit bene gulosus. Dum ipse teneret romanam curiam apud Viterbium, civitatem in Patrimonio, ipse faciebat emi anguillas de lacu Bulseni, (lacus sic vocatur), in cuius aqua capiuntur pulcherrime anguille, et faciebat eas vivas decoriari, demum suffocari in vernaccia, sive in vino vernacino, et tunc faciebat assari: erant optime ad manducandum. Nota, quod, sicut dicunt aliqui, si anguille suffocantur in vino, et homo ebriosus bibit tale vinum, in quo suffocate sunt anguille, nunquam ulterius vult sentire vinum. Isto [modo eum] nominavit iste Foresis et nemo dedignabatur nominari. Iterum nominavit Ubaldinum (nomen proprium est) de la Pila, et Bonifacium (etiam nomen proprium), qui fuit archiepiscopus Ravenne. Nota quod archiepiscopus Ravenne non portat baculum pastoralem sic in summitate retortum, sicut faciunt alii archiepiscopi et episcopi: sed suus baculus pastoralis stat in summitate sicut roccum. Roccum est unus schaccus ad ludendum in tabulecio schaccorum, etc. Tunc ad textum sic.

Iste, et monstravit cum digito, est Bonagiunta de Lucca; et illa facies ultra eum, plusquam alie trapunta, idest macilenta, habuit Sanctam Ecclesiam in suis brachiis: fuit Papa, scilicet Martinus; de Torso fuit, idest de terra sic dicta in Frantia; et purgat pro ieiunio anguillas Bulseni, idest laci illius, et vernacciam, in quam scilicet faciebat eas suffocari. Vernaccia est species vini sic dicti.

—

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

9 Molt'altri mi nomò ad uno ad uno;
E del nomar parean tucti contenti,
Sì ch'io però non vidi un acto bruno (1).
10 Vidi per fame a voto usar li denti
Ubaldin de la Pila, e Bonifatio (2)
Che pasturò col rocho (3) molte genti.
11 Vidi messer Marchese (4), ch'ebbe spatio
Già di ber a Forlì con men secchezza,
E sì fu tal (5) che non si sentì (6) satio (7).
12 Ma, come fa chi guarda, e poi s'apprezza
Più d'un che d'altro, fe'io a quel da Lucca,
Che più parea di me haver contezza.
13 El mormorava, e non so che Gentucca
Sentiva io ov'el sentia la piaga
De la giustizia che sì li pilucca.
14 O anima, diss'io, che par (8) sì vaga
Di parlar meco, fa' sì ch'io t'intenda,
E te e me col tuo parlar appaga (9).

9 *Multos alios nominavit, unum post alium;*
Et de nominando apparebant omnes contenti,
Ita quod propter hoc non vidi unum actum brunum
10 *Vidi propter famem in vacuum uti dentibus*
Ubaldinum de la Pila, et Bonifacium
Qui pasturavit cum rocco multas gentes.
11 *Vidi dominum Marchesem, qui habuit spatium*
Iam bibendi in Forlivio cum minori seccha,
Et fuit talis quod nunquam sensit se saturum.
12 *Sed sicut facit qui respicit, et postmodum apretiat*
Plus unum quam alterum, sic feci ego illum de [Lucca,
Qui magis apparebat de me velle habere notitiam.
13 *Ipse murmurabat: Nescio que gens ucchat.*
Sentiebam ego ubi ipse sentiebat plagam
Iustitie que sic eos spiluccat.
14 *O anima, dixi ego, que appares ita cupida*
Loqui mecum, fac sic quod ego te intelligam,
Et te et me cum tuo sermone appaghes.

(1) di displicentia — (2) suo figliuolo, vescovo di Ravenna — (3) roccietto — (4) signor di Forlì — (5) bevitor — (6) in vita — (7) di bere — (8) ti mostri — (9) quieta.

Multos alios nominavit unum post alium; et denominando apparebant omnes contenti, ita quod propter hoc non vidi unum actum [brunum]: idest, non vidi aliquem ex eis in facie turbari.

—

Vidi propter famem in vacuum uti dentibus Ubaldinum de la Pila (iste fuit frater cardinalis Octaviani de Ubaldinis, de quo fuit superius sepe, de la Pila. Castrum est in alpibus. Iste fuit ita gulosus, quod factis et preparatis epulis, sicut ipse volebat, dicebat: Bene stat, sed oportet habere excellentem saporem), et Bonifacium, qui multos pasturavit; idest, ut pastor rexit cum rocco multas gentes. Aliqui dicunt, quod iste Bonifacius fuit filius istius Ubaldini, et fuit pulcherrimus lusor ad schaccos. Sed, ut vidi in una Cronica de Ravenna, iste Bonifacius fuit francigena.

—

Vidi dominum Marchesem (nomen proprium), qui habuit spatium, idest tempus, iam bibendi in Forlivio cum minori *secchezza*, idest siccitate; et fuit talis, scilicet sitis, quod nunquam sensit se saturum, idest satiatum. Iste fuit dominus civitatis forliviensis, civitatis Romandiole provintie. Iste fuit pater domine Lete, que genuit dominum Bernardinum de Polenta. Iste fuit magnus potator vini. Ipse semel interrogavit quemdam servum suum, dicens: Quid dicunt homines de me? qualis fame sum apud homines? Cui respondens servus, dixit: O Domine, homines dicunt quod vos estis nobilis et prudens, etc. Dixit ipse iterum servo: Dic michi veritatem: quid dicunt homines de me? Cui respondens servus, dixit: Ex quo vultis, dicam veritatem: ipsi homines dicunt quod vos estis maximus potator vini. Tunc dixit ipse: Ipsi homines dicunt verum; sed ipsi deberent etiam dici, quod ego semper sitio: sic est de facto, quod continue sitio.

—

Sed sicut facit. Ma come fa: ista est secunda pars huius capituli, in qua introducitur unus istorum spirituum, qui commendat auctorem. Iste fuit Bonagiunta de Lucca, de quo supra tactum est. Hic commendat auctorem de eloquentia.

Sed sicut facit, qui respicit, idest multos, et postmodum appretiat, idest magis attendit plus unum quam alterum; sic, scilicet feci, ego illum de Luca, qui apparebat de me habere notitiam.

—

Ipse murmurabat: Nescio que gens uccat; idest, venit (vocabulum regniculum est, scilicet regni Cicilie, scilicet uccare, idest venire. Vel dicas: Uccat, idest rithymat, quia est uccare rithymatice loqui). Sentiebam ego ubi ipse sentiebat plagam, idest prope arborem (littera difficilis) iustitie, que sic eos spilliceat, idest expilat, cruciat, vel macilentat, idest facit macilentos propter iustitiam. Odor, procedens ab arbore, cruciat istos gulosos, quia incitat in eis appetitum. Vel dicas: Ubi ipse sentiebat plagam, idest in gula, ubi sentiebat famem. Vel: In gula murmurabat, ubi gustus sentiebat famem, et plagam, sive vulnus, sive penam, famis; ideo non poterat loqui, quia nihil remanserat humoris.

—

O anima, dixi ego, que appares ita cupida loquendi mecum, fac sic quod ego te intelligam, et te et me cum

15 Femmina è nata, e non porta ancor benda,
Cominciò elli, che ti farà piacere
La mia città, com'huom che la riprenda.
16 Tu te n'andrai con questo antivedere;
Se nel mio mormorar prendesti errore,
Dichiareranti ancor le cose vere.
17 Ma di's'io veggio qui colui che fore (1)
Trasse le nuove rime, cominciando:
Donne, ch'havete intellecto d'amore.
18 Et io a lui: Io mi son un che, quando
Amor mi spira, noto, et in quel modo
Che decta dentro, vo significando.
19 O frate, issa, diss'elli, veggio 'l nodo
Che 'l Notaro, e Guictone, e me ritenne
Di qua dal dolce stilo el nuovo chiodo.
20 Io veggio ben come le vostre penne
Di rieto al dictator sen vanno strecte,
Che de le nostre certo non avvenne.

15 *Femina est nata, et non portat adhuc bindam,*
Dixit ipse ad me, que faciet tibi placere
Meam civitatem, quamquam homo illud reprehendat.
16 *Tu recedes cum isto antevidere;*
Si in meo murmurare apprehendisti errorem,
Declarabunt te adhuc res vere.
17 *Sed dic si ego video hic illum qui foras*
Traxit novos rithymos, incipiendo;
Domine, que habetis intellectum amoris.
18 *Et ego ad eum: Ego sum unus qui, quando*
Amor me inspirat, noto, et illum modum,
Quem dictat intus, vado significando.
19 *O frater, nunc video, dixit ipse, nodum*
Qui Notarium, et Guictonem, et me retinuit
Citra dulcem stilum novum clavum.
20 *Ego video bene quomodo vestre penne*
Retro dictatorem vadunt stricte,
Quod de nostris certe non evenit.

(1) fuori.

tuo sermone, sive *parlare*, appaghes, idest quietes, sive contentum facias. Aliqui dicunt quod iste Bonagiunta fuit pater illius puelle, que vocabatur Pargolecta, de qua Dantes post mortem Beatricis amasie sue prime, fuit philocaptus: aliqui dicunt quod patruus; saltem, consanguineus suus. Non est magna cura. Sed proculdubio iste Bonagiunta prophetavit Danti, quomodo una puella erit causa, quod ipse habeat complacentiam de civitate Luccana, licet ipse Dantes multa mala dixerit in vicesimosecundo capitulo Inferni de ea, ubi dixit quod civitas Luccana erat plena baracteriis. Ideo dicit Bonagiunta: Femina est nata, sed adhuc puella, et non portat adhuc bendam, idest velum, idest non portat caput coopertum cum aliqua binda, velo scilicet, dixit ipse, scilicet Bonagiunta, ad me, scilicet Dantem, que faciet tibi placere meam civitatem, quamquam homo, idest tu, illud reprehendat, idest reprehendisti, etc.

—

Tu recedes cum isto previdere; et si in meo murmurare apprehendisti errorem, declarabunt te adhuc, scilicet in futurum, res vere; idest, effectus declarabunt illa, què forte modo non intelligis clare.

—

Modo auctor dicit, quod Bonagiunta petit ab auctore de ipso Dante. Hoc facit, quia laus in ore proprio sordescit et etiam, quia in presentia hominis laudare ipsum esset quedam species adulationis: ideo fingit auctor quod Bonagiunta non cognoscat auctorem. Nota quod Dantes fecit unam pulchram cantilenam amoris pro Beatrice, prima sua amasia, que incipiebat: *Donne, ch'avete intelletto d'amore*, idest, Domine, que habetis intellectum amoris. Ideo iste Bonagiunta, qui scivit in vita talem cantilenam, interrogabat Dantem, si ipse esset ille qui talem cantilenam fecerat, dicens: Sed dic, si ego video hic illum qui foras traxit novos rithymos, incipiendo: Domine, idest femine, sive mulieres, que habetis intellectum amoris.

—

Huic respondet auctor, dicens: Et ego ad eum: Ego sum unus, qui, quando amor me spirat, noto, et illum modum, quem dictat intus, vado significando. Idest: amor inspirat et inflammat me intus ad dicendum in rithymis; et tunc illud pono exterius in scriptis, quod intus concepi ex amore.

—

Bonagiunta laudat multum responsum auctoris dicens: O frater, nunc video, dixit ipse, nodum, idest ligaturam, qui retinuit Notarium, idest Iacobum de Aretio, dictum Notarium propter excellentiam artis notarie, quam optime habuit (fuit optimus notarius), et Guictonem (nomen proprium), et me, retinuit citra stilum dulcem novum clavum. Isti tres fuerunt boni dictatores in rithymis ytalici ydiomatis. Clavus figit quando oportet rem bene firmare.

—

Ego video bene, quomodo vestre penne, idest optime fantasie, vadunt retro dictatorem. Aliqui dicunt hic, quod per dictatorem auctor intellexit Tullium; aliqui dicunt, Petrum de Vineis: qui non bene dicunt. Per dictatorem intelligit hic auctor amorem, sine quo nullus bene dictat dicta amoris. Quando quis dicebat domino Francisco Petrarce: Fac unam cantilenam pulchram de amore; tunc ipse respondens dixit: Fac ut capiar amore de novo, sicut dum fui de Laurecta; tunc vero faciam quid queris. Volens iste Foresis complacere auctori, dicens, quod in stilo materno dixit optime; quod non evenit illis tribus, Notario, Guictoni et ipsi Foresi. Et quia aliqui dicunt: Ille dixit melius quam Dantes, etc., Foresis dicit, quod nemo dixit, nedum melius Dante, sed etiam nec ita bene.

—

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

21 E qual più oltre a riguardar si mette,
Non vede più dall'uno all'altro stilo.
E quasi contentato si tacette.
22 Come gl'aucelli che vernan verso(1) 'l Nilo
Alcuna volta in aer fanno schiera,
Poi volan più in frecta e vanno in filo;
23 Così tutta la gente che lì era,
Volgendo viso, raffrectò suo passo,
E per magrezza e per volar leggiera.
24 E come l'huom che di troctare è lasso
Lass'andar li compagni, e si passeggia
Finchè si sfoga l'affollar del casso;
25 Sì lassò trapassar la santa greggia
Forese, e dietro meco sen venia,
Dicendo: Quando fia ch'io ti riveggia?
26 Non so, risposi (2) lui, quanto mi viva;
Ma già non fia 'l tornar mio tanto tosto,
Ch'io non sia col voler prim'alla riva.
27 Però che 'l luogo (3), u' (4) fui a viver posto (5),
Di giorno in giorno più di ben si spolpa,
E a trista ruina par disposto.

21 *Et qui plus ad respiciendum ultra se mictit,*
Non videt plus ab uno ad alium stilum.
Et quasi contentus tacuit.
22 *Sicut aves que yemant versus Nilum*
Aliquando faciunt de se in aiere aciem,
Postea volant magis festinanter;
23 *Sic tota gens, que ibi erat,*
Volvendo visum, festinavit suum passum,
Et propter macredinem et propter voluntatem levis.
24 *Et sicut homo qui propter succussare est lassus*
Permictit ire sotios, et ipse passeggiat
Quousque sfogetur repercussio ventris;
25 *Sic permisit transire sanctam gregem*
Foresis, et mecum retro veniebat,
Dicendo: Quando erit quod ego te revideam?
26 *Nescio, respondi ego, quanto ego vivam;*
Sed iam non erit reditus meus tam citus,
Quod ego non sim cum voluntate prius ad ripam.
27 *Ex eo quia locus, ubi ego ad videndum positus fui,*
De die in diem plus de bono expoliatur,
Et ad tristem ruinam videtur dispositus.

(1) al. lungo 'l et melius — (2) a — (3) al. loco — (4) dove — (5) cioè Firenze.

Et qui plus ad respiciendum ultra se mictit, sive ponit, non videt plus, idest non cognoscit, ab uno ad alium stilum. Idest qui vult iudicare quod aliquis dixerit melius, nescit quid dicit, idest non novit materiam stili, nec differentiam unius stili ab alio; non novit quis melius dixerit. Hiis dictis, tacuit, sicut faciunt illi qui sunt contenti de dictis. Et quasi contentus tacuit.

Modo auctor per quamdam comparationem ponit recessum istarum umbrarum a se et suis ducibus. Grues aves sunt, que habitant prope Nilum, flumen in Egypto, quod fluit per Cayrum et venit Alexandriam. Tempore yemali, aliquando, volantes per aierem, faciunt unam rigam, sive lineam, sive aciem: postea volant valde festine, euntes sicut unum filum. Sic iste, que erant hic, volverunt faciem, et sic passum suum euntes valde velociter, cum qui[a] erant macre sive macilente, non onerate carne, cum etiam cupiebant ire velociter. Sicut aves, idest grues, que yemant, idest yeme stant, versus Nilum, idest in Egypto, ubi est valde calida habitatio, aliquando de se faciunt aciem, idest ordinate volant una post aliam, postea volant magis festinanter; sic tota gens, que erat ibi, volvendo visum festinavit suum passum, et propter macredinem [et] propter voluntatem levis.

Et sicut homo, qui propter succussare. Et come l'uomo che de trottare: ista est tertia pars huius capituli, in qua introducitur Foresis, vaticinans multa circa civitatem florentinam; et describit auctor dispositionem et modum ipsius Foresis, et hic fecit et dixit per quamdam comparationem sic. Et sicut homo, qui propter succussare, idest troctare, est lassus, idest fessus, permictit ire, idest transire, ante sotios, et ipse passeggiat, idest passim vadit, sive lento passu incedit, quousque sfogetur, idest restauretur, repercussio ventris, idest quousque possit reassumere modicum anhelitum, iam fessum propter velox iter; sic permisit, scilicet Foresis, transire sanctam gregem, idest multitudinem illarum animarum, et retro mecum veniebat dicendo: Quando erit quando ego te revideam?

Modo auctor Foresi, quasi dicens: Tu non es revisurus me, nisi quando moriar; sed nescio quanto tempore adhuc vivam: non cito ita veniet mors mea, quin ego velim ipsam citius venire; quia civitas mea, in qua natus sum, omni die fit peior, et homines coctidie efficiuntur peiores. Nemo se corrigit et semper ad peiora disponitur. Sic dicunt sapientes, videntes propriam patriam semper de malo in peius disponi: dicunt, quod vellent mori, ne viderent tota mala.

Nescio, respondi ego, quanto, scilicet tempore, ego vivam; sed iam non erit reditus meus tam citus, idest festinus, quod ego non sim cum voluntate prius ad ripam: idest non ita parum tardabitur mors mea, quod non michi videatur nimis tardare. Quasi dicat: Vellem iam mori Et assignat causam huius voluntatis. Ex eo quia locus, ubi ego ad vivendum positus, idest civitas florentina, fui, de die in

28 Or va', diss'el, che quei che più n'ha colpa
Veggiolo a coda d'una bestia tracto
Inver la valle (1), ove mai non si scolpa (2).
29 La bestia ad ogni passo va più rapto,
Crescendo sempre, fin ch'ella 'l percuote,
E lassa 'l corpo vilmente disfacto.
30 Non hanno molto a volger queste ruote,
E drizzò gl'ochi al ciel, che ti fia chiaro
Ciò che 'l mi dir più dichiarar non puote.
31 Tu ti rimane omai, chè 'l tempo è caro
In questo regno sì, ch'io perdo troppo
Venendo teco sì a paro a paro.
32 Qual esce alcuna volta di galoppo
Lo cavalier di schiera, che cavalchi,
E va per farsi honor del primo intoppo (3);
33 Tal si partì da noi con maggior valchi:
Et io rimasi in via con essi due (4),
Che fur del mondo sì gran mariscalchi (5).

28 *Or vade, dixit ipse, quia illum qui de hoc maiorem culpam habet,*
Video ad caudam unius bestie tractum
Versus vallem, ubi nunquam exculpabitur.
29 *Bestia ad omnem passum vadit magis festinanter,*
Crescendo semper, quousque ipsa percutit,
Et dimictit corpus viliter destructum.
30 *Non habent multum volvere iste rote,*
Et direxit oculos ad celum, quod tibi fiet clarum
Id quod meum dicere ulterius declarare non potest.
31 *Tu remaneas ammodo, quia tempus est carum*
In isto regno ita, quod ego perdo nimis
Veniendo tecum ita pariter.
32 *Qualis exit aliquando de galoppo*
Miles de acie, qui equitet,
Et vadit ut faciat sibi honorem de primo intoppo;
33 *Talis recessit a nobis cum maioribus valchis:*
Et ego remansi in via cum illis duobus,
Qui fuerunt mundi ita grandes mareschalchi.

(1) dell'Inferno — (2) non si fa penitentia — (3) scontro del nimico — (4) Virgilio e Statio — (5) maestri.

diem plus de bono expulpatur, idest expoliatur, et ad tristem ruinam videtur, idest apparet, dispositus. Hoc dicit auctor propter illa mala, que evenerunt inter partes albam et nigram.

Nunc vaticinatur Foresis de fratre suo carnali, et de domino Cursio de Donatis, qui in millesimo ducentesimonono fuit causa destructionis partis [albe] civitatis Florentine. Hic dominus Cursius, favore Karoli Sineterra, retinebat Florentiam; et cum parte nigra, tunc Florentia, expulsit de Florentia partem albam; et [contraxit] parentelam et affinitatem cum Uguccione (nomen proprium est) de Fagiola, uno castro sic dicto in finibus Romandiole, qui erat dominus civitatis Pisarum: propter quod in civitate Florentina inceperunt pullulare murmurationes de ipso. Aliqui dicunt, quod ipse dominus Cursius vult omnia pro se. Alii dicebant: Iste vult tyrampnizare patriam. Breviter, una die factus est tumultus in civitate ad arma, et iverunt omnes ad domum istius Cursii. Ipse conduxit stipendiarios, qui ipsum defendebant; et interdum ipse expectabat succursum de Pisis ab Uguccione de Fagiola, domino Pisarum. Non venit sibi succursus bona hora, unde oportuit ipsum fugere de civitate. Populus insequebatur ipsum. Tandem, timens capi et interfici atrociter, permisit se quasi cadere de equo, et remansit unus pes in staffa, corpus vero erat ad terram. Equus currens traxit eum diu et per longum spatium, et sic mortuus est. Fuit sepultus in uno monasterio Sancti Salvi in valle Arni, fluvii sic dicti, ubi de eo remansit perpetua infamia, ex eo quod volebat reducere civitatem Florentie ad tyrampnidem.

Or vade, dixit ipse, scilicet Foresis, michi Danti, quia illum, qui de hoc maiorem culpam habet, idest qui tanti mali causa est, video a cauda unius bestie tractum, idest equi, versus vallem, scilicet Arni, fluvii sic dicti, ubi nunquam exculpatur, idest nunquam erit sine culpa et infamia: Vel dic: versus vallem, scilicet Inferni, ubi semper cruciabitur.

Bestia ad omnem passum vadit magis festinanter, crescendo semper, quousque ipsa percutit, et dimictit corpus viliter destructum.

Non habent multum volvere iste rote, et direxit oculos ad celum, idest non tardabitur diu, quod tibi erit clarum id quod meum dicere ulterius declarare non potest, scilicet pro presenti.

Tu remaneas ammodo, quia tempus est carum in isto regno; ita quod ego perdo nimis, veniendo tecum ita pariter, idest pari passu.

Modo per comparationem describit auctor recessum Foresis a se auctore. Qualis, idest qualiter, exit aliquando de *galoppo*, idest velociter, alios precedens, miles de acie, qui equitet, et vadit ut faciat sibi honorem de primo *intoppo*, de prima obviatione inimicorum; talis, idest taliter recessit a nobis cum maioribus valchis, idest transitibus, sive velocioribus passibus: et ego remansi in via cum illis duobus, qui fuerunt mundi ita grandes marescalchi, quia cognoverunt naturam omnium animarum et omnium rerum.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

34 E quando innanzi a noi intrato fue (1),
Che gl'ochi miei si fero a lui seguaci,
Come la mente (2) alle parole sue,
35 Parvemi rami gravidi e vivaci
D'un altro pomo (3), non molto lontani,
Per esser pur allora volto in laci (4).
36 Vidi gente sott'esso (5) alzar le mani,
E gridar non so che verso le fronde,
Quasi bramosi fantolini e vani,
37 Che pregano (6), e 'l pregato (7) non risponde;
Ma per far esser ben la vogla (8) acuta,
Tien alto (9) lor desio (10), e nol nasconde (11).
37 Poi si partì (12) sì come ricreduta;
E noi venimmo al grand'arbore, ad esso (13)
Che tanti pianti e lagrime rifiuta.
39 Trapassat'oltre senza farvi presso;
Legno è più su che fu morso da Eva,
E questa pianta si levò da esso.
40 Sì tra le frasche (14) non so chi diceva;
Per [che] Virgilio e Statio et io ristrecti,
Oltr'andavam dal lato che si leva.
41 Ricordivi, dicea, de'maladecti
Ne'nuvoli formati, che satolli
Theseo combatter fe' con doppi pecti;

34 *Et quando ante nos ita precesserat,*
Quod oculi mei fecerunt se apud eum sequaces,
Sicut mens apud verba sua,
35 *Apparuerunt michi rami gravidi et vivaces*
Alterius pomi, et non multum lontani,
Et eram solum tunc conversus ad aliam partem.
36 *Vidi gentem sub ipsa elevare manus,*
Et clamare nescio quid versus frondes,
Et quasi avidi parvuli et vani,
37 *Qui precantur, et precatus non respondet;*
Sed ut faciat bene esse voluntatem acutam,
Tenet altum eorum desiderium, et non abscondit.
38 *Postea recessit, tamquam recreduta;*
Et venimus nos ad grandem arborem illam,
Que tot preces et lacrymas refutat.
39 *Transeatis ultra, nec vos appropinquetis;*
Lignum est magis supra quod Eva momordit,
Et ista plancta evulsa est ab illa.
40 *Ita inter frascas nescio quis dicebat;*
Ex quo Virgilius et Statius et ego restricti,
Ultra ibamus a latere unde elevatur.
41 *Recordemini, dicebat, maledictorum*
In nubibus formatorum, quos saturatos
Theseus pugnare fecit cum duplicatis pectoribus;

(1) Forese — (2) si fe'seguace — (3) arboro — (4) in là — (5) arboro — (6) el padre, o altri — (7) da loro — (8) loro — (9) in mano — (10) pomo, o altro — (11) loro — (12) quella gente — (13) arbore, dico — (14) dell'arboro.

Et quando ante nos. E quando innanti nui: hec est quarta pars huius capituli in qua et ubi auctor describit secundam arborem eiusdem nature cum supradicta. Sed dicit primo, quod ipse respexit Foresem currentem, dicens: Et quando ante nos ita precesserat, scilicet Foresis, idest intraverat, quod oculi mei fecerunt se apud eum sequaces, idest respexi eum cum oculis meis, sicut mens prima verba sua (quia sicut cum oculis intuebatur illum euntem, sic mens auctoris ipsius cogitabat verba illius), apparuerunt michi rami gravidi, idest pregnantes, vel pleni, unius alterius, arboris supple, et vivaces alterius pomi, et non multum lontani, idest longinqui, et eram solum tunc conversus ad aliam partem. Arbor erat satis vicina, sed non videram adhuc eam, quia solum nunc volveram faciem meam ad ipsam. Vult dicere, quod satis cito apparuerunt sibi rami.

Vidi gentem sub ipsa elevare manum, et clamare nescio quid versus frondes, quasi avidi pueruli et vani, idest famelici (avidi pueruli famescentes, clamant pro cibo; sic faciunt gulosi: clamant hinc inde, quousque habeant quod appetunt, et aliquando [negatur] puerulis sic clamantibus; ita faciebat illa arbor, quia nulli prebet poma sua), qui precantur et precatus non respondet; sed ut faciat bene voluntatem acutam, tenet eorum altum desiderium, idest non abscondit.

Postea recessit, scilicet gens, tamquam *ricreduta*, idest repressa, confusa, non exaudita; et nos venimus ad grandem arborem illam, que tot preces et lacrymas refutat, quia non exaudit voces nec lacrymas.

Nunc vaniat auctor, quod veniat una vox de arbore, que ostendit effectum peximum gule. Et primo dat bonum consilium, addens quod superius, scilicet in Paradiso terrestri, est una arbor, de cuius fructu comedit Eva. Propter esum totum genus humanum fuit dampnatum, et ista arbor venit ab illa, ad quam extendit manum Eva. Vult tacite dicere illa vox: Si vis videre quam malum est peccatum gule, considera quod propter peccatum gule Eve totum genus humanum dampnatum est. Transeatis ultra, nec vos appropinquetis; lignum est magis super, quod Eva momordit: ista plancta evulsa est ab illa.

Ita inter frascas, idest arbores, idest ramos, sive frondes, nescio quis dicebat: ex quo Virgilius et Statius et ego restricti ibamus a latere, unde elevatur, idest unde poma colliguntur.

Modo ponuntur due hystorie, quarum una est de Centhauris, qui fuerunt geniti in nubibus. Isti Centhauri, de quibus dictum fuit superius in Inferno, capitulo duodecimo,

42 E degl'Hebrei ch'al ber si mostrar molli,
Perchè non n'ebbe Gedeon compagni,
Quando ver Madian discese e colli.
43 Sì, accostati all'un de' due vivagni,
Passammo, udendo colpe della gola,
Seguite già de' (1) miseri guadagni.
44 Poi, rallarghati per la strada sola,
Ben mille passi e più ci portar oltre,
Contemplando ciascun senza parola.
45 Che andate pensando sì (2) voi sol tre?
Subita voce disse; ond'io mi scossi,
Come fan bestie spaventate e poltre.
46 Drizzai la testa per veder chi fossi,
E giammai non si vider in fornace
Vetri o metalli sì lucenti e rossi,
47 Com'io vidi un che dicea: S'a voi piace
Montar in su, qui si convien dar volta;
Quinci si va, chi vuol andar per (3) pace.
48 L'aspecto suo m'havea la vista tolta:
Perch'io mi volsi dietro a' miei dottori,
Com'huom che va secondo ch'elli ascolta.

42 *Et Hebreorum qui ad bibendum se monstrarunt [molles,*
Ex quo nos habuit Gedeon sotios,
Quando versus Madian descendit colles.
43 *Ita, adherentes uni ymarginum,*
Transivimus, audiendo culpas gule,
Sequuta quas iam fuerunt misera lucra.
44 *Postea, dilatati per stratam solam,*
Bene mille passus et plures nos portaverunt ultra,
Contemplando quemlibet nostrum sine verbo.
45 *Quid ite cogitando ita vos soli tres?*
Subita vox dixit; unde me excussi,
Sicut faciunt bestie pavefacte et indomite.
46 *Et erexi caput ut viderem quis esset;*
Et unquam non sunt visa in fornace
Vitra vel metalla ita lucentia et rubea,
47 *Sicut ego vidi unum qui dicebat: Si vobis placet*
Ascendere sursum, hic convenit vertere;
Hac itur, qui volunt ire pro pace.
48 *Aspectus suus michi visum abstulerat:*
Ex quo ego me volvi retro meos doctores,
Sicut homo qui vadit secundum quod ipse auscultat.

(1) al. da — (2) o — (3) per.

fuerunt invitati ad nuptias Perithoi, et interfuerunt; et interfuit etiam Theseus, sotius Perithoi: qui Centhauri cum fuerunt bene satiati et inebriati, voluerunt capere sponsam; cum quibus preliatus est Theseus, et vicit illos et fugavit. Consimile accidit sepe, quando homines sunt bene pasti et ebrii: incipiunt loqui mala verba, et a malis verbis procedunt sepe et commictuntur homicidia. Isti Centhauri sunt geniti in nubibus. Nam nubes est velox, et isti ita semper sunt veloces ad effundendum sanguinem, ad depredandum, quia sunt semiequi usque ad pectus, et semihomines a pectoribus supra. Nubes sepe resolvitur, et ex parvo vento vel sole; ita coctidie homines armorum et stipendiarii. Auditur: Talis homo armorum interfectus est. Alio die dicitur de alio stipendiario. Isti Centhauri propter peccatum gule voluerunt rapere uxorem Perithoi.

Alia hystoria est de Hebreis. Quodam tempore, dum regebatur populus Israel per Iudices, Madianite insurrexerunt contra populum Israel. Volens Deus liberare populum Israel de manibus Madianitarum, vocavit Deus Gedeon, alio nomine Gepte, et misit eum contra Madianitas; et congregavit magnam multitudinem populi ad eundum. Dicit autem Deus Gedeoni: Nolo quod habeas tantam multitudinem: duc istum populum, qui sitit, ad fluvium: illos, qui bibent cum manibus lambendo, sicut faciunt canes, tecum duces; alios autem non. Tales, qui sic biberunt, fuerunt solum tercenti; alii posuerunt os suum in fluvio: et cum illis tercentis Gedeon obtinuit victoriam; alii autem non fuerunt admissi ad tantam gloriam victorie. Vox illa, que audiebatur inter frondes arboris, adhuc dicebat hec verba: Recordemini, dicebat, maledictorum, scilicet Centhaurorum, in nubibus formatorum, quos saturatos Theseus pugnare fecit cum duplicatis pectoribus (sic dicuntur, quia in pectoribus eorum sunt consortes due nature, scilicet humana et equina); et Hebreorum, supple recordemini, qui ad bibendum se monstrarunt molles, ex quo, idest propter quod, non habuit Gedeon sotios, quando versus Madian descendit colles.

Ita adherentes uni ymarginum, idest extremitatum, transivimus audiendo culpas gule, secuta quas fuerunt misera lucra, idest que processerunt a peximis lucris.

Postea, dilatati per stratam solam, idest solitariam, bene mille passus et plures nos portarunt ultra, contemplando quemlibet nostrum sine verbo.

Ecce angelus venit ad docendum viam, et ad abradendum sextum peccatum de fronte auctoris, quia etiam purgavit eum a peccato gule. Quid itis cogitando ita vos soli tres? subita vox dixit. Unde me excussi, sicut faciunt bestie pavefacte, *spaventate*, idest territe et indomite.

Et erexi caput, ut viderem quis esset, et unquam non visa in fornace sunt vitra vel metalla ita lucentia et rubea, sicut ego vidi unum qui dicebat: Si vobis placet ascendere sursum, convenit, idest oportet, vos vertere: hac itur, vadunt supple illi, qui volunt ire pro pace.

Aspectus suus michi visum abstulerat; idest obfuscaverat, vel adumbraverat, oculos meos: ex quo, idest propter quod,

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

49 E quale, annunziatrice degl'albori,
L'aura di maggio muovesi et olezza,
Tucta impregnata dall'herbe e da'fiori;
50 Tal mi senti'un vento dar per mezza
La fronte, e ben senti' muover la piuma,
Che fe' sentir d'ambrosia l'orezza.
51 E sentii dir, Beati cui alluma
Tanto di gratia, che l'amor del gusto
Nel pecto lor troppo desir non fuma,
Exuriendo sempre quant'è giusto.

49 *Et qualis, annuntiatrix alborum,*
Aura de mense maii movetur et odorificat,
Tota pregnans ab herba et a floribus;
50 *Talem sensi unum ventum dare per mediam*
Frontem, et bene sensi movere plumam,
Que fecit sentire me ambrosie umbram.
51 *Et sensi dicere, Beati quos illuminat*
Tantum gratie, quod amor gustus
In pectore ipsorum nimium desiderium non firmat,
Exuriendo semper quantum est iustum.

ego me volvi retro ad meos doctores, sicut homo qui vadit secundum quod ipse auscultat.

—

Multum laborat hic auctor, fingendo, quia intendit venire ad unam mirabilem fictionem in capitulo sequenti, quod est fortius capitulum quasi totius libri; et dicit quod non potuit tollerare aspectum istius, scilicet angeli, tam lucentis.

Modo per comparationem pulchram ponit quomodo angelus abrasit sextum peccatum. Zephyrus est ventus veniens ab occidente suavi, qui facit pullulare odorem, quia movet flores. Et qualis annuntiatrix alborum, aura de mense maii, scilicet Zephyrus ventus, movetur et odorificat, tota pregnans, idest repleta, pinguefacta, ab herba et a floribus; talem michi sensi unum ventum dare per mediam frontem, et bene sensi moveri plumam, idest pennam angeli, que fecit sentire me ambrosie umbram (ambrosia est herba, a qua emanat magnus odor). Et sensi dicere: Beati quos allumat tantum gratie, quod amor gustus in pectore ipsorum nimium desiderium [non firmat], esuriendo semper quantum est iustum, idest debitum, conveniens et honestum. Amor gustus est naturalis; dum homo excedit debitum, nimis commensat. Non inebr.etur, etc.

PICCARDA DONATI E L'EROISMO DELLA VERGINITÀ

Una speciale simpatia mostra il Poeta verso una vergine, che introduce in questo canto, Piccarda figliuola di Simone de' Donati di Firenze; e non solo qui, ma dipoi nel canto terzo del Paradiso: qui chiedendo all'amico suo Forese, se ei sappia dargliene novella

Ma dimmi, se tu sai, dov'è Piccarda;

nel terzo del Paradiso figurando d'incontrarla dove mostrano il loro grado di gloria gli spiriti, che per qualsiasi motivo non adempirono o non poterono adempiere i voti a Dio giurati. Egli s'accorge di lei dalla vaghezza, che mostra di parlargli e n'è così tocco che subito,

Quasi com'uom cui troppa voglia smaga,

le dice:

O ben creato spirito, che a' rai
Di vita eterna la dolcezza senti,
Che non gustata non s'intende mai,
Grazioso mi fia, se mi contenti
Del nome tuo e della vostra sorte.

A cui ella:

Io fui nel mondo vergine sorella;
E se la mente tua ben mi riguarda
Non mi ti celerà l'esser più bella,
Ma riconoscerai ch'io son Piccarda,
Che, posta qui con questi altri beati,
Beata son nella spera più tarda.
Li nostri affetti, che solo infiammati
Son nel piacer dello Spirito Santo,
Letizian del suo ordine formati.

Il Poeta n'è rapito, e risponde:

. . . . . ne' mirabili aspetti
Vostri risplende non so che divino
Che vi trasmuta da' primi concetti.

La simpatia ch'egli sente per questa creatura, oltre che dal doppio affettuoso ricordo che ne fa qui nel Purgatorio e poi nel Paradiso, si manifesta da ogni parola de' bellissimi versi, che in ambedue i canti le consacra, ne' quali tu senti qualcosa di celestiale. Pertanto ogni volta che li leggemmo, domandammo a noi stessi, donde ciò potesse derivare, e sempre ci parve vederne la ragione nell'affocatissimo ed eroico amore, che ella ebbe per la castità, a conservar la quale, da violenta forza strappata al chiostro, dove l'aveva consacrata al suo sposo celeste, eroicamente chiedeva e ottenne di non perderla, raggiunta da subita morte. « Picarda, pulcherrima, pudicissima, sponte et quum iam esset adulta, ex certa scientia devoverat suam Christo virginitatem, in monasterio Sanctae Clarae de Florentia. Sed frater eius, dominus Cursius de Donatis, miles famosissimus, cum suis ipsam violenter traxit de loco, quum despondisset eam viro seculari, scilicet cuidam Roselino de nobilibus de la Tosa. Picarda, perseverans in suo sancto proposito, devotissime supplicavit Deo, ut incurreret mortem, vel infirmitatem, per quam posset servare inviolatam suam virginitatem. Et continuo gravis morbus (la lebbra) invasit carnem eius; quo illa moriens, transivit ad meliorem sponsum. »

Questo eroismo di lei per l'amore alla castità, che è quanto di più etereo e divino si possa in umana creatura pensare, e che ricorda i più belli e commoventi episodi specialmente dei primi tre secoli della Chiesa; questo eroismo talmente rapì verso di lei l'anima grande e sopraeccellentemente cristiana dell'Alighieri, che se ne mostra innamorato. Nè altrimenti tanto suo entusiasmo si saprebbe spiegare. E dunque il farlo avvertire ci pare oggi più che mai a proposito, oggi che poesia e scienza non sanno più ispirarsi che nella materia e nelle forme per le quali si manifesta, chiuso l'intelletto ed il cuore al *divinum*, di cui sono concetti, e che creandoli dà ad essi la vita.

Ma che cos'è ella cotesta verginità, amore sì vivo e caro della cattolica Chiesa, e ideale sommo, in cui vagheggia sè stessa come in uno specchio, che le rende la propria immagine divina? Ci riescirebbe impossibile il dirlo con parole più proprie e più vere, e con un concetto più sublime e più giusto del tratto seguente, che togliamo dalla *Vita di Gesù Cristo* (lib. II, cap. I) dell'illustre Vito Fornari.

« Se il mondo, se anche il mondo corrotto, ha una cosa bella, è un'anima giovanile da' dodici anni a' quindici. È proprio dell'anima in quella età avere una certa trasparenza per la quale essa rassomiglia al cielo, o il cielo a lei. Trasparisce in quel tempo della vita lo spirito umano, trasparisce d'infinità e divinità. Pensieri vaghi ancora, ma vasti ed infiniti, desiderii infiniti; una infinita perfezione pensata e cercata in tutte le cose; tutti gli amori; l'amore di tutti; e non però stancata la forza di amare; anzi crescente sempre e dilatantesi all'infinito. Questa è la trasparenza dell'anima giovanile, la trasparenza

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

del divino, il quale la penetra e fa luminosa. Perciò in quell'età, eccetto i mostri, anche uno spirito che incominci a sviare, ha non so che, non dirò celeste, ma splendito o commovente almeno. Lo splendore, o trasparenza, o celestialità che si dica, dello spirito, si chiama con suo proprio nome purità. Non è questa purità una virtù di non fare, o quasi una fredda bianchezza dello spirito, ma un' azione ardente e vigorosa, anzi la più ardente e intensa e feconda azione dello spirito. La purità è un atto col quale lo spirito si amplia a tutte le creature, senza tornare mai addietro sopra sè stesso, nè lasciarsi fermare da alcuna di quelle, ma passando sempre più là e tendente all' infinito continuamente. Come la luce sensibile è un moto intestino della materia, secondo che si dimostra per la meccanica molecolare, così la trasparenza dello spirito, dico la purità, è una tensione, un incessante moto spirituale. È incessante perchè tende a Dio, il quale non si raggiunge mai. Se il termine fosse tale da raggiungersi, il moto cesserebbe, e l'anima ripiegata in sè medesima, e quasi corrugata, si farebbe opaca. Un moto dunque dell'anima a Dio, un moto incessante e incircoscritto, cioè l'amore, è l'essenza della purità. Lo spirito, se egli è puro, non solamente non si ferma con l'amore sopra sè stesso e non si lascia fermare da alcuna creatura, ma eziandio rapisce seco ciò che gli è unito, il suo corpo animale. Così avviene che la purità genera la bellezza e la verginità. Nasce la bellezza umana del corpo umano da riflettersi in esso l'immagine dello spirito: e perciò la genera in sè una persona, che, traendo dietro allo spirito il corpo, fa il suo corpo espressione del suo spirito. Questa è la bellezza umana del corpo umano. La verginità poi, allora che ella è anche una virtù, e non semplicemente uno stato della persona, la verginità è quando l'azione dello spirito sia così gagliarda, che esso imprima la sua propria legge, la legge dello spirito al corpo. La bellezza dà al corpo l'immagine dello spirito, e la verginità gli dà anche la legge dello spirito. Perciò la verginità è perfezione di bellezza. È perfezione di bellezza, ed è l' effetto ultimo ed ottimo della purità. »

CAPITULI VICESIMIQUINTI SUMMARIUM

In isto vicesimoquinto capitulo, quod incipit: *Hora erat in qua ascendere nolebat disturbium*, auctor, finiens tractatum vitii gule, pertractat unum dubium, quod consurgit ex dictis, que sunt posita in precedenti capitulo. Dubium est tale: Quomodo est possibile, quod quis fiat macer, vel pinguis, ubi virtus nutritiva non habet locum? Nam iste anime sunt separate a corpore, que non sumunt cibum nec digerunt bene aut male: quomodo igitur macre, aut pingues, esse possunt? Ad quam questionem respondet Virgilius, ponendo duo exempla. Primum est de Meleagro, qui consumptus fuit ad consumptionem unius torris: secundum de ymagine faciei nostre in speculo, que movetur in speculo ad motum nostrum et non ad motum speculi. Hiis dictis, Virgilius rogat Statium, ut declaret hanc questionem magis clare. Et sic facit Statius. Movens se a longe, tractat generationem partus, embrionis et fetus, articulationem omnium membrorum, demum productionem anime sensitive, et demum anime intellective, per longum processum. Tandem in sententia vult dicere, quod, quando anima divellitur a corpore, subito vel vadit ad Paradisum, vel ad Purgatorium, vel ad Infernum. Obmisso de illis que portantur in Paradisum, de hiis que portantur in Infernum vel Purgatorium, vult dicere auctor, quod illa anima fasciatur ab aiere circumstante, de quo, volente Deo, fit unum corpus simile illi, quod anima reliquit in mundo: et in illo corpore rident anime, plorant, videntur, audiuntur, apparent longe, vel breves, et cetera, macre et pingues. Demum, in fine capituli, auctor incipit tractare de vitio luxurie, et ponit penam eorum, que talis est. Peccatores carnales stant in igne, in flamma ignea accensissima, et vadunt ambulando per eam; et quidam vadunt, et quidam revertuntur et obviant sibi invicem et osculantur. Et hic cantatur ille ympnus, Summe Deus clementie; in quo ympno est ille versus: Lumbos, iecurque morbidum adure igni congruo, [accincti] ut sint perpetim, luxu remoto peximo. Dum autem obviant invicem, gens, que venit versus nos, clamat alta voce, Soddoma et Gomorra. Et alia gens clamans dicit, In vaccam intravit Pasiphen, ut taurellus ad luxuriam curreret. Ista pena est conveniens optime peccatoribus carnalibus, qui, dum vixerunt, semper fuerunt ardentes in igne luxurie, discurrentes de loco ad locum. Ille ympnus, quem cantant, optime continet orationem ad propositum materie. Quod se osculentur, hoc fit ad verecundiam lascivorum osculorum que fecerunt in vita. Quare dicunt: Soddoma et Gomorra? In verecundiam eorum, qui exercuerunt tales actus sceleratos et nephandos. Quare dicunt: In vaccam intravit Pasiphen? Hoc dicitur ab hermafroditis, idest habentibus utrumque sexum, qui non fuerunt usi iuxta leges, sed bestialiter, etc. Dicunt isti, Virum non cognosco. Hec fuerunt verba Virginis Marie, Luce primo capitulo. Cantant etiam et dicunt: Ad silvam ivit Diana, et Elice expulsit, quia senserat venenum Veneris. Ibidem cantabatur per viros et per mulieres, qui fuerunt casti et fidem thori observaverunt. Dicit auctor, quod hoc videtur sufficere istis, qui in ultimo circulo purgantur.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

CAPITULUM VICESIMUMQUINTUM

1 Or' era onde 'l salir non volea storpio,
Chè 'l sol haveva 'l cerchio di merigge
Lasciato al Thauro, e la notte allo Scorpio.
2 Perchè, come fa l'huom che non s'affigge,
Ma vassi alla via sua, che li appaia,
Se di bisogno stimolo el trafigge;

1 *Hora erat in qua ascensus nolebat disturbium,*
Quia sol iam circulum meridiei
Dimiserat Thauro et noctem Scorpioni.
2 *Ex quo, sicut facit homo qui non se figit,*
Et vadit ad viam suam, quidquid ei appareat,
Si est necesse, si stimulus eum transfigit;

Hora erat in qua ascensus nolebat disturbium. L'ora era onde 'l salir non volea storpio: istud est vicesimumquintum capitulum huius Purgatorii, in quo auctor pertractat arduam questionem precedentem de materia pertractata, et transit ad alium circulum, scilicet septimum, in quo punitur peccatum luxurie. Quod capitulum dividitur in quatuor partes. In quarum prima ponitur questio, cui Virgilius respondet in generali.
In secunda, que incipit ibi:

> Sanguis perfectus qui unquam non bibitur;
> Sangue perfecto che mai non se beve,

Statius, precibus Virgilii, volendo solvere dictam questionem in speciali, movet se multum a longe et tractat generationem partus.
In tertia parte, que incipit:

> Sed qualiter de animali efficitur infans;
> Ma como d'animal doventa infante,

ponitur productio anime rationalis sive humane.
In quarta parte, que incipit ibi:

> Et iam ventum ad ultimam torturam;
> E già venuto all'ultima tortura,

transit auctor ad materiam luxurie, que purgatur in septimo circulo.

Circa primam partem, auctor volens proponere unam difficilem questionem, primo continuat dicta dicendis, ponens horam temporis prius, et dicit quod hora erat talis quod non erat habendum impedimentum, quia iam transiverat meridies; et ideo faciebant isti tres, sicut facit qui vadit viam suam, non curans de aliqua re sibi apparente, quia stimulatur ad eundum. Ita iverunt isti per introytum, unus ante alium saliendo scalas, que sunt valde arte in tantum, quod ascendentes oportet incedere dispares. Notandum est hic quod Thaurus, quod est unum signum de duodecim Zodiaci, quod Scorpio, quod est aliud, sunt sibi invicem opposita; ideo si sol dimisit iam meridiem Thauro, ergo sequitur quod mediam noctem dimiserat Scorpion[i]. Vult in effectu dicere, quod meridies erat preteritus, idest transierat in emispirio inferiori; ergo in emispirio superiori transierat media nox. Quod patet per exemplum astroloycum: existentibus Thauro et Scorpione signis oppositis, ergo si circulus meridianus erat in Thauro, sequitur necessario quod ad oppositum erat media nox in Scorpione; et sol, per totum tempus quo factum fuit istud opus, erat in Ariete; modo transivit in Thaurum: ergo erat plusquam meridies duabus horis. Quasi dicens: Hora erat tarda; ergo non erat tempus perdendum. Hora erat, in qua ascensus nolebat storpium, idest disturbium, sive impedimentum, quia sol iam circulum meridiei dimiserat Thauro, et noctem, scilicet mediam, Scorpioni; et sic due erant hore post meridiem.

—

Modo ponitur dispositio auctoris. Ex quo, idest propter quid, sicut facit homo, qui se non figit, idest non firmat, sed vadit ad viam suam, idest continuat iter, quidquid ei

3 Così entrammo noi per la callaia,
Uno innanz' altro, prendendo la scala
Che per erteza el salitor dispaia.
4 E quale 'l cicognin che leva l'ala
Per vogla di volar, e non s'attenta
D'abbandonar lo nido, e giù la cala;
5 Tal era io, con vogla accesa e spenta
Di domandar, venendo infin all'acto
Che fa colui ch' a dicer s'argomenta.
6 Non lassò, per l'andar che fusse racto,
Lo dolce padre mio, ma disse: Scoccha
L'arco del dir, che 'nfin al ferro hai tracto.
7 Allor sicuramente apri' la bocha,
E cominciai (1): Come si può far magro
Là dove l'huopo di mirar non toccha?
8 Se t'amentassi (2) come Meleagro
Si consumò al consumar d'un stizo,
Non fora, disse (3), a te questo sì agro:

(1) a dire — (2) ricordassi — (3) Virgilio, o Dante

3 *Ita intravimus nos per callariam,*
Unus ante alium, prendendo scalam
Que propter ertitudinem ascendentes dispares facit
4 *Et sicut ciconia parva elevat alam*
Propter voluntatem volandi, et non audet
[Derelinquere nidum, et infra eam calat];
5 *Talis eram ego, cum voluntate accensa et extincta*
Interrogandi, veniendo usque ad actum
Quem facit ille qui ad dicendum se argumentat.
6 *Non dimisit, propter iter quod esset festinum,*
Dulcis pater meus, sed dixit: Scocca
Arcum dicendi, quem usque ad ferrum traxisti.
7 *Tunc secure apperui os meum,*
Et incepi: Quomodo potest fieri macredo
Ubi opus nutriendi non tangit?
8 *Si memor esses sicut Meleager*
Comsumpsit se in consumptione unius torris,
Non esset, dixit, ita tibi acrum:

appareat, supple non impedit eum quando vadit, si est necesse, scilicet urgens necessitas, si stimulus eum transfigit, idest cogit sic facere; ita, idest simili modo, intravimus nos, scilicet tres, Virgilius, Statius et ego, per callariam, idest per introytum, unus ante alium, prendendo scalam, que propter artitudinem ascendentes dispares facit. Callaria est via cavata et excisa in saxo. Scala est recta aliquibus gradibus: sed postea [quam] incepit ire in circulum, propter ertitudinem, idest stricturam, non potera[n]t bini nec trini incedere, sed oportebat eos ire unum post alium.

—

Modo ponit dispositionem suam et appetitum suum, quem habebat, ut declararetur de uno magno dubio, per comparationem ciconiarum iuvencularum, existentium in nido adhuc. Nam sepe ciconia iuvencula movet alas, volens experiri si posset volare; et dubitans, videns vires deficere, cessat et deponit alas. Ita de se dicit. Cogitabat speculationem suam non esse sufficientem ad intelligendum istam questionem; ideo volebat interrogare Virgilium, ne diceret sibi: Vis volare antequam habeas alas. Sic eram ego. Habebam voluntatem interrogandi, et non audebam, quia timebam ne molestarem eum, et usque ad summitatem lingue venerant iam verba: sed magister meus, esto velociter iremus, propter hoc non destitit quin diceret, *scocca*, idest dic id quod quasi vis incipere et cupis.

Tunc ego secure aperui os meum, dicens: Quomodo est possibile quod aliquis fiat macer, sive pinguis, ubi non est nutrimentum? Et sicut ciconia elevat alam propter voluntatem volandi, et non audet derelinquere [nidum], et infra eam calat, idest ponit, idest ad se eam recolligit; talis eram ego, cum voluntate accensa, scilicet desiderio, petendi, et spenta, idest extincta, quia timebam molestare eum, interrogandi veniendo ad actum usque, quem facit ille qui ad dicendum se argumentat. Quasi dicat: Totus eram dispositus dicere, ita quod habebam verba in summitate lingue; sed non audebam. Ideo Virgilius, de hoc perpendens, non dimisit, propter iter quod esset festinum, dulcis pater meus, sed dixit: *Scocca*, idest trahe, vel emicte arcum dicendi, quem usque ad ferrum traxisti. Optima methaphora. Arcus est lingua, que erat tracta per effectum; et sagipta erat in punctu lingue, idest verbum quod volat irrevocabile.

—

Tunc auctor obedit, et proponit questionem suam. Tunc secure aperui os meum et incepi: Quomodo potest fieri macredo, ubi opus nutriendi non tangit? Ista questio fuit necessaria ad perfectionem istius poematis, scilicet quomodo illi ebriosi et gulosi sint ita macri et scarnati. Quomodo potest esse quod anima separata a corpore possit recipere macredinem, ubi non cadit cibus, nec fit digestio aliqua? Ibi non debet esse pinguedo nec macredo: et ubi non est anima sensitiva, quomodo potest esse passio frigoris et caloris?

—

Respondet Virgilius in generali, ponens duo exempla, quorum unum est una fictio, quam ponit Ovidius in Maiori, scilicet in Methamorphoseos. Meleager fuit rex Callidonie, filius domine Altene, quem ipsa parturiendo habuit multa sompnia; quo enixo, ipsa interrogavit astrologos et magos, quid esset superventurum isti filio suo. Qui dixerunt ei: Accipe istum torrem. Et tulerunt unum torrem de igne, dicentes domine Altene: Extingue istum torrem, et bene conserva; quia tantum vivet filius tuus, quantum durabit iste torris. Quem mater diligenter conservavit. A casu unus aper terribilis apparuit in Calledonia, postquam Meleager

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

9 E se pensassi com' al vostro guizo
Guiza dentr'allo spechio vostra ymage(1),
Ciò che par duro (2) ti parrebbe vizo (3):
10 Ma perchè dentro a tuo voler t'adage,
Ecco qui Statio, et io lui chiam' e prego,
Che sia hor sanator de le tue piage.
11 Se la veduta eterna li dislego,
Rispose Statio, là dove tu sie,
Discolpi me non poterti far nego.
12 Poi cominciò (4): Se le parole mie,
Figlo (5), la mente tua guarda e riceve,
Lume ti fiero (6) al come che tu die.

9 *Et, si cogitares quomodo vester guizzus*
Guizzat intra speculum vestram ymaginem,
Id quod apparet durum, tibi appareret vizzum:
10 *Sed ad hoc ut intra voluntatem tuam*
Quiescas, ecce Statius, et ego eum voco et precor,
Quod ipse sit nunc sanator tuarum plagarum.
11 *Si visionem eternam ei dislego vel dispiego,*
Respondit Statius, ibi ubi tu sis,
Excuset me non posse facere negum.
12 *Postea cepit: Si verba mea,*
Fili, mens tua respicit et retinet,
Lumen tibi erunt ad quod tu dicis.

(1) ymagine — (2) a te, Dante — (3) molle — (4) a dire Statio — (5) o — (6) sarann-

erat factus vir bone indolis et magne fortitudinis. Plurimi iverunt venatum, inter quos Meleager fuit unus; et capto apro, sive porco, facta fuit contentio cuius debebat esse caput apri: avunculus suus volebat; tandem in contentione Meleager interfecit avunculum suum, germanum matris sue. Unde mater sua, sentiens se iniuriatam a filio suo, qui interfecit germanum, accepit torrem illum quem diligenter conservaverat diu, et posuit [in] igne; et sicut torres consumebatur, ita Meleager consumebatur: consumpto toto torre, mortuus fuit et consumptus Meleager.

—

Aliud exemplum est de nostra ymagine, que apparet in speculo, et movetur ad motum hominis, cuius ymago apparet in speculo, et non ad motum speculi. Prima hystoria habet bonam allegoriam: ideo nolo eam sic nudam relinquere. Altena est omnis mater generans filios. Quando parit, tunc fata (sunt constellationes) dant omnem fortunam, et dant vitam et spatium vite atque terminum. Inde habetur in Sacra Scriptura: Posuisti terminum, quem non transgredientur; idest quoad cursum nature. Quia alibi dicitur: Viri sanguinum et dolosi non dimidiabunt dies suos, idest non venient, seu vivent, ad medietatem dierum suorum cursuum naturalium. Torris ca[n]dens, est calor naturalis: et certum res viva corporalis conservatur per calorem naturalem et humidum radicale; et quando unus eorum deficit, deficit vita. Dicit Avicenna, quod homo est similis lucerne, que extinguitur duobus modis: scilicet, quando deficit humor, et quando deficit papirus. Allegoria satis valet. Vult dicere Virgilius: Sicut Meleager consumptus [fuit] non propter causam innatam, sed propter causam extrinsecam, scilicet propter consumptionem torris positi in igne; ita vult dicere quod nostra anima, non via nature habet istas passiones separata a corpore, sed habet a causa que venit de foris, ut apparebit similiter de ymagine hominis relucentis in speculo. Dum movetur homo, movetur et etiam ymago; et ille motus non est ab intrinseco speculi, sed [a] causa extrinseca, scilicet a motu hominis. [Et si cogitares quomodo vester guizzus guizzat intra speculum vestram ymaginem, id quod apparet durum, tibi appareret vizzum]. (*Guizzi:* motus, sive mutatio ymaginis). Si hec cognosceres bene, quando tibi apparent, durum appare[re]t tibi molle; idest, quod ignoras cognosceres. Volo tamen quod Statius solvat tibi istam questionem, et sic eum rogo. Si memor esses, sicut Meleager consumpsit se in consumptione unius torris, idest ligni, ex una parte ca[n]dentis, non esset, dixit, ita tibi acrum, idest durum. Et si scires, sive cognosceres, quomodo vester motus guizzi (guizzum, guizzare, idest motus), movet intra speculum vestram ymaginem, id quod apparet durum, tibi molle appare[re]t, idest facile. Sed ad hoc ut intra in voluntate tua, idest in mente tua, quiescas, ecce hic Statius; et ego eum voco et precor, quod sit nunc sanator tuarum plagarum, idest tuorum vulnerum, idest declarator tuorum dubiorum.

—

Si visionem eternam ei dispiego, idest explico; eternam, idest de anima que est eterna, saltem a parte post (hoc dicit Statius ad faciendum auctorem attentum); respondit Statius, ibi ubi sis, excuset me non posse facere niegum, idest non posse hoc negare. Quomodo Statius reveretur Virgilio! quasi dicens: Non deberem loqui ubi tu es; sed ideo declarabo isti questionem hanc, quia non possum negare quin faciam quod tu iniungis.

—

Postea incepit: Si verba mea, fili, caput, mens tua, respicit et recipit, lumen tibi erunt ad quod tu dicis; idest, declarabunt tibi dubium quod habes.

Aliqui dicunt hic, quod ideo Virgilius imposuit Statio hunc laborem, ex eo quia Statius fuit magnus philosophus. Sed non bene dicunt; quia longe maior, subtilior et profundior philosophus fuit Virgilius quam Statius. Sed causa fuit ista, quia de anima nostra Virgilius fuit opinionis Platonis, que inter alias opiniones antiquorum philosophorum est minus mala, tamen non est catholica, quod anima nostra veniat a stellis et ad illas revertatur. Ideo, quia Statius fuit christianus et bene sensit de anima nostra, et Dantes vult hic tenere opinionem veram et catholicam, ideo Virgilius voluit quod de questione ista responderet Statius, etc.

—

13 Sangue perfecto, che poi non si beve
Dall'assetate vene, e sì rimane
Quasi alimento ch'è di mensa leve,
14 Prende nel cor a tucte membra humane
Virtute informativa, come quello
Ch'a farsi quello per le vene vane (1).
15 Ancor digesto scende ov'è più bello
Tacer che dir; e quindi poscia geme
Sovr'altro sangue in natural vagello.
16 Ivi s'accogle l'uno e l'altro insieme,
L'un disposto a patir, e l'altro a fare,
Per lo perfecto loco onde si preme;
17 E giunto lui, comincia a operare,
Coagolando prima, e poi avviva
Ciò che per sua matera fe' costare.
18 L'anima facta alla virtute activa,
Qual d'una pianta, in tanto è differente
Che quest'è in via, e quell'è già a riva:
19 Tant'ovra (2) poi, che già si muove e sente,
Come fungo marin; et indi imprende
Ad organar le posse ond' è semente.

13 *Sanguis perfectus, qui unquam non bibitur*
A sitibundis venis, et sic remanet
Quasi alimentum quod est mense levis,
14 *Apprehendit in corde omnibus membris humanis*
Virtutem informativam, sicut ille
Qui fieri potest per venas vanas.
15 *Adhuc digestus descendit ubi est pulchrius*
Tacere quam dicere; et inde postea gemit
Super alium sanguinem in naturali vase.
16 *Ibi coagulatur et uterque simul,*
Unus dispositus ad sustinendum, et alius ad fa-
Propter perfectum locum ubi premitur; [ciendum,
17 *Et, postquam pervenit et ipse, incipit operari,*
Coagulando prius, et postea vivificat
Id quod per suam materiam fecit constare.
18 *Anima facta virtus activa,*
Quasi unius plancte, in tantum differentes,
Quia ista est in via, et illa est iam ad ripam,
19 *Tantum operatur postea, quod iam movetur et con-*
Sicut fungus marinus; et inde apprehendit [sentit,
Ad organandum potentias unde est semen.

(1) va — (2) opera.

Sanguis perfectus. Sangue perfetto: hec est secunda pars huius capituli, in qua Statius precibus Virgilii solvit questionem ab auctore propositam. Et ad intelligendum textum sequentem, qui est fortis in se et fortis in sententia, notanda sunt multa. Primo notandum, quod Statius primo declarabit productionem corporis humani: secundo declarabit productionem anime. Quantum ad primum ipse incipit a longe multum. Notandum etiam, quod cibus, quem comedimus, non solum semel decoquitur, sed pluries: primo, in orificio stomachi fit una coctura: semel decoquitur ibi cibus. Natura tunc talem cibum, sic ibi decoctum, dividit in duas partes, scilicet in grossiorem et subtiliorem: grossiorem mictit ad intestina, et fiunt feces ex illis; subtiliorem transmictit ad epar. Epar iterum decoquit istam partem sibi datam, et coctam dividit in duas partes, in subtiliorem et grossiorem: grossiorem transmictit ad visicam, et inde fit urina; subtiliorem vero mictit ad cor. Cor iterum decoquit partem sibi transmissam; demum dividit illam etiam in duas partes, scilicet grossiorem et subtiliorem: grossiorem partem cor, quod dominatur in corpore velut rex et preceptor et dispensator, mictit ad venas, ad membra scilicet omnia, prout opus est; subtilior remanet circa cor, sicut reliquie que remanent in mensa domini: et ista pars subtilior, que ibi apud cor remanet, que non convertitur in nutrimentum membrorum, fit sperma, quod fit a natura propter conservationem speciei. Sperma est superfluitas ultimi alimenti. Dicit Avicenna: Ille sanguis perfectus est superfluum in quanto, sed non in quolibet. Ille sanguis, exigente natura, descendit ad testiculos, sive ad membra genitalia, tam in masculis quam in feminis, et demum spargitur in naturali vase, scilicet in matrice, et ibi coniunguntur sperma masculinum et femininum et coagulantur, et fit quedam massa. Istud sperma, quia descendit a corde, ab ipso capit virtutem formativam ad omnia membra illius speciei. Potest dici homo, potentia, quia ex ipso fit corpus humanum, quod cum anima intellectiva fit homo; sicut ovum, potentia, dicitur gallina, quia ex illo nascitur gallina. Et quam cito sperma masculinum bene coniungitur feminino, quia masculinum habet virtutem activam, scilicet agendi, femininum habet virtutem passivam, scilicet patiendi; et dum est coniunctum facit constare femininum: quia in femina est sanguis menstruosus; et cum menstruum constat et non fluit, est signum impregnationis, non tamen semper, sed ut frequenter (sic dicit Avicenna et Gallienus). Et ista duo spermata sic ad invicem coniuncta et coagulata fiunt embrio, ex quo venit fetus. Demum illa virtus, derelicta a generante in spermate descendente et stillante a corde generantis, fit anima viva, scilicet vegetativa, que est extracta de potentia materie; et est similis anime plancte, nisi quia ista, scilicet anima plante, est iam ad ripam, idest in facto esse, illa, scilicet anima vegetativa hominis, est in via, idest in fieri, quia adhuc restant multa: demum fit anima sensitiva.

Sanguis perfectus, ille scilicet qui non bibitur a venis, qui unquam non bibitur a sitibundis venis, et sic remanet quasi alimentum quod est mense levis, apprehendit in corde omnibus membris humanis virtutem informativam, sicut ille qui fieri potest per venas vanas.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

20 Hor si spiega, figluol (1), hor si distende
La virtù ch' è del cor del generante,
Dove natura a tutte membra intende:
21 Ma, come d'animal divegna infante,
Non vedi tu ancor: quest'è tal punto
Che più savio di te fe' già errante;
22 Sì che, per sua dottrina, fe' disgiunto
Dall'anima el possibile intellecto,
Perchè da lui non vide organo assumpto.

(1) o.

20 *Nunc explicatur, fili, nunc extenditur*
Virtus que [est] a corde generantis,
Ubi natura omnibus membris intendit:
21 *Sed, qualiter de animali efficitur infans,*
Non vides tu adhuc: iste est talis punctus
Quod sapientiorem te fecit errare;
22 *Ita quod, per suam doctrinam, fecit disiunctum*
Ab animali possibilem intellectum,
Quia ab eo non vidit organum assumptum.

Adhuc, digestus, descendit ubi est pulchrius tacere quam dicere, idest ad membra genitalia, vel melius ad testiculos; et inde postea gemit, idest stillat, super alium sanguinem in naturali vase, idest in matrice, que est quasi unum urinale habens os strictum.

Ibi coagulatur et uterque simul, unus dispositus, scilicet feminilis, ad sustinendum, idest ad patiendum, et alius, scilicet masculinus, ad faciendum, idest agendum, propter perfectum locum ubi premitur, idest emictitur; et postquam pervenit ipse, incipit operari coagulando prius, et postea vivificat id quod per suam materiam fecit constare, idest firmum stare, scilicet sanguinem menstruum.

Anima facta virtus activa, quasi unius plancte, in tantum differentes, quia ista est in via, et illa iam est ad ripam, quia prima est in fieri, alia in facto esse, tantum operatur postea, quod iam movetur et sentit sicut fungus marinus, et inde apprehendit ad organizandum potentias, unde est semen.

—

Nunc explicatur, fili, nunc extenditur virtus, que [est] a corde generantis, ubi natura omnibus membris intendit. Vult dicere Statius, quod illa virtus activa primo fit anima vegetativa, et est sicut anima plancte, quia solum crescit ad modum plancte: inter eas tamen est differentia talis, quia illa anima, scilicet anima plancte, iam est in facto esse, quia non expectat meliorari; sed anima vegetativa hominis est in fieri, idest expectat adhuc plus, scilicet meliorari, quia expectat fieri sensitiva et demum intellectiva. Ista anima vegetativa hominis in primo suo esse est sicut concha marina, in qua est unum frustum carnis sine forma, tamen est vita. Sic nobis est in embrione, quia est una potentia, que crescit, tamen non habet adhuc formam. Fungus marinus, una ostriga, apprehendit potentiam ad organizandum, idest ad faciendum organa, idest membra, in quibus, vel cum quibus, anima postea operatur, scilicet manus, aures, oculos, nasum, etc. Unde illa virtus et origo et radix vite in nobis postea fit anima, scilicet sensitiva. Tunc movetur et extenditur, et virtutem organizandi sumit a corde generantis, unde descendit semen. Sed qualiter postea fit infans homo, quia nullus fetus dicitur infans nisi fetus humanus, hic est insistendum.

—

Sed qualiter de animali efficitur infans. Ma come d'animal: hec est tertia pars huius capituli, in qua ponitur productio anime intellective. Vult dicere, quod anima intellectiva sic fit: quod factis membris omnibus et linitis, saltem corde, epate, et cerebro, motor primus super tanta arte nature, que operata est iam illa membra, movet se lete, idest concurrit cum natura, et de nihilo creat, et creando infundit, animam intellectivam; que veniens in istum effectum nature, idest in fetum, quidquid invenit ibi activum, scilicet virtutem illam derelictam a generante, iam factam virtutem vegetativam et demum sensitivam, trahit ad se, et efficitur una anima sola, habens illas virtutes tres, scilicet vegetativam, sensitivam et ratiocinativam. Et quomodo hoc fiat, cognoscere est valde difficile, et iam multi erraverunt in hoc puncto, scilicet de anima intellectiva. Avveroys commentator, videns animam nutritivam habere organa, in quibus operatur et manifestatur in suis operationibus, sicut in oculo ad videndum, in auribus audiendum, dixit illam esse coniunctam corpori; sed perpendens quod intellectus non habet aliquod organum corporale, per quod operetur et in quo manifestetur eius operatio, posuit, asseruit, intellectum esse distinctum a corpore, idest non esse formam corporis, et sic tenuit quod unus intellectus agens erat in omnibus hominibus. Hec fuit una causa quare talem opinionem tenuit. Alia causa fuit, quia videbatur ipsi auctori, quod intelligere esset ita nobile et ita divinum, quod non esset dignum, intellectum ipsum esse coniunctum formaliter alicui corpori, sed quod intellectus esset una virtus per se existens, non mixta aut coniuncta corpori formaliter. Que opinio omnino est falsa, et contra mentem Aristotelis, et contra fidem catholicam. Sed dicendum, quod intellectus hominis est anima intellectiva formaliter unita corpori, componens cum illo et constituens tertium, scilicet hominem, resultantem ex corpore et anima. Et ad hanc animam sic faciendam movetur Deus super arte nature, idest postquam natura fecit illa que supra dicta sunt; et ad faciendum animam intellectivam concurrit Deus lete, quia in fabrica hominis relucet magna concurrentia ipsius Dei, nec in aliquo alio effectu relucet ita divina ars, sicut in fabrica hominis, quia in homine quasi sunt omnia, quia homo communicat cum omnibus entibus mundi, in tantum quod homo dicitur minor mundus. Postquam illa anima intellectiva creata est et infusa, que ambo sunt simul, tunc ipsa regirat se supra se in intelligendo. Anima enim nostra intelligens res a se distinctas, reflectit se supra se et intelligit se. Hiis dictis, nunc ad textum. Sed qualiter de animali efficitur infans, non vides tu adhuc: iste est talis punctus, quod sapientiorem te fecit iam errare, scilicet Avveroym commentatorem; ita quod per suam doctrinam fecit (idest dixit, esse unum intellectum agentem in omnibus hominibus, et illum non esse formam, nec animam hominis) disiunctum ab animali possibilem intellectum, quia ab eo non vidit organum assumptum.

23 Apri la verità che viene al pecto,
E sappia che, sì tosto com'al feto
L'articolar del cerchio è perfecto,
24 Lo motor primo (1) a lui si volge lieto (2),
Sovra tant'arte di natura, e spira
Spirito nuovo di virtù repleto,
25 Che ciò che trova activo, quivi tira
In sua sostanza, e fassi un'alma sola,
Che vive e sente, e sè in sè rigira.
26 E perchè meno ammiri la parola,
Guarda 'l calor del sol che si fa vino,
Giuncto ad humor che da la vite cola.
27 Quando Lachesi (3) non ha più del lino (4),
Solvesi da la carne, et in virtute
Ne porta seco l'humano e 'l divino.
28 L'altre potenze tucte quante mute;
Memoria, intelligentia, e volontate,
In acto molto più che prima acute.

(1) Dio — (2) al. leto — (3) Fata — (4) da filare.

23 *Aperias veritati que venit ad pectus,*
Et scias quod anima quam cito sicut ad fetum
Articulare cerebri est perfectum,
24 *Motor primus se volvit ad eum letus,*
Supra tantam artem nature, et spirat
Spiritum novum virtute repletum:
25 *Quidquid reperit ibi activum, trahit*
In suam substantiam, et efficitur una anima sola,
Que vivit et sentit, et se in se regirat.
26 *Et ad hoc ut minus mireris de verbo,*
Respice calorem solis qui efficitur vinum,
Appositus humori qui de vite colat.
27 *Quando Lachesis non habet plus de lino,*
Solvitur a carne, et in virtute
Portat secum humanum et divinum.
28 *Alie potentie omnes sunt quasi mute;*
Memoria, intelligentia, et voluntas,
In actu multo plus acute.

Aperias veritati que venit ad pectus, et scias quod quam cito ad fetum articulare cerebri est perfectum, motor primus, scilicet Deus, ad eum se movet letus, super tantam artem nature, et spirat spiritum novum, virtute repletum; qui, scilicet spiritus, quidquid reperit activum ibi, trahit in suam substantiam, et efficitur una anima sola, que vivit et sentit et se in se regirat, reflectit, revolvitur. Notandum est hic, quod non est intentio dicere, quod anima intellectiva fiat ex aliquo, quod veniat et fiat de potentia materie, sicut hic textus videtur dicere; imo est opinio auctoris, quod anima intellectiva creatur a Deo ex nihilo, sicut Sacrosancta Ecclesia tenet. Sed hoc dicit quantum ad apparentiam, quia primo manifestatur virtus vegetativa in embrione, sive in fetu; postea manifestatur virtus nutritiva; demum sensitiva; demum, secundum locum, motiva; et tandem, ultimo, virtus intellectiva: non quod primo sit ibi aliqua illarum que transubstantietur, sive convertatur in intellectivam; sed hoc dicit propter manifestationem ipsarum virtutum solummodo.

—

Modo ponitur unum exemplum, ad ostendendum quomodo id fiat; scilicet, quod illa virtus, derelicta a generante in semine, fiat virtus vegetativa, demum sensitiva, quam trahit ad se intellectus creatus a Deo et fit una anima cum illa. Quod exemplum tale est: nos videmus quod calor solis intrat in vitem et convertit humorem vitis, qui erat ante vilis, in optimum vinum, quod calor solis fit unum cum humore vitis, sic alterato ab ipso calore solis. Et ad hoc ut minus mireris de verbo, scilicet meo, respice calorem solis, qui efficitur vinum, perventus, idest appositus, humori qui de vite colat, idest fluit, vel emanat.

—

Quando Lachesis, idest dea continuationis vite hominis, vel conservationis rerum corruptibilium, non habet plus de lino; idest, quando vita hominis non plus durat, sed homo moritur; solvitur a carne, scilicet ille spiritus humanus intellectivus, et in virtute portat secum et divinum et humanum, idest portat secum virtutem vegetativam, sensitivam et rationalem.

—

Alie potentie omnes mute, idest sunt, sicut sentire, vegetare, audire, videre, digerire, etc.; sed memoria, intelligentia et voluntas in actu multo plus acute, scilicet sunt ad operandum. Nota quod aliquas operationes habet anima in sua potestate, quas non potest exercere nisi cum organis corporalibus, et in hiis anima separata, ratio idest, quiescit. Aliqua sunt opera anime nostre, que potest exercere etiam sine organis corporalibus; et in hiis anima, separata a corpore, multo melius exercetur, sicut intelligendo, volendo et memorando, quia ad hoc exercendum anima separata est liberior.

—

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

29 Senza restarsi, per sè stessa cade
Mirabilmente all'una delle rive;
Quivi conosce prima le sue strade.
30 Tosto che 'l loco lì lo certo scrive,
La virtù formativa raggia intorno,
Così e quanto nelle membra vive;
31 E come l'aere, quand'è ben piuorno,
Per l'altrui raggio che 'n sè si riflecte,
Di diversi colori doventa adorno;
32 Così l'aere vicin quivi si mecte
In quella forma che in lui suggella,
Virtualmente all'alma che ristecte:
33 Simigliante poi alla fiammella
Che segue 'l fuoco là umque si muta,
Segu'allo spirto sua forma novella.
34 Però che quindi ha poscia sua paruta,
È chiamat'ombra; e quivi organa poi
Ciascun sentire infino alla veduta.
35 Quindi parliamo, e quindi ridiàn noi,
Quindi facciam le lagrime e sospiri,
Che per lo monte haver sentiti puoi.
36 Secondo che c'affigghono e desiri
E gl'altri affecti, l'ombra si sfigura;
E quest'è la cagion di che tu miri.

29 *Sine firmare se, per seipsam cadit*
Mirabiliter ad unam riparum;
Ibi cognoscit prius suas stratas.
30 *Statim quod locus ibi eam circumscribit,*
Virtus formativa radiat circum,
Sic et quantum fecit in membris vivis;
31 *Et sicut aier, quando est bene piornus,*
Per alterius radium qui in se reflectitur,
Diversis coloribus devenit ornatus;
32 *Sic aier vicinus ibi immictitur*
In illam formam quam in eo sigillat
Virtualiter anima que resedit:
33 *Et similis postea flammelle,*
Que sequitur ignem quocumque se mutat,
Sequitur spiritum suum forma nova.
34 *Ex eo quod inde habet postea suam apparentiam,*
Vocatur umbra; ed inde organizat postea
Quemlibet sensum usque ad visum.
35 *Inde loquimur, et inde ridemus nos,*
Inde facimus lacrymas et suspiria,
Que per montem sentire potuisti.
36 *Secundum quod nos afficiunt desideria*
Et alii affectus, umbra se figurat;
Et ista est causa de qua tu miraris.

Modo vult dicere auctor, quod anima, quando separatur a corpore, mox, sine morosa dilatione, vel vadit ad dampnationem, vel ad Purgatorium, vel ad celum, et subito scit utrum sit salvata aut dampnata. Sine firmare se, idest non expectat alicubi, per seipsam cadit mirabiliter ad unam riparum, scilicet Acherontis vel Purgatorii: ibi cognoscit prius suas stratas, idest vias dampnationis, vel salvationis.

—

Modo vult dicere auctor, quod statim quando ista anima, separata a corpore, est in loco, sive in Inferno, sive in Purgatorio, virtus formativa, que fuit derelicta in semine a generante, quam intellectus traxit ad se et modo secum tulit, radiat circum circa; et sicut operabatur in membris vivis, sic hic operatur in aiere circumstante et circumscribente animam illam; et aierem vicinum efficit unum corpus linitum, membratum, sicut erat corpus quod reliquit mortuum: et ad hoc designandum ponit unum exemplum de yride, sive de arcu celesti, qui non est aliud quam radii solares, ferientes ex adverso nubes grossas, roridas et aquosas, ubi et in quo arcu generantur tot diversi colores. Facta illa forma nova, qua induitur anima, talis illa forma sequitur postea animam, quocumque vadat, nova, sicut flamma sequitur ignem qui illam facit. Et quia per talem formam anima videtur, ideo vocatur umbra; et ex hinc procedunt omnia que inde possunt apprehendi per illam formam, sive per tale corpus fictum sic factum. Anime rident, plorant, loquuntur, suspirant, secundum quod a desideriis affliguntur, et alios effectus umbra sic figurat. Ita considerandum est, quod virtus formativa facit de aiere circumstante illas animas, sicut dicitur quod angeli faciunt quando volunt apparere alicui persone; formant de aiere eos circumstante aliqua corpora aerea, et ita loquuntur, etc. Statim quod locus ibi eam circumscribit, virtus formativa radiat circum sic et in quantum, scilicet fecit in membris vivis; et sicut aier, quando est bene piornus, idest roridus et aquosus, per alterius radium, scilicet solis, qui in se reflectitur, diversis coloribus devenit, idest efficitur, ornatus, idest fit arcus celestis; sic aier vicinus, ubi immictitur in illam formam, quam in eo sigillat virtualiter anima que resedit. Et similis postea flammule, que sequitur ignem quocumque se mutat, sequitur [spiritum] suum forma nova. Ex eo quod inde habet postea suam apparentiam, vocatur umbra et inde organizat postea quemlibet sensum usque ad visum. Inde loquimur, et inde ridemus nos, inde facimus lacrymas et suspiria, que per montem sentire potuisti. Secundum quod nos afficiunt desideria et alii effectus, umbra se figurat, alias figuratur: et ista est causa de qua tu miraris.

—

37 E già venuti all'ultima tortura (1)
S'era per noi, e volti a la man destra,
Et eravamo attenti ad altra cura.
38 Quivi la ripa fiamma in fuor balestra;
E la cornice spira fiato in suso,
Che la riflecte, e via da lei sequestra;
39 Ond'ir ne convenia dall'alto schiuso
Ad uno ad uno, et io temea el foco
E quinci e quindi temea cader giuso.
40 Lo Duca mio dicea: Per questo loco
Si vuol tener a gl'ochi strecto 'l freno,
Però ch'errar potrebbesi per poco.
41 Summe Deus clementie, nel seno
Al grand'ardor allhor udi' cantando,
Che di volger mi fe' caler non meno:
42 E vidi spirti per la fiamma andando;
Perch'io guardava loro et a' mie' passi,
Compartiva (2) la vist'a quando a quando.

(1) tormento de'purgati — (2) al. compartendo.

37 *Et iam ventum ad ultimam torturam*
Erat per nos, et conversi ad manum dexteram,
Et eramus attenti ad aliam curam.
38 *Ibi ripa flammam foris balistat;*
Et cornix spirat flatum in sursum,
Qui eam reflectit, et viam ab ea sequestrat;
39 *Unde ire nobis conveniebat a latere excluso*
Unus post alium, et ego timebam focum
Et hinc inde timebam cadere infra.
40 *Dux meus dicebat: Per istum locum*
Vult teneri oculis strictum frenum,
Eo quod errari hic posset pro modico.
41 *Summe Deus clementie, in sinu*
Grandis ardoris tunc audivi cantando,
Quod volvendi michi fecit desiderare non minus:
42 *Et vidi spiritus per flammam eundo;*
Ex quo respiciebam ad eos et ad meos passus,
Compartiendo visum ad quando ad quando.

Et iam ventum ad ultimam torturam. E già venuto all'ultima tortura: ista est quarta pars huius capituli, in qua auctor transit ad materiam luxurie. Sciendum est tamen primo, quod pena luxuriosorum est quod stant in igne ardentes et nec comburuntur, et ille ignis est valde afflictivus. Natura illius loci, sive circuli, in quo purgantur luxuriosi, spirat ignem maximi incendii; sed cornix per quam itur, spirat unam auram que refrigerat viam illam, in tantum quod illac bene quis potest transire. Sciendum est, quod hic in isto circulo, sicut in quocumque alio inferiori, est cornix una, per quam itur. Locus iste, per quem itur, est strictus valde; et ex una parte est precipitium, scilicet a parte forifica, scilicet exteriori; a parte interiori exit ignis: et ideo, propter viam strictam et propter periculum cadendi ex una parte et combustionis ex alia parte, oporteret quod auctor iret cum maxima prudentia, ne ex una parte caderet et ab alia parte comburetur. Nota quod ignis est debita pena luxuriosorum; quia sicut luxuriosi semper ardent desideriis carnis, nec refrigerium habent, ita bonum est quod in igne ardeant et puniantur. Et per talem viam oportet ire prudenter, quia difficile est caste et virginaliter vivere. Nota etiam quod, sicut r pa inferior in circulo gule ministrabat aquam, que tenebat virides frondes arboris et ingerebat voluntatem gulosis bibendi, qui tamen non poterant bibere; ita ista ripa, que est hic in septimo circulo, producit ignem ita incendiosum. Hic locus est ultimus tormentorum, quia cum altius ascenditur ultra istum circulum, itur postmodum in Paradisum terrestrem, sicut patebit; ideo vocatur ultima tortura. Virgilius consulebat hic auctori, quod ipse teneret oculos strictos ad frenum, quia faciliter hic eratur. Ideo animadvertant viatores ad peccatum luxurie, quod multum allicit peccatores. Hic cantant unum ympnum, quo ecclesia utitur die sabati ad nocturnum in ferialibus diebus, qui ympnus incipit, Summe Deus clementie, et infra, Lumbos iecurque morbidum adure igni congruo; accinti ut sint [perpetim] luxu remoto peximo: qui versus est de directo ad propositum ad fugiendum peccatum luxurie.

Et ventum iam ad ultimam torturam (idest per nos, quia veneramus ad ultimum circulum, in quo punitur luxuria) erat per nos, et conversi ad manum dexteram, et eramus attenti ad aliam curam; idest, non plus loquebamur de questione predicta, sed attendebamus ad novam penam.

—

Ibi ripa flammam foris balistat, idest proiicit, sive emictit; et cornix, scilicet excisio illa que viam facit, sive prebet, spirat flatum in sursum, qui eam reflectit, et viam ab ea sequestrat, sive facit: unde ire nobis conveniebat, idest nos oportebat, a latere excluso unus post alium; et ego timebam focum, idest ignem, et hinc inde timebam cadere infra.

—

Dux meus dicebat: Per istum locum, idest per peccatum luxurie, vult, idest oportet, teneri oculis strictum frenum, eo quod errari posset pro modico.

—

Nunc ponitur cantilena quam cantant isti luxuriosi in isto igne, scilicet, Summe Deus clementie, et infra, Lumbos iecurque morbidum adure igni congruo; accinti ut sint perpetim, luxu remoto peximo. Summe Deus clementie, in sinu grandi ardoris tunc audivi cantando, quod volvendi michi fecit desiderare non minus: et vidi spiritus per flammam eundo, idest euntes; ex quo, idest propter quid, re-

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

43 Appresso al fine ch' a quell' hynno fassi,
Gridavan alto: Virum non cognosco;
Indi ricominciavan l' hynno bassi.
44 Finitol, anco gridavan: Al bosco (1)
Si tenne Dyana, et Elice caccionne (2),
Che di Venere (3) havea sentito el tosco (4).
45 Indi al cantar tornavan; indi donne
Gridavan, e mariti che fur casti,
Come virtute e matrimonio imponne (5).
46 E questo modo credo che lor basti (6)
Per tucto 'l tempo che 'l fuoco gl'abbrucia.
Co[n] tal cura convien, con cotai pasti
Che la piaga da sezzo (7) si ricucia (8).

43 *Prope finem qui in illo ympno fit,*
Clamabant alte: Virum non cognosco;
Inde reincipiebant ympnum submisse.
44 *Finito illo, etiam clamabant: In nemore*
Stetit Diana, et Elicem expulsit,
Que Veneris senserat venenum.
45 *Inde ad cantandum redibant; inde donne*
Clamabant, et coniuges qui fuerunt casti,
Sicut virtus et matrimonium imponit.
46 *Et iste modus credo quod eis sufficiat*
Per totum tempus quo ignis eos adurit.
Cum tali cura convenit, cum talibus passibus,
Quod plaga de sezzo resuatur.

(1) ne le selve — (2) dal bosco — (3) de la luxuria — (4) el veleno — (5) impone a noi — (6) duri — (7) ultima — (8) si medichi e purghi e riserri.

spiciebam ad eos et ad meos passus, compartiendo visum *a quando a quando*, idest tempore, vel de passu ad passum; idest, modo respiciebam ad illas animas et ad ignem, aliquando respiciebam ad pedes ne caderem.

Prope finem, qui in illo ympno fit, clamabant alte, Virum non cognosco (ista fuerunt verba Marie Virginis, Matris Domini Nostri Iesu Christi, ut patet Luce primo capitulo); inde reincipiebant ympnum submissi, idest submissa voce.

Finito illo, etiam clamabant: In nemore stetit Diana, et Elicem expulsit, que Veneris senserat venenum. Nota quod communiter in istis circulis, in quibus puniuntur peccata mortalia, dicuntur aliqua in opprobrium peccatorum, et aliqua in laudem virtutum contrariarum ipsis vitiis. Hystoria de Elice habetur in tertio Ovidii Methamorphoseos. Ista Elice, sive Calixton, quod idem est, erat una de virginibus Diane. Sed Iuppiter rapuit eam, et abstulit ab ea florem virginitatis. Que dum esset in fonte, veniente Diana, volebat exire de fonte, ne Diana cognosceret eam corruptam. Tamen Diana cognovit eam ad pallorem et squallorem oculorum, et expulsit eam de silvis, et abstulit ab ipsa arcum et sagiptas, que conversa est postea in Ursam Maiorem. Intueamur quid faciat luxuria. Separat Elice, scilicet animam humanam, a Diana. Diana est luna, que venatur bestias silvestres cum virginibus, quoniam luna est illa, que sua influentia producit et conservat virgines, et cum sagiptis, idest stimulis, concupiscentie idest feras mortificat. Iuppiter, idest adulter, corrupit virginem, et pudicitiam bonam, postquam dedit ei venenum Veneris; quod dicitur venenum dulce, sed est nimis nocivum. Tunc Diana expulit eam de silva, idest de bona fama.

Demum iste anime laudabant viros et mulieres et omnes coniugatos qui vixerant in fide thori, sicut est vivendum. Inde ad cantandum redibant; inde donne, idest mulieres, clamabant, et viri, idest coniuges, qui fuerunt casti, sicut virtus et matrimonium imponit.

Et iste modus credo quod eis sufficiat per totum tempus quo ignis eos adurit, idest in flammam accendit. Cum tali cura, idest pena, convenit, idest oportet, cum talibus pastibus, idest medicamentis, quod plaga *de sezzo*, idest ultima, resuatur, idest resanetur, etc.

L'APPARIZIONE DEGLI SPIRITI

La poesia generalmente, e quella dell'Alighieri in ispecie, nella quale egli simboleggiò le relazioni più intime e più comprensive del nostro spirito, trae dalla sensibile apparizione della realtà spirituale, molta parte delle sue bellezze. Che se talvolta immaginando trapassa egli i limiti, non però valica mai il fondamento dell'accordo con la religione e con quella parte di vero, che provvidenzialmente venne adombrata dalle stesse mitologiche o popolari superstizioni, nelle quali fu alterata, e che perciò suppongono la realtà. Tutti conosciamo, invero, non che la possibilità ma il fatto delle apparizioni (teofanie, epifanie, dicevano i Greci) degli spiriti in forme sensibili, allorchè vollero manifestarsi ai nostri sensi mortali; fatto storico universalissimo, di cui non si può in alcun modo dubitare.

La dottrina di alcuni Padri, prevalsa al tempo della Scolastica, è espressa dal Poeta ne' versi seguenti:

Tosto che luogo lì la circoscrive,
La virtù formativa raggia intorno
Così e quanto nelle membra vive.
E come l' aer, quand' è ben piorno,
Per l'altrui raggio che in sè si riflette,
Di diversi color si mostra adorno;
Così l'aer vicin quivi si mette
In quella forma, che in lui suggella
Virtualmente l'alma che ristette:
E simigliante poi alla fiammella
Che segue il fuoco là 'vunque si muta,
Segue allo spirto sua forma novella
Perocchè quindi ha poscia sua paruta,
È chiamat' ombra; e quindi organa poi
Ciascun sentire insino alla veduta.

Ma, indubitato il fatto, può ella la ragione nostra spiegarlo, pur confortata dallo splendore del sovrannaturale per fede ricevuto? E vale ella qualcosa questa spiegazione del Poeta? E quanto al primo, rispondiamo di no: a penetrarlo vi bisognerebbe una veduta chiara della realtà sovrasensibile, sciolta da ogni parvenza di senso, il che nel presente nostro stato non si dà. Bensì gli stessi traviamenti più singolari degli antichi e de' moderni, per esempio dello Svedenborg, nascondono alcune verità e danno alcuni criteri, quasi raggi di luce nascosta; i quali rischiarano in parte il fondo oscuro delle misteriose relazioni tra il mondo della materia e quello degli spiriti.

L'idea degli spiriti, disciolti da ogni vincolo de' sensi, fu sempre, e non può non essere, chiarissima nella coscienza umana; ma per l'altra verità, egualmente profonda e chiarissima, dell'unità del Cosmos, tutto accolto nell'unica e semplicissima unità del concetto divino, di cui è ombra, non sapendo noi concepire gli spiriti separati del tutto dal mondo de' corpi, nè una loro relazione meramente intellettuale con questi, sempre si è creduto che essi, ed anche le anime umane, divise dal corpo mortale, rimanessero ad un corpo ombratile e sottilissimo congiunti, per il cui mezzo le comunicazioni col mondo presente si mantenessero: opinione che poi, presso i dotti, chiarita la vera natura dello spirito, svanì. E ve ne fu sostituita un'altra, vagliata, discussa ed ammessa da quasi tutti i Teologi, e che a' poeti antichi e moderni fornì leggiadrissime rappresentazioni; ed è il condensare che questi spiriti, a piacer loro, facevano l'aria, i vapori, le nebbie, insomma i corpi ridotti a stato aeriforme, e così pigliare quell'aspetto che meglio lor paresse, rendendosi visibili od invisibili, e pur sempre, od almeno il più delle volte, impalpabili. Oggi i progredimenti dell'ottica, mentre rendono più che mai agevole il proiettare, in un dato punto, un'immagine reale di cosa in quel luogo non presente nella sua sostanza, chiariscono inutile, e fors'anco impossibile, l'immaginata condensazione degli antichi: e con ciò è risposto anche alla seconda domanda, cioè quale valore abbia la spiegazione di Dante.

Nondimeno dalle immagini sopraddette si hanno due luminose verità, che sono in esse adombrate. E cioè, 1° si manifesta l'unità del Cosmos, e per essa le relazioni tra gl'intelletti e la materia non rompersi mai intieramente; il che è significato dal corpo sottilissimo indivisibilmente congiunto agli spiriti, anche deposto il corpo mortale: 2° si appalesa che se le relazioni sensibili a poco a poco si dileguano, e alla morte cessa nell'uomo l'unione di natura, o di supposto, le intellettuali, invece, simboleggiate dal corpo etereo, o invisibile, o a piacere condensabile, si fanno più strette e più possenti; e tanto più strette e potenti, quanto alla materia de' corpi ed alla loro energia sovrasta l'attività inesauribile dell'intelletto e del cuore. Ed è per queste relazioni puramente intellettuali, che gli spiriti separati operano sopra i corpi, e che sensibilmente ci si manifestano e ci rendono certi della loro attività e presenza; e noi, come nelle immagini di questo mondo vediamo il pensiero eterno di colui che lo crea e di cui è espressione, e nella parola e nel-

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

l'opere dell'arte umana il pensiero del parlante e dell'artista; così nelle apparizioni degli spiriti, le quali sono anche esse opera d'arte, vediamo il pensiero e l'affetto con cui ci fanno di sè stessi comunicazione; ma di una comunicazione però, che, se più straordinaria, certo non è più arcana, nè più maravigliosa, della manifestazione del pensiero di Dio nell'universo, che è sua arte, nè del pensiero degli uomini nella parola e nei prodotti del loro ingegno, che è l'arte a quella di Dio nipote.

Diremo dunque (e questo ci pare il più razionale concetto) che tali apparizioni siano una visione prodotta nello spirito nostro dalla forte azione di spiriti fuori di noi, la quale viene da noi umanizzata: concetto che se non ha tutta la luce desiderabile, certo corrisponde alla natura dell'agente (spirito separato dalla materia) e alle condizioni di chi riceve l'azione, cioè l'umano spirito sostanzialmente al corpo congiunto; concetto che corrisponde a quel che tali apparizioni sono ordinate a produrre, cioè un effetto spirituale e interiore; oltre che esso non presenta qualcosa di falso e d'inconveniente, come sarebbe la formazione di un finto corpo intorno all'agente, o se la visione fosse una sensazione, che non avesse una causa sensata.

CAPITULI VICESIMISEXTI SUMMARIUM

In vicesimosexto capitulo, quod incipit: *Dum sic per extremitatem cornicis,* auctor tractat de secunda specie luxurie, quia de prima dictum est in precedenti capitulo. Ideo notandum est hic, quod, secundum istum auctorem, due sunt species luxurie: una dicitur naturalis; alia dicitur contra naturam. Naturalis est illa, que commictitur a viris et mulieribus; contra naturam est sodomia et bestialitas hermafroditarum. Illi, qui fuerunt luxuriosi luxuria naturali, cantant, Summe Deus clementie, et dicunt, Virum non cognosco, et [de] Dyana et de Helice; et ista species est minus turpis, et de hac tractatur in capitulo precedenti, scilicet vicesimoquinto in fine. De alia specie, putridissima et nephandissima, tractatur in hoc capitulo vicesimosexto. Et ideo, hinc clamando, dicitur, Sodoma et Gomorra, et, In vaccam intravit Pasiphen. Placuit michi ponere penam luxuriosorum totam simul. In ista secunda specie invenit auctor spiritum Guidonis Guinizelli, invenit Arnaldum de Lemoggia. Isti ambo fuerunt versificatores, et fecerunt versus amoris. Hic Arnaldus loquutus fuit auctori in lingua, sive in vulgari, provintiali, ut patet in fine huius vicesimisexti capituli.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

CAPITULUM VICESIMUMSEXTUM

1 Mentre che sì per l'orlo, un anzi all'altro,
Ci andavamo, e spesso 'l buon maestro
Dicendo: Guarda; giovi, ch'io ti scaltro;

1 *Dum sic per extremitatem, unus ante alium,*
Ibamus, et sepe bonus magister
Dicebat michi: Caveas quod ego te scaltro;

Dum sic per extremitatem. Mentre che si per l'orlo: istud est vicesimumsextum capitulum istius Purgatorii, in quo prosequitur materiam luxurie, in quo etiam pertractat de turpissima specie luxurie, scilicet sodomia, que commictitur contra naturam: quod dividitur in quatuor partes. In quarum prima auctor describit duas acies animarum, que invicem sibi obviant in isto foco, et demonstrat ipsarum modum et vicem.
In secunda, que incipit ibi:

> Ego qui duabus vicibus;
> Io che due volte,

auctor respondet uni petitioni facte sibi ab una illarum.
In tertia, que incipit ibi:

> Nunc scis nostros actus;
> Or sai i nostri atti,

illa anima prima manifestat se auctori.
In quarta et ultima, que incipit:

> O frater, dixit ille;
> O frate, disse quello, che mo' te scerno,

predicta anima pandit auctori duas alias animas modernas, quarum quelibet fuit magni valoris.

Primo, more solito, auctor continuat [dicta] dicendis, tangens horam que tunc erat, unde ipse et sui duces ibant per extremitatem cornicis. Et dicit quod sol iam tendebat ad occasum; et magistro suo eum admonente, sol eum feriebat in humero dextro; et quia sol tendebat ad occasum. iam aier efficiebatur coloris albi, quia appropinquabat sero; et quia sol impediebatur, sive radius solis, a corpore Dantis, fiebat umbra, propter quam umbram illi mirabantur. Propter quam admirationem, illi inceperunt dicere: Videtur quod corpus illius non sit fictitium. Et tunc unus illorum interrogabat auctorem, quomodo erat quod ipse faciebat umbram, asserens se et illos spiritus habere maximum appetitum sciendi, quare faciebat umbram. Cui auctor libenter satisfecisset, nisi quia ipse admirabatur novum: quia ipse vidit gentem, quam non viderat, venire versus istam; et iste gentes versus, sive contra, istas venientes, osculabantur se invicem, sicut faciunt formice quando procurant sibi grana discurrentes per terram. Demum ille gentes pretereunt istas, et iste vadunt vias, et interim iterum reinveniunt se, et lacrymando dicebant aliqua que patebunt in textu: et illi qui primo interrogaverant auctorem, et adheserunt ei, [stabant] attenti ad auscultandum ipsum auctorem. Nunc ad textum descendo.

Notandum est quod ipse due gentes sic euntes, una contra aliam, fuerunt peccatores carnales, et una illarum gentium peccavit sodomitice, alia bestialiter, tam cum brutis, quam etiam aliqui eorum fuerunt hermafrodite. Dum sic per orlum, idest per extremitatem, unus ante alium ibamus (quia via erat stricta, ideo non poterant bini ire nec terni), et sepe magister bonus dicebat: Caveas, idest sis attentus; prosit, scilicet tibi, quod ego te scaltro, idest informo, aviso, admoneo. Vel dicas: Respice infra, quod ego te scaltro. Ista littera videtur melior quam illa que dicit: Caveas, prosit.

—

2 Feriami 'l sole in su l'homero destro,
Che già, raggiando, tucto l'occidente
Mutava in bianco aspecto di cilestro:
3 Et io facea coll'ombra più dolente
Parer la fiamma; e pur a tanto inditio
Vid'io molt'ombre, andando, poner mente.
4 Questa fu la cagion che diede initio
Lor a parlar di me; e cominciarsi (1)
A dir: Colui non è corpo fictitio.
5 Poi verso me, quanto potean farsi,
Certi si feron, sempre con riguardo
Di non usar dove (2) non fusser arsi (3).
6 O tu, che vai, non per esser più tardo,
Ma forse (4) reverente, agl'altri dopo,
Risponde a me che 'n sete et in foco ardo.
7 Non sol a me la tua risposta è huopo;
Chè tutti questi n'hanno maggior sete
Che d'acqua fredda d'Yndo o d'Etyopo.
8 Dinne, come tu fai di te parete
Al sol, come se tu non fossi ancora
Di morte entrato dentro da le rete (5).

2 *Feriebat me sol super humerum dextrum,*
Qui iam, radiando, totum occidentem
Mutabat in album aspectum celestrem:
3 *Et ego faciebam cum umbra magis roventem*
Apparere flammam; et tamen ad tantum inditium
Vidi ego multas umbras, eundo, ponere mentem.
4 *Ista fuit causa que dedit initium*
Os ad loquendum de me; et inceperunt
Dicere: Ille non apparet corpus fictitium.
5 *Postea versus me, quantum poterant facere se,*
Certi fecerunt se, et semper cum provisione
Non exeundi ubi non essent combusti.
6 *O tu, qui vadis, ut non sis magis tardus,*
Sed forsan reverens, post alios,
Responde michi qui in siti et in igne ardeo.
7 *Non solum michi tuum responsum est opus;*
Sed omnes isti habent de eo maiorem sitim
Quam de aqua frigida Indus vel Ethiops.
8 *Dic nobis, quomodo est quod facis de te parietem*
Soli, ac si tu non esses adhuc
Ingressus mortis intra rethe.

(1) fra loro — (2) in luogo — (3) purgati nel fuoco — (4) per esser — (5) reti.

Ecce qualis hora erat tunc. Feriebat me sol super humerum dextrum, qui iam, radiando, totum occidentem mutabat in album aspectum cilestrum, idest azurinum: et ego faciebam cum umbra magis dolentem, alias roventem, rubeam, appareri, idest videri, flammam; et tamen ad tantum inditium vidi multas umbras, eundo, ponere mentem, idest respicere me, quia videbant, propter umbram, quam faciebat corpus auctoris, quod flamma habebat diversum colorem a solito, quia umbra non permictebat radios solis penetrari in flammam. Et illa umbra indicabat me esse vivum.

—

Ista fuit causa, que dedit initium eis ad loquendum de me, et inceperunt dicere: Ille non apparet, idest videtur, corpus fictitium; imo habet corpus verum. Iste gentes, licet venirent quasi [ad] extremitatem ignis, tamen non exibant de igne, quia talis lex est eis, quod non exeant de igne quousque sint bene purgate.

—

Postea versus me, quantum poterant, fecerunt se; idest, usque quasi ad extremitatem ignis, certi, idest aliqui, fecerunt se, semper cum previsione, idest cautela, reguardo, scilicet non exeundi, ubi non essent combusti, ubi non esset ignis comburens.

—

Qui dixerunt auctori: O tu, qui vadis, ut non sis magis tardus, sed forte reverens, post alios, responde michi qui in siti et in foco ardeo. Ille anime mirantes et admirantes erant anime unius aciei; ex qua acie una anima loquitur pro omnibus, quasi dicat: [O tu, qui non] propter plus tardare tuum penitere, vadis post, propter reverentiam, responde michi. Quasi dicat: Si ego suffero tantam penam in te petendo in isto igne, tu, qui es sine pena, debes dignari respondere. *In siti:* quia ex calore oritur sitis.

—

Modo probat quod debet respondere, qui[a] in hoc servit pluribus et facit bonum multis; et omne bonum, quanto communius, tanto ditius et melius; dicens: Non solum michi tuum responsum est acceptum, vel appetibile; quia pro se omnes isti de eo habent maiorem sitim, quam de aqua frigida Indus sive Ethiopus. Iste sunt due regiones, ubi sunt maximi calores, et ubi reperitur modicum vel nihil de aqua frigida; et per consequens ibi homines magis appetunt et sitiunt aquam frigidam, scilicet in India, regione orientali, Ethiopia, regione meridionali.

—

Dic nobis, quomodo est quod facis de te parietem, idest obstaculum, soli, ac si tu non esses adhuc ingressus mortis intra rethe; idest, ac si esses adhuc vivus, et non mortuus, et haberes corpus et carnem, et non esset anima separata.

—

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

9 Sì mi parlava un d'essi, et io mi fora
Già manifesto, s'io non fussi atteso
Ad altra novità ch'apparse allora;
10 Chè per lo mezzo del cammin acceso
Venne gente col viso intorno a questa,
La qual mi fece a rimirar sospeso.
11 Lì veggio d'ogni parte farsi presta
Ciascun'ombra, e baciarsi una con una,
Senza restar, contente a breve festa.
12 Così per entro loro schiera bruna
S'amusa l'una coll'altra formica,
Forse a spiar lor vita e lor fortuna.
13 Tosto che parton l'accoglienza amica,
Prima che 'l primo passo lì (1) transcorra,
Sopra gridar ciascuna s'affatica;
14 La nuova gente: Sogdoma e Ghomorra;
E l'altra (2): Ne la vacca entrò Pasyphe,
Perchè 'l torello (3) a sua luxuria corra.
15 Poi come gru, ch'alle montagne Riphe (4)
Volasser parte, e parte inver l'arene (5),
Queste del gielo, quelle del sol (6), schiphe;

9 *Sic nobis loquebatur unus ipsorum, et ego me fe-*
Iam manifestum, si non fuissem intentus [cissem
Ad aliam novitatem que apparuit tunc;
10 *Quia per medium itineris igniti*
Venit gens cum visu contra istam,
Que me fecit ad respiciendum suspensum.
11 *Ibi video ex omni parte fieri festinam*
Quamlibet umbram, et osculari unam cum alia,
Sine quiete, contente brevi festo.
12 *Sic intra per earum aciem brunam*
Musat una cum alia formica,
Forsan ad explorandum earum viam et earum
13 *Quam cito dividunt receptionem amicam,* [fortunam.
Priusquam [primus] passus eos transcurrat,
Supra clamare quelibet laborat;
14 *Nova gens: Soddoma et Gomorra;*
Et alia: In vaccam intravit Pasiphen,
Ut taurellus ad suam luxuriam currat.
15 *Postea sicut grues, que ad montaneas Ripheas*
Volarent prius, et prius versus arenas,
Iste gieli, ille solis, schife;

(1) al. si — (2) gente gridava — (3) el bel thoro. — (4) alte — (5) del mare. — (6) caldo.

Sic michi loquebatur unus ipsorum, et ego me fecissem iam manifestum, si non fuissem intentus ad aliam novitatem, que apparuit tunc; quia per medium itineris accensi, idest igniti, venit gens cum visu, idest facie, contra istam, que me fecit ad respiciendum suspensum, idest admirationem, respiciendo, in me induxit.

—

Ibi video ex omni parte fieri festinam quamlibet umbram, et osculari unam cum alia sine quiete, contente brevi festo, idest brevi, scilicet pauco, solatio.

—

Modo ponit quomodo se osculantur per comparationem formicarum. Sic est, quod aliquando procurantes sibi victum, scilicet grana, vadunt quasi per modum aciei; una vadit, alia venit, et sic multe: et dum sibi invicem obviant, osculantur se et vadunt, nec dimictunt iter propter hoc osculari. Ita faciebant iste acies, quarum una contra aliam veniebat. Sic intra per earum aciem brunam, idest nigram, musat una cum alia formica, forsan ad explorandum earum viam et earum fortunam.

—

Quam cito dividunt ille anime receptionem amicam, idest ab invicem separantur, priusquam primus passus eas transcurrat, superclamare quelibet laborat; nova gens, scilicet illa, que veniebat e contra, dicebat supple, Sodoma et Gomorra; et alia, idest prima, cum qua fui, In vacca Pasiphe intravit, ut taurellus, idest taurus, ad suam, scilicet Pasiphe, luxuriam currat.

Nota quod in Arabia, prope fluvium Iordanis, fuerunt submerse in igne et cremate quatuor civitates propter peccatum sodomie, scilicet Sodoma, Gomorra, Addad, etc.; et ab ista civitate Sodoma peccatum illud contra naturam, nomen sumpsit, sicut a Symone symonia. Nota etiam, sicut dictum in duodecimo capitulo Inferni, Pasiphe fuit uxor regis Minois, regis Crete insule, sive Candie; que, philocapta de uno tauro, fecit fieri per Dedalum unam vaccam ligneam, in quam intrabat occulte, ut taurus ageret cum ipsa actum carnis: quod peccatum est valde bestiale. Et ideo quia ista una gens, que erat hic, peccavit bestialiter cum brutis, et aliqui eorum qui erant hermafrodite (sunt illi qui habent utrumque sexum, masculum scilicet et femininum: iura dicunt, quod tales eligant quo sexu volunt uti; et si postea utuntur alio, faciunt bestialiter), postquam iste acies animarum osculate sunt invicem, separantur ab invicem: una acies vadit versus unam partem, et alia versus aliam partem, et iterum sibi invicem obviant redeuntes, sicut prius. Quomodo ergo separantur?

—

Describit auctor per comparationem quarumdam avium, que dicuntur grues; que grues aliquando turmatim et per modum aciei volant. Alique earum volant a septemtrione versus meridiem; alie acies e converso volant, faciendo etiam suam turmam. Postea sicut grues, que ad montaneas Ripheas, scilicet ad montes Ripheos, sive albos semper propter nives que continuo sunt in illis, qui montes sunt sub

16 L'una gente sen va, l'altra sen vene,
E tornan lagrimando a'primi canti,
Et al gridar che più lor si convene:
17 E raccostarsi a me, come davanti,
Essi medesmi che m'havean pregato,
Attenti ad ascoltar ne' lor sembianti.
18 Io (1), che due volte havea visto lor grato,
Incominciai (2): O anime sicure
D'haver quando che sia di pace stato,
19 Non son rimase acerbe nè mature
Le membra mie di là, ma son qui meco
Col sangue suo e co'le sue giuncture.
20 Quinci su vo per non esser più cieco:
Donna è di sopra che n'acquista gratia,
Perchè 'l mortal (3) per vostro mondo reco.
21 Ma se la vostra maggior vogla satia
Tosto divegna, sì che 'l ciel v'alberghi
Che pien d'amore (4) e più ampio (5) si spatia,
22 Ditemi, acciò ch'ancor carte ne verghi (6),
Chi sete voi, e chi è quella turba
Che se ne va dirieto a'vostri terghi?

16 *Una gens vadit, et alia venit,*
Et redeunt lacrymando ad primus planctus,
Et ad clamandum quod plus eis convenit:
17 *Et adherent michi, sicut ante,*
Ipsimet qui me precati fuerant,
Attoniti ad auscultandum in eorum aspectibus.
18 *Ex quo ego, qui duabus vicibus videram eis gratum,*
Incepi: O anime affanate secure
Habere quandoque pacis statum,
19 *Non remanserunt acerba nec matura*
Membra mea in mundo, sed sunt hic mecum
Cum sanguine suo et etiam cum suis iuncturis.
20 *Hac sursum vado ut non sim amplius cecus:*
Donna est superius que michi acquirit gratiam,
Propter quam mortale per vestrum mundum porto.
21 *Sed si vestra maior voluntas satia*
Cito veniat, ita quod celum vos hospitetur
Quod plenum amoris et magis amplum spatiatur,
22 *Dicite michi, ita quod adhuc cartas virgem,*
Qui estis vos, et que est illa turba
Que vadit retro vestra terga?

(1) Dante — (2) a dir loro — (3) corpo — (4) el quale cielo Empireo — (5) amplo — (6) di scritture.

regione aquilonari, volarent pars, et pars versus arenas, partes scilicet meridionales, ubi est maxima copia arene propter excellentiam caloris; iste geli, scilicet poli arthici, ille solis, idest partium meridionalium, schife, idest fastidite; una gens vadit, alia venit; et redeunt lacrymando ad primos cantus, scilicet Sodoma et Gomorra, et Pasiphe vaccam intravit, et ad clamandum quod plus eis convenit (iste gentes se sic osculantur, ad memoriam osculorum, que in pudore et in inhonestate dederunt in vita. Dicunt talia iste anime in vituperium sui et sue secte, et ex hinc verecundantur, et illa verecundia est pars penitentie earum et purgationis. Alie anime superius cantabant, Summe Deus clementie, ut dictum fuit in capitulo precedenti. Iste spiritus, qui tam diu locutus est cum auctore, erat spiritus Guidonis Guinizzelli de Bononia, qui fuit bonus dictator in vulgari, et fuit notus auctori in vita, cuius opera auctor multum laudat: bonus dictator, et fecit multa sonetia et cantilenas de amore): et adherent michi, sicut ante, ipsi qui me precati fuerunt, attoniti, idest territi, ad auscultandum in eorum aspectibus.

—

Ex quo ego, qui duabus vicibus. E io che due volte: hec est secunda pars huius capituli, in qua, [quia] iste spiritus Guidonis Guinizelli tam avide petierat ab auctore de umbra sua, ipse auctor respondet interrogationi sue, dicens: Ego, qui duabus vicibus videram eis gratum scilicet fore, incepi, scilicet dicere: O anime secure habere quandoque, idest que estis certe, pacis statum, ubi, scilicet nunc, habent guerram, idest tormentum ignis, non remanserunt acerba neque matura membra mea in mundo, sed sunt hic mecum cum sanguine suo et etiam cum suis iuncturis. Idest, nec adhuc non sum mortuus morte violenta, quod vocatur per acerba membra, nec morte naturali in senectute, que est mors non multum afflictiva, quia antiqui vix sentiunt mortem.

—

Hinc sursum vado, ut non sim plus cecus, idest ut non plus stem in carcere vitiorum, sine penitentia: donna est superius, idest domina Beatrix, que michi acquirit gratiam, propter quam mortale, idest corpus, adhuc vivum, quod est mortale, per vestrum mundum, idest Purgatorium, porto.

—

Modo auctor coniurat istas animas, ut indicent sibi, que anime sunt in illis duabus aciebus. Sed si vestra maior voluntas, scilicet exire de penis et ire ad beatitudinem, satia cito deveniat, ita quod celum empireum, quod est supra omnes alios celos immobile, sed est totum de amore et luce, ut dictum fuit superius, vos hospitetur, quod plenum amoris et magis amplum spatiatur, idest dilatatur, quia continet omnes alios celos sub se, dicite michi, ita quod adhuc cartas virgem, idest in cartis virgulariter scribam de vobis, qui estis vos, et que est illa turba, scilicet animarum, que vadit retro vestra terga? Quasi dicat: Que sunt ille duo acies animarum?

—

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

23 Non altrimenti stupido si turba
Lo montanaro, e rimirando ammuta (1),
Quando rozzo e selvatico in se inurba,
24 Che ciascun' ombra fece in sua paruta;
Ma poi che furon di stupore scarche,
Lo qual negl' alti cuor tosto si muta,
25 Beato te, che de le nostre marche,
Ricominciò colei che pria mi chiese (2),
Per morir meglo sperienza imbarche!
26 La gente, che non vien con noi, offese
Di ciò, per che già Cesar, triumphando,
Regina (3), contro sè, chiamar s'intese;
27 Però si parton, Sogdoma gridando,
Rimproverando a sè, com' hai udito,
Et aiutan l'arsura (4) vergognando.
28 Nostro peccato fu hermafrodito;
Ma perchè non servammo humana legge,
Seguendo come bestie l'appetito (5),
29 In opbrobrio di noi, per noi si legge,
Quando partinci (6), el nome di colei (7)
Che s'imbestiò nell'imbestiate scheggie (8).

23 *Non aliter stupefactus turbatur*
Montanarius, et respiciendo obmutit,
Quando rudis et rusticus se inurbat,
24 *Quam quelibet umbra fecit in sua apparentia;*
Sed postquam fuerunt stupore exhonerate,
Qui in altis cordibus cito mutatur,
25 *Beatum te, qui per nostras marchas,*
Reincepit illa que prius me requisivit,
Ut moriaris melius experientiam imbarchas!
26 *Gens, que non venit nobiscum, offendit*
Deum de eo, propter [quod] Cesar, triumphando,
Reginam, contra se, clamare audivit;
27 *Ideo recedit, Sodomam clamando,*
Improperando sibi, sicut audisti,
Et adiuvant arsuram verecundando.
28 *Nostrum peccatum fuit hermafroditarum;*
Sed quia non servavimus humanam legem,
Sequendo sicut bestie appetitum,
29 *In obrobrium, per nos legitur,*
Quando recedimus, nomen illius
Qui se imbestiavit in bestialia scheggia.

(1) doventa mutolo — (2) al. mi richiese — (3) e non re — (4) incendio loro — (5) nostro — (6) al. partianci — (7) di Pasyphe — (8) vacca di legno.

Audito quod Dantes erat vivus, omnes anime obstupuerunt et sunt facte stupide. Sic obstupescit rusticus, quando primo venit ad civitatem: qui in villis et ruribus usus est videre pecora, porcos, personas rusticas, indutas de vilissimo panno, discalceatas; et in civitatem primo veniens, videt apothecas pulcherrimas, res vendibiles, homines et mulieres optime indutos, et alia nobilia, unde obstupescit. Non aliter stupefactus turbatur montanarius, idest rusticus de montibus, et respiciendo obmutit, scilicet admirans, quando rudis et rusticus se inurbat, idest urbem intrat, quam quelibet umbra fecit, idest obstupuit, in sua apparentia; sed postquam fuerunt stupore exhonerate, qui scilicet stupor in altis cordibus cito mutatur, idest cessat (quasi dicat: Magnanimi cito deponunt stuporem, sed pusillanimi diu obstupescunt; et quia iste anime magnanime statim deposuerunt admirationem), Beatum te, idest dico, (felix, quem faciunt aliena pericula cautum), qui per nostras marchias, idest regiones, sive contratas, qui sunt inter montes et mare, reincepit, scilicet loqui, illa scilicet anima Guidonis Guinizzelli, que prius me requisivit, ut moriaris melius, supple quam nos fecerimus, experientiam *imbarcas*, idest in barca tua reponis; idest experiri vis. *Imbarcas:* idest reponis in barca tui ingenii.

—

Gens que non venit nobiscum, offendit Deum de eo, propter quod Cesar, triumphando, reginam contra se clamare audivit (nam cum Cesar erat quatuordecim annorum, ivit cum Terino, homine sic vocato, nobili cive romano, in prefecturam Asie. Cum esset ibi, ille Terinus misit ipsum Cesarem ad Nicomedem, regem Bythinie, hominem peximum in vitio sodomie, qui rex requisivit Cesarem de tali tam turpi et scelerato actu, cui non consensit Cesar. Hoc sciverunt sotii Cesaris. Demum nota, quod Cesar voluit habere triumphos suos Rome, et habuit quinque; quatuor in uno mense, et quintum in alio mense. Primus et gloriosior fuit triumphus gallicus, qui fuit multum mirabilis. Cum quadraginta elephantibus intravit civitatem, qui portabant faces appensas, ad denotandum ardentem virtutem Cesaris. Modo quando dabantur triumphi, licitum erat unicuique verecundiam [dare] tali habenti triumphum. Unus de sotiis Cesaris, memor quomodo rex Nicomedes, rex Bythinie, invitaverat eum de tali actu esecrabili, sub nube dixit, im-[pro]perando sibi: Regina fuisti aliquando vocatus, idest ad opus regine. Bythinie [rex] volebat uti actu carnali: debebat vocare reginam suam uxorem, et ipse vocavit Cesarem. Bene invenio quod Cesar dilexit plures mulieres, sicut patet de Cleopatra, sorore Ptholomei, et pluribus aliis nobilibus; sed de actu sodomitico non legi. Vult dicere ista anima, que loquitur auctori, quod illa de illa acie, in qua erat iste Guido, fuit involuta in peccato sodomitico); ideo recedit, Sodomam clamando, improperando sibi, sicut audisti; et adiuvant arsuram verecundando; idest verecundia, quam habent, est pars purgationis earum.

—

Nostrum peccatum fuit hermafroditarum, idest habentium utrumque sexum; sed quia non servavimus humanam

30 Hor sai nostr'acti, e di che fummo rei;
Se forse a nome vuoi saper chi semo,
Tempo non è di dire, e non saprei.
31 Farotti ben di me volere scemo:
Son Guido Guininzelli; e già mi purgo,
Per ben dolermi (1) prima ch'allo stremo (2).
32 Quali nella tristitia di Ligurgo
Si fer due figli a riveder la madre,
Tal mi fec'io, ma non a tanto insurgo,
33 Quand'i'odo nomar sè stesso el padre
Mio e (3) de gl'altri miei miglor, che mai
Rime d'amor usar dolci e leggiadre:

30 *Nunc scis nostros actus, et de quo fuimus rei;*
Si forsan nomine vis scire qui fuimus,
Tempus non est dicendi, et non scirem.
31 *Faciam bene de me tuum velle diminutum:*
Sum Guido Guinizelli; et iam me purgo,
Quia bene dolui prius quam ad extremum.
32 *Quales in tristitia Licurgi*
Devenerunt duo filii ad revidendum matrem,
Talis deveni ego, sed non ad tantum insurgo,
33 *Quando ego audio nominare seipsum patrem*
Meum et aliorum meorum meliorum, qui unquam
Rithymis amoris usi sunt dulcibus et pulchris:

(1) pentirmi — (2) de la morte — (3) padre.

legem (que vult quod hermafrodite eligant sibi sexum, quo volunt, et illo uti possunt, sed ab alio debent abstinere), sequendo [sicut] bestie appetitum, in obbrobrium nostrum, scilicet nostram verecundiam, per nos legitur, quando recedimus, nomen illius, scilicet Pasiphe, que se imbestiavit in bestialia scheggia, idest in bestialia ligna, idest vacca lignea. Ipsa Pasiphe demum peperit Minothaurum, ut dictum fuit in capitulo duodecimo Inferni.

—

Nunc scis nostros actus. Or sai i nostri atti: hec est tertia pars huius capituli, in qua anima ista indicat seipsam auctori, dicens: Si tu velles scire de nobis in singulari, tempus non est modo aptum ad hoc, nec ego scirem, supple dicere; sed de me faciam te contentum. Ego in peccato hoc, sicut audivisti, fui; sed penituit me peccatorum meorum, antequam venirem ad extremitatem vite. Postea per unam pulchram comparationem ostendit auctor quantam letitiam habuit ex hiis, que dixit ipse Guido. Comparatio est hec. Sicut narrat Statius in quinto libro Thebaydos. Ysiphile fuit filia regis Thoantis, regis insule Lenni, et prout fuit dictum in decimoctavo capitulo Inferni: que debuit occidere patrem suum, sicut omnes alie mulieres de Lenno interfecerunt masculos; et quia ipsa non fecit, oportuit ipsam fugere de insula Lenni, et ivit ad partes Gretie et ad regnum Licurgi. Hanc Iason dimisit gravidam, et peperit duos filios, quos dimisit fugiens, nec sciebat quid esset de eis; qui creverunt, nec ipsi sciebant quid de matre sua. Rex Licurgus habuit unum filium, pro quo nutriendo querebat nutricem. Fuit dictum sibi de ista Ysiphile. Ipse rex recepit eam in nutricem filii. Dum filius ille esset duorum annorum, septem reges venerunt contra Thebas, et tunc erat maxima caristia de aqua, quia omnes fontes erant dessicati, preter unum fontem vocatum Langiam. Venientes ipsi septem reges cum magno exercitu contra Thebas, et indigentes aqua, sitiebant nimis. A casu ista Ysiphile iverat ad campos et prata ad solatium, secum ferens filium regis, quem nutriebat. Isti septem reges, sitientes, ignorantes ubi esset aqua, tandem inventam istam mulierem, scilicet Ysiphilem, interrogaverunt ubi esset fons: ipsa, derelicto filio regis, quem nutriebat, inter herbas, ivit et demonstravit fontem Langie ipsis; et rediens, reperit puerum mortuum, percussum a serpente. Quod cum innotuit regi Licurgo, ipse voluit quod ista Ysiphile, nutrix, moreretur. Audiendo hoc illi reges, nullatenus hoc fieri permiserunt. In exercitu illorum septem regum, erant isti duo filii Ysiphile, qui erant adulti, et in isto disturbio dicebatur: Ysiphile debet mori. Memores nominis matris eorum, dixerunt: Que est ista mulier? que est ista Ysiphile? Fuit dictum, quod erat una nobilis mulier forensis de Lenno insula; et sic recognoverunt filii matrem, et mater filios recognovit. Unde ex letitia vix remansit viva Ysiphile, et etiam filii habuerunt maximam letitiam. Vult dicere auctor, quod sicut et quemadmodum letati sunt duo filii Ysiphile, videndo matrem, sic letatus fuit auctor, videndo et audiendo Guidonem Guinizzelli. Sed dicit: Non tantum assurgo, non sum tanti valoris, sicut erant illi duo filii Ysiphile, qui erant filii regine et etiam reges; sed non cum grandi gaudio, quia non sum filius regis sicut illi fuerunt, insurrexi. Nunc scis nostros actus, [et] de quo fuimus rei: si forsan nomine vis scire qui sumus, tempus non est dicendi, et non scirem. Faciam bene de me tuum velle diminutum; idest de nomine meo tuam voluntatem satiabo. Sum Guido de Guinizzellis; et iam me purgo, quia bene dolui priusquam ad extremum, scilicet venirem; scilicet, quia ante mortem dolui de peccatis commissis. Quales in tristitia Licurgi, de morte filii sui, quando debuit interfici Ysiphile, devenerunt duo filii, scilicet ipsius Ysiphile, ad revidendum matrem; talis deveni ego, idest sic letatus sum, sed non ad tantum insurgo, idest non tamen cum tanto gaudio, quando ego audio nominare seipsum patrem meum, et aliorum meorum meliorum, qui unquam rithymis amoris usi sunt dulcibus et pulchris, delectabilibus idest.

—

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

34 E senza udir (1) e dir (2), pensoso andai
Lunga fiata rimirando lui,
Nè per lo fuoco in là più m'appressai.
35 Poichè di riguardar pasciuto fui,
Tucto m'offersi prompto al suo servigio,
Coll'affermar (3) che fa creder altrui.
36 Et elli a me: Tu lassi tal vestigio,
Per quel ch'i' odo, in me, e tanto chiaro,
Che Lhete (4) nol può tor nè farlo bigio.
37 Ma, se le tue parole hor ver giuraro,
Dimmi, che è cagion perchè dimostri
Nel dir e nel guardar havermi caro?
38 Et io a lui: Li dolci decti vostri,
Che, quanto durerà l'uso moderno,
Faranno cari ancor e loro inchiostri (5).
39 O frate, disse, questo ch'io ti cerno (6)
Col dito, et additò un spirto innanzi (7),
Fu miglor fabro di parlar materno (8).
40 Versi d'amore e prose di romanzi
Soverchiò tucti; lassa dir li' stolti,
Che quei di Lemosi credon ch'avanzi.

34 *Et sine audire et dicere, sequutus fui*
Longo tempore respiciendo eum,
Nec per ignem ultra appropinquavi.
35 *Postquam respiciendo pastus fui,*
Totum me obtuli promptum ad suum servitium,
Cum confirmare quod facit credere alios.
36 *Et ipse ad me: Tu dimictis tale vestigium,*
Pro eo quod audio, in me, et tantum clarum,
Quod Lethes non potest illud tollere nec facere
37 *Sed, si tua verba nunc verum iuraverunt,* [obscurum.
Dic michi, que est causa propter quam demonstras
In dicto et loquela habere me carum?
38 *Et ego ad eum: Dulcia dicta vestra,*
Que, quanto durabit usus modernus,
Facient cara adhuc illorum atramenta.
39 *O frater, dixit, ille quem nunc tibi demonstro*
Cum digito, et additavit unum spiritum ante,
Fuit melior faber eloquii materni.
40 *Versibus amoris et prosis romantie*
Superavit omnes; et permicte dicere stultos,
Quia illum de Lemogio credo quod excedat.

(1) da lui — (2) a lui — (3) col giuramento — (4) fiume — (5) scritture — (6) dimostro — (7) a sè — (8) vulgare.

Et sine audire et dicere, securus ivi longo tempore, respiciendo eum; idest, diu admirabar, quomodo talis et tantus homo fuerit involutus in tali vitio: nec per ignem ultra appropinquavi; idest, tamen non fui amplexatus ipsum, ne in illa pice intrarem.

—

Postquam respiciendo pastus fui, idest satiatus, totum me obtuli promptum ad suum servitium, cum confirmare quod facit credere alios, idest cum iuramento.

—

Et respondens Guido sibi, et ipse ad me, supple dixit: Tu dimictis tale vestigium, pro eo quod audio, in me, et tantum clarum, quod Lethes, scilicet fluvius oblivionis, non potest illud tollere nec facere obscurum; et ideo non oportet quod tu iures, nec quod te offeras michi, quia iam ostendisti quod me diligis, et quia alibi laudasti me. *Bigio:* idest obscurum.

—

Sed, si tua verba nunc verum iuraverunt, dic michi que est causa, propter quam demonstras in dicto et in loquela habere me carum?

—

Et ego ad eum, scilicet dixi: Dulcia dicta vestra, scilicet sunt causa quare vos habeo carum; que, quanto durabit usus modernus, scilicet maternus sermo, facient cara adhuc illorum atramenta, idest in caro pretio tenebuntur dicta tua in scriptis.

—

Modo iste Guido nominat duos alios bonos dictatores, quos prelaudat supra seipsum, affirmans quod quilibet illorum fuit excellentior eo ipso. O frater, dixit, ipse quem nunc tibi cerno, idest discerno, vel demonstro, cum digito (et additavit, idest digito demonstravit unum spiritum ante), fuit melior faber eloquii materni. *Faber:* idest factor, artifex, et repertor sive inventor.

—

Versibus amoris et prosis romantie superavit, idest excessit, omnes; et permicte dicere stultos, quia illum de Lemosino credo quod excedat. Iste de quo loquitur auctor, fuit Arnaldus de Provintia, qui non habuit parem in rithymis romantiis. Illi de Provintia dicunt: *Parlo romanzo.* Cesar adstrinxit eos ad loquendum ydioma romanum; quod faciendo, corrumpunt linguam; et ideo dicunt: *Parla romancio.* Iste alius de Lemogio vocatus fuit Geraldus Brunellus de Lemoggia: fuit etiam dictator in vulgari suo et notabilis; sed non fuit par, nec equalis, isti de Provintia, qui vocatus Raynaldus Provenzale, fuit optimus dictator in ydiomate materno, excessit omnes secundum auctorem nostrum.

—

41 A voce (1) più ch'a ver drizzan li volti (2),
E così ferman sua oppinione
Pria ch'arte (3) o ragion per lor s'ascolti.
42 Così fer molti antichi di Guidone,
Di grido in grido pur lui dando pregio,
Finchè l'ha vincto el ver con più persone.
43 Hor, se tu (4) hai sì ampio privilegio,
Che lecito ti sia andar al chiostro (5),
Nel quale è Chrysto abbate del collegio (6),
44 Falli (7) per me un dir d'un Pater nostro,
Quanto bisogna a noi di questo mondo,
Dove poter peccar non è più nostro.
45 Poi, forse per dar luogo altrui (8) secondo,
Che presso havea, disparve per lo foco,
Come per acqua 'l pesce andando al fondo.
46 Io mi feci al mostrato innanzi un poco,
E dissi che 'l suo nome al mio desire
Apparecchiava gratioso loco.
47 El cominciò liberamente a dire:
Tam me bellis vestre cortes deman,
Ch'ie vus non pos (9) ne voil a vos courire.

41 *Ad vocem plusquam ad verum erexerunt vultus,*
Et sic firmarunt suam oppinionem
Prius quam ars vel ratio per eos auscultetur.
42 *Sic fecerunt multi antiqui de Guictone,*
De clamore in clamorem solum dando ei pretium,
Quousque eum veritas vicit cum pluribus personis.
43 *Nunc, si tu habes ita amplum privilegium,*
Quod licitum tibi sit ire ad claustrum,
In quo Christus est abbas collegii,
44 *Facias pro me unum dicere Pater Noster,*
Quantum indigemus nos de isto mundo,
Ubi posse peccare non est plus nostrum.
45 *Postea, forsan propter dare locum alteri secundum,*
Quem prope habebat, disparuit per focum,
Sicut per aquam piscis eundo ad fundum.
46 *Ego me feci ad illum, qui se monstraverat ante*
[aliquantulum,
Et dixi quod suo nomini meum desiderium
Preparaverat gratiosum locum.
47 *Ipse incepit libere dicere:*
Tantum michi placet vestra curialis petitio,
Quod ego non possum nec volo cooperire.

(1) di popolazo — (2) loro — (3) che arte — (4) o Dante — (5) del Paradiso — (6) de' Beati — (7) al. fa li — (8) ad altri — (9) al. puos.

Ad vocem plusquam ad veritatem erexerunt [vultus], et sic se firmant suam opinionem prius quam ars vel ratio per eos auscultetur. Vult dicere quod multi iudicant illa que nesciunt, sed solum quia sic audierunt dici. Et hic error committur coctidie. Multi dicunt: Talis est valens et asserunt; et si interrogantur: Quomodo scis tu hoc? dicerent: Quia ego audivi a pluribus. Ergo, quia plures dicunt, sic est. Ego mallem credere uni dicenti plus et scienti veritatem, quam pluribus dicentibus idem et non scientibus. Debeo ego credere plus centum rusticis de poesi, quam Francisco Petrarche soli, qui fuit maximus poeta? Certe non: ideo fatui sunt, qui credunt vulgo ignoranti et non dant fidem sapienti.

—

Sic fecerunt multi antiqui de Guictone de Aretio, scilicet ipsum commendando, de clamore in clamorem solum ei [dando] pretium, excellentie scilicet, quousque eum veritas vicit cum pluribus personis. Iste Guictonus de Aretio dixit graviter in ydiomate ytalico.

—

Nunc, si tu habes ita amplum privilegium, quod licitum tibi sit ire ad claustrum, in quo est Christus abbas collegii, idest quod tu possis ire usque ad Deum in celum empireum, facias pro me dicere unum Pater noster, idest dicas pro me unum Pater noster, quanto indigemus nos de isto mundo, ubi posse peccare non est plus nostrum, idest usque ad illam septimam petitionem: Et ne nos inducas in tentationem: nam illa petitio non est nobis necessaria, quia non plus possumus temptari aut peccare.

—

Postea, forsan propter dare locum alteri secundum, quem prope habebat, disparuit per focum, idest ignem, sicut per aquam piscis eundo ad fundum. Sic disparuit iste Guido, etc.

—

Et ego me [feci ad] illum, qui se monstraverat ante aliquantulum, idest ad Arnaldum Provintialem, et dixi quod suo nomini meum desiderium preparabat gratiosum locum; idest, ego appropinquavi me ad illum, qui fuerat michi demonstratus per Guidonem Guinizzelli, cum dixi quod libenter scirem nomen suum. Iste Raynaldus erat Provintialis; ideo introducit eum loquentem in ydiomate provintiali. Sic placuit auctori, non quia ydioma provintiale sit multum pulchrum aut gratum, sed quia hic magnus dictator fuit de lingua illa.

—

Ipse, scilicet Arnaldus, respondens, incepit libere dicere: Tantum michi placet, idest me delectat, vestra curialis petitio, quod ego non possum nec volo cooperire, scilicet nomen meum, sed libere volo pandere.

—

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

48 Iem sunt Arnalt, che plor e vai cantan,
Con si tos ver la spassada follor,
E vau giausen lo ior hesper denan.
49 Ara vus preu per achella valor,
Ch' e vus guida al son do l'eschalina,
Sovegna vos a temps de ma dolor.
Poscia (1) s'ascose nel fuoco che li affina (2).

48 *Ego sum Raynaldus, qui ploro et vado cantando,*
Sicut iam feci preterita peccata,
Et vado gaudendo letus diem quem spero ante.
49 *Nunc ego precor vos, per illam virtutem,*
Que conducit vos ad summum scalarum, quod
Subveniat vobis in tempore de meis doloribus.
Postea se abscondit in igne qui eos affinat.

(1) al. poi — (2) purga.

Ego sum Arnaldus, qui ploro et vado cantando, sicut iam feci preterita peccata. Sic faciunt omnes qui sunt in Purgatorio, quia plorant propter penam peccatorum commissorum, et cantant propter iustitiam Dei, de qua contentantur, et propter gloriam quam expectant, de qua habenda iam sunt certi. Et vado gaudendo letus, scilicet contemplando diem, quem spero ante, idest de proximo spero habere.

—

Nunc ego precor vos, [per] illam virtutem que conducit vos ad summum scalarum, vel ad summitatem, subveniat vobis, idest recordemini, in tempore de meis doloribus. Postea se abscondit in igne, qui eos affinat, idest purificat, mundat. Sicut aurum in fornace, sic illi spiritus in igne purificantur. Iste Arnaldus, sive Raynaldus, fuit homo aulicus, et fuit in Provintia et Frantia in magno pretio apud magnos dominos. Erat sapiens homo, magnus dictator; fuit etiam prodigus, devenit in magnam paupertatem. Et dum esset in tali infirmitate gravatus, composuit unam cantilenam moralem magne sententie,et misit omnibus dominis cum quibus practicaverat in sanitate. Demum fecit eos rogari, quod sicut ipsi donaverant sibi multa bona tempore sanitatis, et ipse delectaverat et consolatus fuerat mentes eorum, ita dignarentur non relinquere in morbo suo; et breviter, propter hoc ipse recepit multa millia florenorum, et cum ipsis dedicavit se uni monasterio, in quo stetit moraliter, et sancte feliciter finivit ibidem vitam suam.

LA PENA DEL FUOCO A PURGAZIONE DELLE COLPE DEL SENSO

Finalmente il Poeta è arrivato tra' lussuriosi; e avanzando su quell'orlo, viene dal suo Maestro avvertito a guardarsi dalla fiamma che quivi fortemente ardeva. Molte eran l'ombre in essa avvolte, le quali avvedendosi che egli recava un corpo vero dal mostrarsi, per l'ombra di lui, la fiamma più rovente, gli si fecero da presso

. . . . . quanto potevan farsi,

per accertarsene, ma

. . . . . sempre con riguardo
Di non uscir dove non fossero arsi.

Questo incendio, che nel concetto del Poeta purga le carnali colpe nell'ultimo giro del Purgatorio col medesimo fuoco che brucia i riprovati nell'Inferno, o altrimenti con un turbine che flagella e travolge, è giustissimo; oltre che corrisponde appieno alla rivelazione divina. Imperocchè è ben conveniente che una pena corporea, e fra le corporee la più straziante, sia purgazione di que' falli, i quali, se da un lato per l'offesa alla natura umana abusata sono gravissimi, dall'altra, per il volontario, diminuito dalla veemenza della tentazione da cui procedono, possono avere un minor grado d'imputazione. Il fiero tormento dell'ardor della fiamma n'accenna la gravità; e la pena, quasi meramente esteriore, mostra che il fallo da espiare, più che interno, fu esteriore, e quindi vi furon quasi sempre circostanze o ragioni che ne scemarono l'imputabilità. Onde disse San Gregorio, che tali colpe sensuali sono di minor colpa delle spirituali, e perciò nella scala digradante, immaginata dal Poeta, tengono la sommità.

Se poi, come facilmente potrebbe riscontrarsi, ogni colpa ha nel disordine, in che essa consiste, la propria sanzione, come l'ha ogni virtù nell'ordine, si vede perchè la sensualità, tanto sovente raffigurata in un fuoco che accende il sangue e macera le membra, da un fuoco che disordinatamente crucia venga punita; laddove la fiamma dell'amor puro, cioè conforme all'ordine di ragione, e tanto più pura quanto meno del senso partecipa, a' beati è premio e gaudio.

Il fuoco, tra gli elementi materiali, rappresenta quello che nel consorzio degli spiriti è l'amore, e però l'uno suolsi adoperare a segno dell'altro; e come il calore è delle manifestazioni parventi della materia e della formazione e conglomerazione dei corpi il fattore precipuo, così da esso non incongruamente vien punito il delitto che offende la perennità della vita, in che si sostanzia l'essenza concreta della specie. Dall'ordine dell'amore fiorisce ogni virtù ed ogni gaudio vero, cioè perenne; dal disordine della volontà nasce fontalmente ogni strazio: quindi, se il piacere del senso abusato offende nel più sostanziale la natura, consentaneo è a giustizia che ne sia vindice e mezzo espiatorio quell'elemento di essa, il quale è d'ogni altro più comprensivo e che alla totalità del corpo si distende.

Sono note le molte opinioni de' Teologi sopra la qualità del fuoco adoperato dalla giustizia divina ad espiazione temporanea o a perpetuo castigo nell'altra vita: opinioni tra le quali non seppe risolversi, come nota San Bonaventura, il grande Agostino. Ma se la ragione e la fede d'accordo consigliano a concepire lo stato oltremondano spoglio di quelle parvenze, che sono soltanto ombra della realtà, vuolsi ad un tempo notare, che i tormenti, dati per mezzo della materia e del più visibile agente di essa, trovano una stupenda armonia con le analogie della ragione e con le relazioni non rotte, ma spostate soltanto e fatte violente, tra la natura corporea obbediente a Dio e gli spiriti che a lui si ribellarono. Non possiamo però pretendere di penetrare il fondo del mistero, ossia del modo maraviglioso, come lo chiama lo stesso Sant'Agostino *(miris modis)*, con cui l'azione si effettua: perocchè a questo fondo noi non possiamo giungere neanche nelle cose più chiare ed intelligibili della creazione.

Alla dottrina cattolica circa il fuoco del Purgatorio ha stretta relazione, e ne è conferma, quel che sappiamo dover accadere nell'ultimo dei giorni; e cioè, che non vi sarà un'anima sola, la quale non venga sperimentata col fuoco per conoscere se sia degna o no del cielo. E si ha nelle seguenti parole di San Paolo (*ad Corint.* I, cap. III): « Altro fondamento non può gettare chi che sia fuor di quello che è stato gettato, che è Cristo Gesù. Che se uno sopra questo fondamento fabbrica oro, argento, pietre preziose, legna, fieno, stoppie, si farà manifesto il lavoro di ciascheduno: perocchè il dì del Signore lo porrà in chiaro, dappoichè sarà disvelato per mezzo del fuoco; ed il fuoco proverà quale sia il lavoro di ciascheduno. Se sussisterà il lavoro che uno vi ha sopra edificato, ne avrà ricompensa: se di alcuno il lavoro arderà, ne soffrirà egli il danno; ma sarà salvato; così però come per mezzo del fuoco. » Il fuoco, adunque, che a' dannati è pena, ai beati è premio e gaudio, che ne investe, ne irraggia e ne fa risplendere la bellezza.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

CAPITULI VICESIMISEPTIMI SUMMARIUM

In isto vicesimoseptimo capitulo, quod incipit: *Sicut quando primi radii*, auctor finit penas omnes Purgatorii. Et primo ponit quomodo unus angelus, veniens ad ipsum, purgavit eum a vitio luxurie et cantabat, Beati mundo corde, quod scribitur Matthei quinto capitulo. Demum dixit Angelus: Ammodo non potest iri superius, nisi ignis mordeat vos prius; ideo intretis in ignem et attendatis ad cantum, qui cantatur ultra. Audito hoc, Dantes timuit valde et appodiavit se Virgilio, qui dixit quod non timeret. Et quia Dantes tardabat intrare ignem, ideo Virgilius dixit: Videas, Dantes, inter nos et Beatricem non est aliud nisi iste murus. Et tunc intraverunt ignem. Primo, ibat Virgilius; postea, auctor; tertio, sequebatur Statius; et quando fuerunt in alvo ignis, dicit, quod, si potuisset, proiecisset se in vitro bullienti, ut reciperet refrigerium inde, scilicet in vitro. Hoc dicit ad denotandum maximum incendium. Dum irent per ignem, audiebant unam vocem continue dicentem: Venite, benedicti Patris mei. Matthei vicesimoquinto capitulo scribitur. Et sic exiverunt de igne. Iste ignis est propria spera ignis. Nam fingit auctor quod iste mons Purgatorii ascendit usque ad orbem lune, et sic oportuit istos ascendere per speram ignis, volendo ascendere ad summitatem montis. Et iam fiebat sero; ideo in ascendendo super scalas, quilibet providit sibi de uno gradu propter quietem nocturnam. Et tunc Dantes, veniente nocte, obdormivit per noctem. De mane, ante diem per duas horas, Dantes sompniavit, quod ipse videbat unam pulchram iuvenculam, ambulantem per unam partem, colligendo flores, et cantando dicebat: Sciat, quicumque nomen meum querit, quod ego sum Lya, et moveo in circum manus meas ad faciendum me pulchram, [et] ad complacendum me orno ad speculum. Soror mea Rachel nunquam recedit a suo almiraglio. Per Lyam intellige vitam activam; per Rachelem, contemplativam. Et iam radii solares apparebant, quia erat facta dies. Ipse auctor fuit a sompno excitatus. Surgens, vidit duos poetas iam a diu surrexisse. Tunc Virgilius, conversus ad auctorem, dixit ei: Ignem temporalem, idest ignem Purgatorii, et eternum, idest ignem Inferni, vidisti, fili, et venisti in partem, ubi ego ulterius non discerno. Hoc dixit Virgilius, quia iam auctor pervenerat ad Paradisum terrestrem, de quo Pagani non habent fidem. Ammodo sol relucet tibi in fronte: videas herbas, videas arbores, quas terra hic a se producit. Quousque oculi, scilicet Beatricis, qui venerunt ad me lacrymosi, venerint huc ad te, tu sedere potes, et potes ambulare: amplius non expectes meam doctrinam: liberum, sanum et rectum est tuum arbitrium. Hoc dicit, volendo figurare hominem, qui vere acquisivit habitum virtutis, et qui bene potest libere et cum delectatione virtuose operari, et malum esset non sequi arbitrium rectum. Et tunc dixit Virgilius Danti: Ego te supra te mitrio et corono. Et sic completus est tractatus penarum Purgatorii. Iam tractabit de Postpurgatorio, scilicet de Paradiso terrestri, in quo auctor describet Ecclesiam militantem.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

CAPITULUM VICESIMUMSEPTIMUM

1 Sì come quando e primi raggi vibra
Là dove 'l suo Fattor lo sangue sparse,
Cadendo Ibero sotto l'altra Libra,
2 E l'onde in Ghange da nona riarse,
Sì stava il sol, onde il giron sen giva,
Come l'angel di Dio lieto ci apparse.

1 *Sicut quando primos radios vibrat*
Ubi suus Factor sanguinem sparsit
Cadendo Ybero sub alia Libra,
2 *Et undas in Gange de novo rearsit,*
Unde dies recedebat, sic stabat sol,
Quando angelus Dei letus apparuit nobis.

Sicut quando primos radios vibrat. Sì come quando i primi raggi vibra: istud est vicesimumseptimum capitulum istius Purgatorii, in quo finitur pena purgationis luxuriosorum, et per consequens finiuntur omnes pene Purgatorii; quod quidem capitulum dividitur in quatuor partes. In quarum prima ponitur apparitio unius angeli, qui purgat eum de peccato luxurie et invitat eum ad transeundum speram ignis.
In secunda, que incipit ibi:

Postea intra ignem;
Poi dentro lo foco,

ponitur transitus suus per illum ignem.
In tertia, que incipit ibi:

Sic ruminando;
Sì ruminando,

describit unum spiritum supremum.
In quarta parte, que incipit:

Sicut scale;
Como la scala,

describitur informatio Virgilii, quomodo scilicet informavit auctorem, et licentiam quomodo sumpsit Virgilius ab auctore.

Primo igitur auctor ponit continuationem suo more solito et laudabili, describendo tempus quod erat tunc. Vult dicere in effectu, quod ibi ubi erat Dantes cum suis ducibus et in emispirio inferiori fiebat nox, et per consequens in nostro superiori, scilicet poli arthici, fiebat dies. Dicit igitur quod sol stabat ibi in occidente inferiori, idest emictebat radios transversales versus orientem. Sicut quando radios vibrat, sive agitat, de mane, quando oritur in nostro emispirio superiori, in quo auctor ipsius solis et omnium creaturarum, sanguinem sparsit pro redemptione humani generis; scilicet in monte Calvarie, ubi erat locus iustitie prope Hierusalem, quia in nostro superiori emispirio fuit crucifixus Christus; cadendo Ybero (Yberus est flumen regale in Hyspania, dividens Hyspanias, sicut Padus dividit Lombardiam) sub alia Libra. *Ybero:* idest occidente, cuius oriens nostrum est oppositum. Dicitur hic Libra, quia sepe poete vocant Arietem Libram, quia facit equinoxium sicut Libra. Fiebat ibi nox; in nostro emispirio fiebat dies. Tunc sol quando oritur, reardet, idest cum suis radiis reilluminat undas in Gange. Ganges est fluvius regalis in oriente, ita quod sol videbatur ferire Gangem. Sicut igitur sol mictit radios suos, oriendo, transversaliter versus occidentem, ita tunc sol in emispirio inferiori mictebat radios suos versus orientem transversaliter, et ibi fiebat nox; et ideo dies recedebat, quando angelus Dei cum magna letitia apparuit eis. Sicut quando primos radios vibrat, idest agitat, scilicet sol, ubi suus factor, idest Deus Iesus Christus, qui fecit solem et omnes creaturas, sanguinem sparsit, scilicet in Hierusalem ubi est crucifixus; cadendo Ybero, idest flumine sic dicto in Hispania, scilicet in occidente, sub alia Libra, idest sub Ariete, scilicet in emispirio inferiori (Aries vocatur hic Libra, qu'a facit equinoxium); et undas in Gange, fluvio sic dicto in

3 Fuor de la fiamma stava in su la riva,
E cantava: Beati mundo corde,
In voce assai più che la nostra viva.
4 Poscia(1): Più non si va, se pria non morde,
(2) Anime sancte, el fuoco: entrate in esso,
Et al cantar di là non siate sorde.
5 Sì disse, come noi li fummo presso:
Perch'io divenni tal (3), quand'io lo'intesi,
Qual è colui che ne la fossa è messo.
6 In su le mani commesse mi presi,
Guardando 'l foco, ymaginando forte
Humani corpi già veduti accesi.
7 Volsersi verso me le buone scorte (4),
E Virgilio mi disse: Figliuol (5) mio,
Qui può esser tormento, ma non morte.
8 Ricordati, ricordati, che, se io (6)
Sovr'esso Gerion ti guidai salvo,
Che farò hora presso più a Dio?

3 *Extra flammam stabat super ripam,*
Et cantabat: Beati mundi corde,
In voce satis plusquam nostra viva.
4 *Postea: Ulterius non itur, si prius non mordet,*
Anime sancte, ignis: intrate in ipsum,
Et ad cantum qui ultra fit non sitis surde.
5 *Sic dixit, sicut nos fuimus prope eum:*
Ex quo ego deveni talis, quando ipsum intellexi,
Qualis ille qui in foveam est missus.
6 *Super manus commissas me apprehendi,*
Respiciendo ignem, ymaginando fortiter
Humana corpora iam vidisse accensa.
7 *Volverunt se versus me bone scorte,*
Et Virgilius michi dixit: Fili mi,
Hic potest esse tormentum, sed non mors.
8 *Recorderis, recorderis: si ego*
Super Gerionem te conduxi salvum,
Quid faciam nunc magis prope Deum?

(1) ci disse — (2) o — (3) cioè morto — (4) Virgilio e Statio — (5) o — (6) al. che s'io.

oriente, de novo rearsit, idest reilluminat; sic stabat sol, scilicet ibi ubi auctor erat cum suis ducibus; unde dies recedebat, idest fiebat nox; quando angelus Dei apparuit letus nobis, quia veniebat ad purgandum peccatum ultimum, scilicet luxurie.

—

Extra flammam stabat, scilicet angelus, super ripam; cantabat: Beati mundo corde (verba Evangelii sunt Matthei quinto capitulo scripta. Et bene dicit, Beati mundo corde, ad denotandum quod munditia cordis est melior et virtuosior quam sit munditia corporis, sive carnis; quia stat carnem et corpus pollui et sordescere, et cor sincerum esse et mundum, iuxta illud: Non coinquinatur corpus nisi de consensu mentis. Ilia est opinio Beati Augustini in libro de Civitate Dei, ubi loquitur de Lucretia, dicens, quod ipsa non debuit punire alienam culpam, si sua mens erat munda), in voce satis plusquam nostra viva, quia videbatur vox divina et non humana.

—

Modo facta est ultima purgatio; ergo est recedendum ab isto Purgatorio et veniendum ad locum feliciorem, ubi non pena, sed delectatio, reperitur. Postea: Ulterius non itur, sic dixit angelus, si prius non mordet, o anime sancte (vocantur anime sancte, ex quo sunt purgate), ignis; intrate in ipsum, scilicet ignem (quasi subtiliter dicat: Vos appulistis huc; sed si quis vult ulterius ire versus Deum, oportet ipsum transire per medium ignem: intrate igitur, ne perdatis tempus), et ad cantum, qui ultra fit, non sitis surde. Nam postquam transieritis istum ignem, invenietis unum alium angelum, ministrum celi: ideo intelligatis verba, scilicet que ipse dixit, scilicet, Venite benedicti Patris mei. Ille est fortis passus, de quo igne hic intelligitur, per quem deberent transire. Aliqui dicunt, quod intelligitur de isto in quo purgantur luxuriosi: quod non est verum; nam isti erant iam purgati; cur igitur deberent reintrare talem ignem? Aliqui dicunt, et bene, quod intelligitur de spera ignis prope orbem lune, imo est sibi contigua. Dicit enim Aristotiles, quod ibi est ignis simplex et purus in spera propria: et sic, si quis vult ascendere verticem montis Purgatorii, qui mons transcendit ignis verticem et vadit usque ad lunam, oportet ipsum ire speram ignis.

—

Sic dixit, scilicet Angelus, sicut nos fuimus prope eum; ex quo ego deveni talis, scilicet propter timorem, quando eum intellexi, [sicut] ille est, qui in foveam est missus, idest qualis est ille qui mortuus, sepultus [est].

—

Super manus commissas, idest coniunctas, me apprehendi (quia coniunxit manus, sicut illi qui sunt multum tribulati), respiciendo ignem, ymaginando fortiter humana corpora iam vidisse accensa. Quia auctor viderat comburi aliquam personam in igne.

—

Volverunt se versus me bone scorte, idest duces, vel bone conductrices, scilicet Virgilius et Statius. Et Virgilius michi dixit: Fili mi, hic potest esse tormentum, sed non mors.

—

Recorderis, et recorderis, (dicit bis propter maiorem expressionem): si ego super Gerionem, idest illam belluam, te conduxi salvum, quid faciam nunc prope Deum? Idest, si te salvavi et bene conduxi in loco dampnationis, tanto per amplius te salvabo in isto loco salutis.

—

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

9 Credi per certo che se dentro all'alvo (1)
Di questa fiamma stessi ben mill'anni,
Non ti potrebbe far d'un capel calvo.
10 E, se tu forse credi ch'io t'inganni,
Facti ver lei, e facti far credenza
Colle tue mani al lembo de'tuoi panni.
11 Pon giù, omai, pon giù ogni temenza;
Volgeti 'n qua, e vien entra sicuro.
Et io pur fermo, e contra conscienza.
12 Quando mi vidde star pur fermo e duro,
Turbato un poco, disse: Or vedi, figlo (2),
Tra Beatrice e te è questo muro.
13 Com'al nome di Tysbe aperse il ciglo
Pyrrhamo, in sulla morte, e riguardolla,
Allhor che'l gelso (3) divenne vermiglo;
14 Così, la mia durezza facta solla
Mi volse al savio duca, udendo 'l nome
Che ne la mente sempre mi rampolla.

(1) al mezzo — (2) o — (3) moro.

9 *Credas pro certo, quod si intra alvum*
Istius flamme stares bene mille annis,
Non te posset facere de uno capillo calvum.
10 *Et, si tu credis forsan quod ego te decipiam,*
Fac te versus eam, et fac tibi fieri credentiam
Cum tuis manibus fimbrie tuorum pannorum.
11 *Depone, ammodo, depone omnem timorem;*
Volve te huc, et veni ultra securus.
Et ego magis firmus, et contra conscientiam.
12 *Quando me vidit stare pur firmum et durum,*
Turbatus aliquantulum, dixit: Or vide, fili,
Inter Beatricem et te est iste murus.
13 *Sicut ad nomen Thisbe aperuit supercilium*
Piramus, super morte, et ipsam respexerat,
Tunc quando morus effecta est rubea;
14 *Sic, mea duritie facta solla,*
Volvi me ad sapientem ducem, audiendo nomen
Quod in mente semper michi rampollat.

Credas pro certo, quod si intra alvum, idest ventrem, istius flamme, stares bene mille annos, non te posset facere uno capillo calvum, idest non combureret tibi unum capillum capitis.

—

Et si tu credis, forsan, quod ego te decipiam, fac te versus eam, scilicet flammam, et fac fieri tibi credentiam cum tuis manibus fimbrie tuorum pannorum, idest experiaris cum fimbriis pannorum tuorum.

—

Depone, ammodo, depone omnem timorem, idest sis securus, nihil timeas; volve te huc et venias te ultra, idest post me, securus. Et ego, scilicet propter timorem, magis firmus, scilicet stabam, et contra conscientiam idest, non movebam me, sed stabam pertinax, quia credebam quod non fingeret; tamen ego timebam, videndo presentialiter ignem.

—

Modo ponitur consilium sapientis; scilicet, quando non sufficit persuasio, apponantur mine. Quando me vidit stare, pur, scilicet finaliter, firmum et durum, turbatus aliqualiter (nam bene licet sapienti aliquando, sed temperate, irasci), dixit: Or vide, fili, inter Beatricem et te est iste murus.

—

Modo ponitur effectus dictorum Virgilii. Sicut ad nomen Thisbe aperuit supercilium, idest oculum, Piramus (nomen proprium) super mortem, idest in morte, et ipsam, scilicet Thisbem (nomen proprium unius puelle), respexit, tunc quando morus effecta est rubea. Notanda est hic una hystoria, quam ponit Ovidius in Maiori, quam tangit Augustinus in libro de Civitate Dei, et etiam Orosius ponit eam. Hystoria fuit ista. Erat in Babilonia unus pulcherrimus iuvenis, nomine Piramus, qui diligebat unam pulcherrimam puellam, nomine Thisbe: qui, non habentes aliam idoneitatem ad conveniendum simul, dederunt invicem talem ordinem, quod uno mane in diluculo Thisbe puella acciperet unum vas ad portandum aquam de fonte, et summo mane iret extra civitatem, [apud] portas civitatis, ad fontem, ac si esset una famula que apportaret aquam, et ibi ad fontem, ibique expectaret Piramum. Quod et factum est. Puella Thisbe fuit sollicitissima, et summo mane ivit ad fontem, et ibi expectabat Piramum. Tunc subito superveniebat leo, qui comederat unum cervum, habens adhuc os sanguineum, sive madidum sanguine cervi; quem puella videns, fugit et abscondit se in loco tuto. Leo veniens ad bibendum ad fontem, reperit ibi velum, quod dimiserat ibi prope fontem Thisbe: propter festinantiam fuge, dimisit velum suum ibi iuxta fontem. Leo, ore madido sanguine, tetigit velum illud, quod maculavit sanguine et dimisit. Interdum Piramus veniens, vidit leonem recedentem a fonte; et postquam leo recessit et erat iam a longe, Piramus applicuit ad fontem, et invenit ibi velum Thisbe madidum sanguine: quod velum bene recognovit ipse Piramus; et non inventa puella, quia ipsa stabat absconsa, et cognito velo, putavit leonem occidisse et comedisse suam amasiam Thisbe, et pre dolore noluit plus vivere; sed accepit ensem suum, quem secum tulerat, et a tergo infixit se, et erat iam morti proximus. Veniente Thisbe, videns hoc, ingemuit et supra corpus quasi exanime stans, dixit: O Pirame, ego Thisbe tua. Tunc moriens Pyramus elevavit supercilium et respexit eam, audiendo nomen Thisbe, et tunc mortuus est; et Thisbe super eodem ense incubuit, et transfixit se, cadens super Piramum. Ex hiis duobus fluxit

15 Ond'ei (1) crollò la fronte, e disse: Come?
Volenci star di qua? Indi sorrise,
Com'al fanciul si fa, ch'è vincto al pome.
16 Poi dentr'al foco innanzi mi si mise,
Pregando Statio che venisse retro (2),
Che pria per lunga strada ci divise (3).
17 Com'io fui dentro, in un bollente vetro
Gittato mi sarei per rinfrescharmi,
Tant'era ivi l'incendio senza metro.
18 Lo dolce padre mio, per confortarmi,
Pur di Beatrice ragionando andava,
Dicendo: Gl'occhi suoi già veder parmi.
19 Guidavaci una voce, che cantava
Di là; e noi, attenti pur a lei,
Venimmo fuor là dove si montava.
20 Venite, benedicti Patris mei,
Sonò dentr'a un lume che lì era,
Tal che mi vinse, e guardar non potei.

(1) Virgilio — (2) a me — (3) andò in mezzo.

15 *Unde ipse excussit frontem et dixit: Quomodo?*
Volumus stare hic? Inde subrisit,
Sicut puero fit, qui vincitur ad pomum.
16 *Postea intra ignem ante me se misit,*
Deprecando Statium quod veniret retro,
Qui prius per longam stratam nos divisit.
17 *Sicut fuimus intus, in unum bulliens vitrum*
Proiiecissem me ut me refrescarem,
Tantum erat ibi incendium sine metro.
18 *Dulcis pater meus, ut me confortaret,*
Solum de Beatrice ibat ratiocinando,
Dicendo: Oculos suos iam videre michi apparet.
19 *Conducebat nos una vox, que cantabat*
Ultra; et nos, attenti solum ad eam,
Venimus foras illuc ubi ascendebatur.
20 *Venite, benedicti Patris mei,*
Sonuit intra unum lumen quod ibi erat,
Taliter quod me vicit, et respicere non potui.

sanguis multus, qui, currens per quemdam tumulum, pervenit ad radices unius arboris mori. Et quando sanguis hic fuit supermotus, solebant esse albe, et propter sanguinem illorum duorum, scilicet Pirami et Thisbe, [qui] venit ad radices arboris mori, effecte sunt rubee, ubi prius erant albe. Tota hec hystoria fuit vera, preter ultimam partem de rubedine morum. Hanc hystoriam tangens Ovidius, dixit: Piramus et Thisbe, iuvenum pulcherrimus unus, etc. Modo vult dicere hic, quod quando Virgilius nominavit Beatricem, Dantes totus mutatus est in opinione sua, sicut Piramus in morte, audiens nomen Thisbe, elevavit supercilium. Admodo ad textum. Sicut ad nomen Thisbe aperuit supercilium, idest oculum, etc. Modo aptat ad propositum dicens: Sic mea duritie facta solla, idest molli, me volvi ad sapientem ducem, audiendo nomen, quod in mente semper michi rampollat, idest pullulat, nomen scilicet Beatricis; idest, me volvi ad ducem ad obediendum sibi.

—

Unde ipse excussit frontem, et dixit: Quomodo? volumus stare hic? Inde subrisit, et sicut puero fit, qui vincitur ad pomum. Idest: aliquando puer vocatus non venit nec obedit vocanti; sed ostenso sibi pomo, vincitur a pomo, idest obedit, cupiens habere pomum sibi ostensum, et vadit ad vocantem ipsum. Ista est bona expositio. Aliqui dicunt, quod est quidam ludus, qui vocatur [ad] pomum: tunc vincens puer talem ludum ad pomum, mutatur, idest gaudet. Prima expositio melior est.

—

Postea intra ignem. Poi dentro al foco: hec est secunda pars huius capituli, in qua ponitur quomodo isti transierunt ignem, idest speram ignis, auctor et sui duces: nam Virgilius precessit, auctor ibat in medio, Statius sequebatur; et sic transierunt per speram ignis. Per ante, per viam venientes, Statius stabat in medio: quia Virgilius precedebat, Statius erat in medio, et auctor sequebatur: ita quod, antequam ingredirentur ignem, Statius distinguebat Virgilium ab auctore. Postea intra ignem ante me se misit, scilicet Virgilius, deprecando Statium, quod veniret retro, qui, scilicet Statius, prius ambulando, scilicet per longam stratam, nos divisit, quia ibat in medio eorum.

—

Sicut fuimus intus, idest in spera ignis, in unum bulliens vitrum proiiecissem me, ut me refrescarem, vel refrigerium sumerem, tantum erat ibi incendium sine metro, idest sine mensura. Vult dicere, quod ignis in propria spera est tanto calidior isto igne mixto, quo utimur, quanto iste noster ignis est calidior aqua.

—

Dulcis Pater meus, ut confortaret me, solum de Beatrice ratiocinando ibat, dicendo: Oculos suos iam videre michi apparet.

—

Conducebat nos una vox, que cantabat ultra ignem; et nos, attenti solum ad illam, venimus foras, idest extra ignem, illuc ubi ascendebatur, idest ubi incipiebat scala.

—

Venite, venite, benedicti Patris mei (verba sunt evangelica Matthei vicesimoquinto capitulo), sonavit intra unum lumen quod ibi erat, taliter quod me vicit et respicere non potui, scilicet propter excellentiam sensibilis, que impedit visum.

—

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

21 Lo sol sen va, soggiunse, e vien la sera;
Non v' arrestate, ma studiate 'l passo,
Mentre che l'occidente non ci annera.
22 Dricta salia la via per entro 'l saxo,
Verso tal parte, ch' io tollea e raggi
Dinanzi a me del sol, ch'era già basso.
23 E di pochi scaglon levamo e saggi,
Che 'l sol colcar, per l'ombra che si spense,
Sentimo dietro io e li miei saggi (1).
24 E pria che 'n tutte parti sue immense
Fosse orizonte facto d' uno aspecto,
E nocte (2) avesse tutte sue dispense,
25 Ciascun di noi d' un grado (3) fece lecto;
Chè la natura del mondo (4) ci affranse
La forza del salir più [ch'] el dilecto (5).
26 Quali si stanno ruminando manse
Le capre, state rapide e proterve
Sovra le cime, avanti che sien pranse,
27 Tacite all'ombra, mentre che 'l sol ferve,
Guardate dal pastor che 'n sulla verga
Poggiato s'è, e lor poggiato serve;
28 E quale 'l mandrian che fuori alberga,
Lungo 'l peculio suo queto pernocta,
Guardando perchè fiera non lo sperga;
29 Tali eravammo tuct'e tre (6) allocta,
Io come capra et ei (7) come pastori,
Fasciati tutti quindi da la grotta.

21 *Sol recedit, subiunxit, et venit sero;*
Non firmetis vos, sed festinate passum,
Interim quod occidens non obscuratur.
22 *Recta ascendebat via intra per saxum,*
Versus talem partem, quod tollebat radios
Ante me solis, qui erat iam declinis.
23 *Et paucorum graduum sumpsimus saggium,*
Quod solem occidere, propter umbram que extin-
Sensimus retro et ego et mei sapientes. [cta est,
24 *Et priusquam in omnibus suis partibus immensis*
Esset orizon factus unius aspectus,
Et nox haberet omnes suas dispensationes,
25 *Quilibet de uno gradu fecit lectum;*
Quia natura montis nobis affregit
Potentiam ascendendi plusquam delectationem.
26 *Quales efficiuntur ruminando mansuete*
Capre, que fuerunt rapide et proterve
Super summitates, antequam sint pranse,
27 *Tacite ad umbram, interim quod sol fervet,*
Custodite a pastore qui super virga
Appodiatus est, et eis appodiatus servit;
28 *Et qualis mandrialis qui foris hospitatur,*
Iusta peculium suum quietus pernoctat,
Custodiendo ut fera illud non dispergat;
29 *Tales eramus omnes tres tunc,*
Ego sicut capra, et ipsi sicut pastores,
Fasciati hinc et inde a grupta.

(1) savi, Virgilio e Statio — (2) la — (3) scaglone — (4) di quello Purgatorio — (5) del salire più — (6) Virgilio Statio et io — (7) Virgilio e Statio.

Modo istud lumen erat unus angelus qui dicebat talia verba, scilicet: Venite, benedicti, etc. Postea adhuc subiungit: Sol recedit, subiunxit, et venit sero, idest fit nox; non firmetis vos, idest non desistatis a veniendo et a motu vestro, sed festinate passum, interim quod non obscuratur. Idest, antequam totum lumen deficiat; quia etiam postquam sol occidit, adhuc durat aliquantulum aliquid de lumine.

—

Recta ascendebat via intra per saxum versus talem partem, et tollebat radios ante me solis, qui erat iam declinis, idest iam erat in occasu. *Basso*, idest declini.

—

Et paucorum graduum sumpsimus saggium, idest degustationem, idest paucos gradus ascendimus, quia solem occidere, propter umbram que extincta est (quia postquam ivit ultra montem, idest occidentem, absconsus est) sensimus retro et ego et mei sapientes, scilicet Virgilius et Statius.

—

Et priusquam in omnibus suis partibus immensis, idest maximis, esset orizon, idest circulus ille qui terminat visum, sic[ut] fuit dictum superius, factus unius aspectus, idest totus obscurus; idest, antequam esset nox obscura et nox haberet omnes suas dispensationes, idest quod in omni loco nostri emispirii esset obscuritas; quilibet de uno gradu, scilicet scalarum, fecit lectum, idest in illo gradu iacuit, quia natura montis nobis affregit (idest debilitavit nos. *Ci affransit:* idest debilitavit nos) potentiam ascendendi plusquam delectationem. *Ci affranse:* idest rupit et abstulit potentiam ascendendi.

—

Modo ponitur comparatio, per quam auctor vult ostendere quomodo steterunt per noctem istam. Quales efficiuntur, ruminando, mansuete capre, que steterunt rapide et proterve super summitatem, antequam sint pranse, idest satiate et replete (semper de sua natura querunt virtutes et summitates arborum, et vadunt carpendo summitates, et sic discurrendo sunt proterve, sic querendo cibum, saltando;

30 Poco pareva lì del dì di fori;
Ma per quel poco vedea io le stelle,
Di lor solere e più chiare e maggiori.
31 Sì ruminando, e sì mirando in quelle,
Mi prese 'l sonno; el (1) sonno (2) che so-
Anzi che 'l facto sia, sa le novelle. [vente,
32 Nell'hora, credo, che dell' oriente
Prima raggiò nel monte (3) Cytharea (4),
Che di fuoco d'amor par sempr'ardente,
33 Giovine (5) e bella in sogno mi parea
Donna veder andar per una landa (6)
Cogliendo fiori; e cantando dicea:
34 Sappia, qualunque 'l mio nome dimanda,
Ch'io mi son Lya, e vo movendo intorno
Le belle mani (7) a farmi una grillanda.
35 Qui per piacermi allo specchio m' adorno;
Ma mia suora Rachel (8) mai non si smagha
Dal suo miraglo (9), e siede tutto 'l giorno.

30 *Modicum ibi apparebat de die;*
Sed per illum modicum videbam ego stellas,
Earum solito altiores et maiores.
31 *Sic admirando, et sic respiciendo in illas,*
Me apprehendit sompnus, qui sepe,
Antequam factum sit, scit nova.
32 *In hora, credo, in qua orientis*
Prius radiavit in monte Citharea,
Que igne amoris videtur semper ardens,
33 *Iuvenem et pulchram in sompno michi apparebat*
Dominam videre per unam landam
Colligendo flores; et dicebat cantando:
34 *Sciat, quicumque petit meum nomen,*
Quod ego sum Lya, et vado movendo in circum
Pulchras manus ad faciendum michi unum sertum.
35 *Ut michi placeam ad speculum hic me orno;*
Sed mea soror Rachel nunquam recedit
A suo almiraglio, et sedet tota die.

(1) dico — (2) al. sogno — (3) del Purgatorio — (4) stella Venere — (5) al. giovana — (6) ripa d'un fiume — (7) vita activa — (8) vita contemplativa — (9) specchio.

sed, veniente meridie, quia tunc aier calidus valde est, pastor reducit eas ad umbram, et ibi stant ruminando manse et mansuete, ruminando quidquid prius comederant. Vult modo auctor dicere de se ipso, quod ibat per verticem montis alti; sed moraliter vult dicere, quod ammodo ibat per altas materias, que ammodo sequuntur et tractabuntur, et colliget cimas floridiores, idest summitates materiarum subtilium, propter [non] cassare opus suum: quibus collectis, stabit ad umbram, scilicet contemplando, et in studio ruminabit et ordinabit omnia, sicut debe[n]t stare), tacite ad umbram, interim quod sol fervet, custodite a pastore, qui super virga appodiatus, scilicet adhesit, est, et eis appodiatus servit; et qualis, sive qualiter, mandrialis, idest custos multorum gregum, qui foris hospitatur iuxta peculium suum, quietus pernoctat, custodiendo, ut fera illud non spargat, idest dividat, vel dampnificet; tales eramus omnes tres tunc, ego sicut capra et ipsi sicut pastores, fascidiati, idest circumdati hinc et inde, a grupta.

—

Et quia scala erat cavata in saxo, sive excisa, inde parum videre poterant de celo. Sed tamen aliquid de ipso videbant, et stellas aliquas inspiciebant, quas apprehendebant esse maiores solito, quia erant viciniores celo. Moraliter, quia erat extra omnia vitia ipse Dantes, et venerat ad me[r]am virtutem, quam nunc melius cognoscebat. Modicum apparebat ibi de die, sed per illum modicum videbam ego stellas earum solito altiores et maiores.

—

Sic admirando. Si rimirando: hec est tertia pars huius capituli, in qua auctor narrat sompnium suum, quod fecit in matutina hora, qua hora communiter sunt vera presagia futurorum, per quod sciuntur antequam fiant. Ponitur etiam per tale exemplum. Communiter unus planeta oritur per duas horas ante solem: Venus vocatur a poetis Citharea; habet tale nomen a quodam monte, qui vocatur Citheron, qui est in insula Cipri, in quo monte colitur Venus que influit amorem, unde dea amoris dicitur; et est ita pulchra stella, quod ipsa apparet semper ardere in amoris igne. Sic admirando et sic respiciendo in illas, scilicet stellas, me apprehendit sompnus, qui sepe, antequam factus sit, scit nova.

—

In hora, credo, in qua, orientis prius radiavit in monte Citharea; scilicet planeta Venus, qui precedit de mane solem per duas horas; que igne amoris videtur semper ardens (posito tempore sompnii, nunc ponitur sompnium, quod tale), iuvenem et pulchram in sompno michi apparebat, vel videbatur, dominam videre ire per unam landam, idest viam, vel planitiem, colligendo flores; et dicebat: Sciat, quicumque petat nomen meum, quod ego sum Lya, et vado movendo circum pulchras manus ad faciendum michi unum sertum.

—

Ut michi placeam ad speculum hic me orno; sed mea soror Rachel nunquam recedit a suo almiraglio, idest pulchro intuitu, et sedet tota die.

—

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

36 Ell' è co' suoi begl'occhi (1) a veder vaga,
Com' io dall'addornarmi co le mani (2);
Lei (3) lo veder (4), e me l'ornar (5), ap-
[paga (6).

36 *Ipsa est suos oculos pulchros videre vaga,*
Sicut ego de me ornando cum manibus;
Ipsam videre, et me ornare, acquietat.

(1) contemplatione — (2) actioni — (3) Rachel — (4) contemplare — (5) operare — (6) quieta.

Ipsa est suos pulchros [oculos] videre cupida, sicut ego de ornando me cum manibus; ipsam videre, me ornare, acquietat, idest satiatur, vel contentatur.

Notandum est hic, quod per Lyam intelligitur vita activa, per Rachelem vita contemplativa denotatur. Ergo hic notandum quod, sicut dicit Beatus Augustinus in quadam homelia, duas vitas, sibi divinitus predicatas et commendatas, novit etiam, scilicet activam et contemplativam: quarum una est in tempore peregrinationis, alia in eternitate mansionis, etc; idest, una est activa, alia contemplativa. Per Lyam activa vita figuratur, ex eo quod habuit multos filios de Iacob. Per Rachelem vita contemplativa designatur, ex eo quod maritus suus Iacob expectavit eam per tredecim annos, et servivit pro ea tredecim, custodiendo pecora Laban, etc. Modo vult dicere quod in Paradiso terrestri reperitur duplex vita, scilicet activa et contemplativa. Primo tamen invenit activam, per quam, si quis vellet bene ea uti, ascendi potest ad contemplativam. Sed in hoc puncto, scilicet de ista domina, quam auctor vidit in sompniis eligere flores, mirabiliter loquitur magister Benvenutus de Ymola, qui bene scripsit super isto auctore, a quo magistro Benvenuto ego audivi primo istum auctorem et ab eo didici. Ipse etenim vult magister Benvenutus, quod auctor non intelligit per istam dominam, quam vidit in sompniis colligere flores et ad ornandum se velle facere sertum, fuisse dominam Lyam, per quam figuratur vita activa; sed vult quod illa fuerit domina Mathylda de Gonzaga, castro uno in territorio mantuano, seu mantuane civitatis, unde illi qui sunt modo domini traxerunt originem. Pro qua re notanda sciendum, quod una venerabilis mulier, scilicet domina Mathylda, sic vocata, remansit heres omnium progenitorum suorum in dominio: quia licet aliqui pueri essent, non erant tamen adhuc apti ad dominandum; qui bene erant de domo; sed ista descenderat proprie a principali domino domus. Ista fuit domina Mantue, sive mantuane civitatis, ex qua fuit oriundus Virgilius; fuit domina Ferrarie, solempnis civitatis; fuit domina Regii, magne civitatis. Ista fuit activa domina tam in spiritualibus, quam etiam in temporalibus. Dotavit multos episcopatus, fecit multas abbatias et fundavit, quibus constituit et dedit multa predia, possessiones, paramenta, iocalia: fundavit abbatiam Nonantule, abbatiam Pompose. Ista domina valde activa fuit, summe filia Ecclesie, et statum et dominia Ecclesie in Ytalia ipsa summe appetiit et dilexit; in tantum quod ipsa presumpsit ire contra Rubertum Guiscardum, qui intravit Ytaliam contra Ecclesiam et statum eius, et expulit eum de campo. Et nota, hic disgrediendo aliquantulum, quia per illa que legi in locis bene fide dignis, tempore istius domine Mathylde orte sunt et creverunt [partes] Gebellina et Guelfa, isto modo. Nam ista domina Mathylda, iuvencula satis, non habens maritum, Deo sic operante, recepit unum nobilem virum de nobili domo Svevie, nobili domo in Alamania, qui vocabatur Guelfus, qui habebat unum germanum carnalem, nomine et vocatum Gebellinum. Hic Gebellinus remansit in Alamania, veniente Guelfo ad Ytaliam ad uxorem suam dominam Mathyldam: cum qua nunquam potuit agere nec exercere actum matrimonialem, ita quod non potuit ipsam facere matrem. Que turbata improperabat sibi; ille respondens dicebat, hoc provenire a maleficiis. Postquam visum est omnino quod maritus iste suus non erat potens ad agendum cum ea, ipsa vocavit eum dixitque ei: Si ego non tantum diligerem honorem meum, ego facerem te interfici, et bene hoc meruisti, quia tam decepisti me; ex quo tu sciebas te esse sic maleficiatum ut tu dicis, non debuisti me decipere. Ecce ego disposui nunquam misceri alicui homini, nec volo unquam habere filios, [sed] caste vivere. Tu vero revertere ad domum tuam, nec glorieris te unquam fuisse maritum meum. Dedit sibi multa donaria. Ille recedens inde, rediens ad Alamaniam, reperit suum germanum dominari in omnibus terris eorum, nec velle eum, scilicet Guelfum, admictere ad aliquam partem dominii. Et iste germanus suus, scilicet Gebellinus, adheserat Imperatori, qui Imperator tenebat partem istius Gebellini. Iste Guelfus, non valens intrare in aliquam dominii partem, iuvabatur se quantum poterat; sed potior erat conditio possidentis. Tunc ipse misit ad dominam Mathyldam, ut ipsa subveniret sibi, quod Papa scriberet ille Gebellino, germano istius Guelfi, sub pena excommunicationis, quatenus deberet dare germano suo Guelfo partem dominii sui, que contigebat sibi de iure; quod ille renuit facere, et sic diu remansit excommunicatus. Ista domina Mathylda misit isti Guelfo subsidium, etiam mediante adiutorio Ecclesie et Pape. Imperator iuvit Gebellinum, sicut Papa et Ecclesia iuvabant Guelfum. Ex tunc insanuit pars Guelfa, et inolevit pars Gebellina: quia omnes, qui adherebant Imperatori, dicebantur Gebellini, propter istum Gebellinum, quem iuvabat Imperator; et omnes qui iuvabant istum Guelfum, sicut erant Papa et domina Mathylda, dicebantur Guelfi. Et sic omnes ecclesiastici dicebantur Guelfi, et omnes qui erant ex parte Imperatoris dicebantur Gebellini. Nunc vero, quantum, quomodo et qualiter invaluerunt iste due partes in Ytalia, scilicet Gebellina et Guelfa, adeo est notum, quod plus loqui de tali materia est absurdum. Hec volo hic interseruisse, sic distinguendo.

Sed, redeundo ad propositum, ista domina Mathylda fecit magna et magnalia, tam in spiritualibus quam in temporalibus; et moriens, omnia sua bona dimisit Ecclesie et Pape. Fuit summe activa. Ideo vult hic magister Benvenutus, quod Dantes intelligat dominam Mathyldam per illam dominam iuvenem et pulchram, quam sompniavit. Sed

37 E già, per li splendori antelucani,
Che tanto a' peregrin surgon più grati,
Quanto tornando albergan men lontani,
38 Le tenebre fuggian da ogni lato,
E 'l sonno mio con esse: ond' io leva'mi,
Veggiendo e gran maestri già levati.
39 Quel dolce pomo, che per tanti rami
Cercando va la cura de' mortali,
Hoggi porrà in pace le tue fami:
40 Virgilio inverso me queste cotali
Parole usò; e mai non furo strenne
Che fosser di piacere a quelle equali.
41 Tanto voler sopra voler mi venne
Dell' esser su, ch' ad ogni passo poi
Al volo mio sentia crescer le penne.

37 *Et iam, propter splendores antelucanos,*
Qui tanto peregrinis perveniunt magis grati,
Quanto redeundo hospitantur magis longinqui,
38 *Tenebre fugiebant ab omnibus lateribus,*
Et sompnus meus cum ipsis: unde ego surrexi,
Videndo grandes magistros iam surrexisse.
39 *Illud dulce pomum, quod per tot ramos*
Vadit querendo cura mortalium,
Hodie ponet in pace tuam famem:
40 *Virgilius versus me istis talibus*
Verbis usus est; et nunquam fuerunt strenne
Que essent in complacentia istis equales.
41 *Tantum velle supra velle michi venit*
Esse sursum, quod ad omnem passum postea
Ad volandum michi sentiebam crescere pennas.

miror de dicto magistro, qui nedum talem opinionem verbo, sed etiam reliquit in scriptis, in suo libro quem composuit in expositione auctoris. Cur vult ipse magister Benvenutus melius auctorem intelligere, quam ipsemet auctor semetipsum intellexisset? Nam ipsemet auctor dicit in littera et in textu, in persona illius mulieris: Sciat quicumque nomen meum petit, quod sum Lya. Demum, modicum infra dicit, quod soror mea Rachel, que fuit procul dubio soror ipsius Lye, quia ambe fuerunt filie Laban et uxores Iacob sive Israel; et quando textus est ita clarus, nescio quare aliquis velit, propter aliquam suam fantasiam, sic extorquere. Motivum tamen dicti magistri Benvenuti, prout audivi ego ab ore suo, fuit quia postea, ut patebit in sequentibus, nominat aliam dominam cum Rachele; ergo non debuit hic intelligere de Lya. Tu, lector, tene opinionem que tibi placet. Ego in hac parte non teneo opinionem magistri Benvenuti, licet ipse michi fuit magister, sicut sibi dixi, ipso vivente. Habeo etiam istud motivum pro me, quoniam Lya fuit lippa, habuit oculos lippos, scilicet strabos, ut patet in Genesi; propter quod denotatur bene vita activa, que aliquando effici[tur] straba, ex eo quia sepe permictit se obfuscari et quasi cecari propter delectationes huius mundi. Ipsa Rachel videt in Deo lucide: ideo vita activa figuratur per Lyam, habentem oculos lippos; nam vita activa, ut plurimum, consistit in virtutibus moralibus et earum operibus, que sepe obscurantur; sed vita contemplativa nunquam errat, quia omnia videt lucide; ideo a Deo nunquam recedit, sed semper intuetur Deum tamquam in speculo; ideo non discedit a suo almiraglio, idest a suo pulchro intuitu, ut dictum est, sed est vaga et cupida videre oculos suos, scilicet claros, sicut ipsa Rachel habuit litteraliter et hystorialiter oculos pulcherrimos, ubi Lya habuit oculos lippos. Domina Mathylda floruit in millesimo ducentesimo sexagesimo quinto, honestissima, sicut ego legi in quodam antiquo libro, dum essem Mantue millesimo quadrigentesimo decimo cum magnifico meo domino Carolo de Malatestis.

—

Iam vult auctor ponere, quod excitatus est a sompnio, scilicet in ortu solis, sive modicum ante, scilicet quando iam sunt aliqui splendores, precedentes ortum solis, qui dicuntur splendores antelucani, scilicet surgentes ante lucem, scilicet solem; qui splendores sunt valde grati peregrinis redeuntibus de longinquo, maxime quando appropinquant ad propria. Tunc tenebre fugiebant undique, et sic sompnus Dantis recessit cum tenebris: quia ipse surrexit, quia iacuerat, videns suos duces iam surrexisse. Cui Virgilius cepit dicere: Illud dulce pomum, scilicet summum bonum, quod variis modis queritur a curis mortalium, ista die te quietabit. Et non fuit unquam novum donum, quod vocatur apud Ytalicos *mancia*, alibi alidonum, sive treudonum, quod datur ab amicis in prima die ianuarii, quod donum vocabatur apud Romanos antiquos strenne (vocabulum grecum est), quod donum tantum placeret quantum placuerunt auctori verba Virgilii. Et tunc aucta est voluntas auctori ascendere sursum, ac si orte fuissent sibi penne ad volandum. Et iam propter splendores antelucanos, idest ante lucem surgentes, qui tanto peregrinis perveniunt magis grati, quanto redeundo hospitantur magis longinqui, tenebre fugerunt ab omnibus lateribus, idest locis, et sompnus meus cum ipsis; idest, dies fiebat et ego fui excitatus. Unde ego surrexi, videndo grandes magistros, scilicet Virgilium et Statium, iam surrexisse. Illud pomum dulce, idest (pulchra metaphora est), quod per tot ramos vadit querendo cura mortalium, idest summum bonum, scilicet beatitudo, felicitas eterna, que est summum bonum, vel summum delectamen, quod omnis mortalium cura multiplicium laborum studio querit, hodie ponet in pace tuam famem, idest hodie facit te contentum, tuos appetitus et tua desideria hodie satiabit.

—

Virgilius versus me istis talibus verbis usus est; nunquam strenne [fuerunt], idest dona, que essent in complacentia istis equalia, idest que tantum placerent.

—

Tantum velle et voluntas, vel appetitus, supra velle michi venit esse sursum, scilicet ascendendi, quod ad omnem

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

42 Come la scala tucta socto noi
Fu corsa, e fummo in sul grado superno (1),
In me ficcò Virgilio gl'occhi suoi,
43 E disse: El temporal fuoco (2) e l'etterno (3)
Vedut' hai, figlo, e se' venuto in parte
Dov' io più oltre per me non discerno.
44 Tracto t'ho qui con ingegno e con arte;
Lo tuo piacer omai prende per duce:
Fuor se' dell'erte (4) vie, fuor se' dell'arte (5).
45 Vedi che 'l sole in fronte ti riluce;
Vedi l'herbetta, e' fiori e gl'arboscelli,
Che quella terra sol da sè produce.
46 Mentre che vegnan gl'occhi (6) lieti e belli,
Che lagrimando a te venir mi fenno,
Seder ti puoi e puoi andar tra elli.
47 Non aspettar mio dir più, nè mio cenno:
Libero, dricto, e sano è tuo arbitrio;
E fallo fora non fare a suo senno (7):
Perch'io te sovra te corono e mitrio.

42 *Sicut scale omnes sub nobis*
Fuerunt cucurse, et fuimus super gradu supremo,
Virgilius oculos suos in me figit,
43 *Et dixit: Temporalem focum et eternum*
Vidisti, fili mi, et venisti in partem
Ubi ego per me ulterius non discerno.
44 *Traxi te huc cum ingenio et cum arte;*
Tuum placere ammodo apprehendas pro duce:
Extra es strictas vias, et artas es extra.
45 *Vide ibi solem qui in fronte tibi relucet;*
Vide herbulam, flores et arbusculos,
Que illa terra solum a se producit.
46 *Interim quod veniant leti oculi pulchri,*
Qui lacrymando ad te me venire fecerunt,
Sedere potes et potes ire inter illos.
47 *Non expectes meum dicere plus, nec meum cennum:*
Liberum, rectum, et sanum est tuum arbitrium;
Et fallum esset non facere [ad] sensum suum:
Et ego te supra te corono et mitrio.

(1) di sopra — (2) del Purgatorio — (3) dell'Inferno — (4) ripide - (5) strette vie — (6) di Beatrice — (7) ma d'altrui.

passum postea michi volare sentiebam crescere pennas. Nam si unquam prius fuit grave auctori ascendere per montem, iam voluntarie ibat.

Sicut scale omnes. Como la scala tutta: hec est quarta pars huius capituli, in quo auctor purgatus ponit informationem Virgilii, quam fecit ipsi auctori, ut patet in textu, qui est satis clarus.

Sicut scale omnes sub nobis fuerunt cucurse, idest postquam ascendimus ad summitatem scalarum, et fuimus super gradu superno, in me fixit Virgilius oculos suos, idest fixe me respexit et dixit: Temporalem focum, idest ignem temporalem, qui cruciat animas ad tempus, et eternum, idest infernalem, qui eternaliter cruciat, etc., vidisti, fili; et venisti in partem, idest in locum, ubi ego per [me] ulterius non discerno, idest non cognosco plus. Et merito hoc dicit Virgilius, tum quia ad illa, que admodo tractabuntur non attingit ratio naturalis, sed oportet habere lumen supernaturale, scilicet fidem, vel aliam illustrationem; cum quia Virgilius fuit paganus et poeta paganus: nam hic describitur Ecclesia Dei militans, scilicet quomodo est et stat in isto mundo, et hoc non spectat ad philosophiam naturalem, nec ad poesim paganicam. Describuntur etiam hic primi parentes, qui non sunt dandi secundum philosophiam naturalem.

Traxi te huc cum ingenio, idest more, naturali, et arte, idest ratione, naturali; tuum placere, idest tuam complacentiam, admodo apprehendas pro duce; extra es strictas vias, idest angustiosas et difficiles, et artas etiam, es extra.

Vide ibi solem, qui in fronte tibi relucet, quia oriebatur sol; vide herbulam, flores et arbuscula, que illa terra solum a se producit.

Interim, idest interdum, quod veniant leti oculi pulchri scilicet Beatricis, qui lacrymando ad te me venire fecerunt (sicut habetur in capitulo secundo Inferni), oculos lacrymosos volvit, etc., sedere potes, ire potes, ire inter illos, scilicet flores, etc.

Non expectes meum dicere, idest mea consilia, nec meum cennum, idest nutum, sive signum: liberum, rectum et sanum est tuum arbitrium; et fallum, idest culpa, esset, vel defectus, non facere ad sensum suum, idest secundum quod tibi placet.

Et ego te supra te corono et mitrio; idest, facio te compotem tui, et pono te in tua libertate, sive in tuo arbitrio. Per hoc denotatur, quod quia auctor erat purgatus ab omni peccato, quod ipse acquisierat habitum virtutum, et ideo non poterat amplius errare, cum virtus sit qua recte vivitur, et qua nullus male utitur, poterat modo operari virtuose sine labore, sed cum maxima delectatione, ut vult Aristotiles in secundo Ethicorum, etc.

L'EDEN IN CIMA ALLA MONTAGNA DANTESCA DEL PURGATORIO

Toccata finalmente la vetta dell'alta montagna del suo Purgatorio, al Poeta è da Virgilio additato quivi l'Eden, dicendogli:

Vedi là il sol che in fronte ti riluce,
Vedi l'erbetta, i fiori e gli arboscelli,
Che questa terra sol da sè produce.

Il Poeta entra e trova stupende maraviglie.

A qualcuno potrà per avventura far maraviglia, che su quelle cime egli trasportasse l'Eden dell'innocenza, in cui ebbe principio l'umana famiglia, e ce lo presenti quasi atrio del Paradiso. E nondimeno è questo un concetto, quanto splendido di poetica bellezza, altrettanto giusto e profondamente teologico, il quale ci fa ammirare sempre più la sovraeccellenza del suo ingegno e l'altezza delle dottrine teologiche che possedeva.

Nell'Eden Dio creò i progenitori dell'umana famiglia, da dove con tutta la loro discendenza dovevano avviarsi per entrare nella vita divina ed immortale a cui erano destinati, non uscendo mai dall'atrio di essa, cioè dall'Eden, il quale sarebbesi esteso a tutta la terra, addiventando tutta un Eden, fin dove la figliolanza di Adamo ed Eva fosse pervenuta. E così integri e innocenti, e fissi nel pensiero divino che gli aveva creati e che maravigliosamente traluceva da tutto l'universo, non ne avrebbero mai deviato lo sguardo; e la loro volontà, in corrispondenza dell'intelletto, sarebbe stata, senza interruzioni od intoppi, un dolce anelito e un crescente conato a conseguirlo e possederlo, esercitando le nobilissime facoltà ricevute, che per tal modo si sarebbero venute maravigliosamente esplicando, rendendoci padroni della terra; o, che è lo stesso, noi ci averemmo creato l'opera dell'incivilimento, che quaggiù doveva essere il risultato delle nostre fatiche, se pur tali possiamo chiamarle. E procedendo in questo soave anelito e crescente speranza del nostro fine ultimo, arrivati al punto stabilito, ci si sarebbe fatto tutto presente il termine a cui dovevamo aspirare, e la volontà interamente tramutata da forza soprannaturale, e deposto quel non sappiam che di mobile e di operoso (ma non mai d'inquieto) sperimentato fino a quel momento per esserle stato fino allora lontano il termine suo supremo, avrebbe adoperata tutta la sua energia per correre all'immediato amplesso di quello ed eternamente possederlo. Inutile il dire che tutto questo processo doveva essere opera della grazia, in cui, per solo effetto di sua bontà, Dio coi nostri progenitori ci aveva tutti quanti costituiti. Nel quale potentissimo slancio adunque verso Dio, ultimo nostro fine e nostra quiete, lo spirito avrebbe per modo rapito seco anche il proprio corpo, da sottrarlo al commercio del mondo fisico e alle sue leggi: se pure lo stesso mondo fisico con le sue leggi non si fosse cangiato altresì e diventato l'Eden incorruttibile e spirituale. E vuol dire che a questo punto l'uomo tutto intero sarebbesi rinnovellato, reso incapace di più peccare nè di più morire, tramutato nella volontà, tramutato nel corpo, e del pari tramutato nell'intelletto, in cui alla fede sarebbe succeduta l'evidenza, e alla scienza divisa, discorsiva e lenta, l'unita, piena ed immediata visione del cielo. In somma, si sarebbe passati dall'Eden della terra al soggiorno della gloria.

Ma perduta che ebbe l'uomo col peccato l'innocenza e la grazia, condizione indispensabile per sollevarsi al suo Creatore e congiungerglisi, o egli doveva smettere ogni speranza di più possederlo, o la divina bontà doveva trovargli e fornirgli il mezzo di riacquistarle. Questo mezzo fu il perdono e l'espiazione: ma poichè difficilissimamente questa si sarebbe potuta compiere appieno su questa terra, si per la debolezza di nostra natura e si per i fomiti al male lasciati nell'uomo dalla colpa, ci voleva un luogo misericordioso di là, dove essa fosse sicuramente possibile e si compisse, e così l'uomo tornasse allo stato di giustizia e d'innocenza già possedute nell'Eden e poi perdute. Questo luogo fu ed è il Purgatorio. Ed ecco il Purgatorio fatto atrio del Paradiso, come già fu l'Eden, ed il concetto del Poeta quanto bello, altrettanto di profonda teologica precisione.

Sa d'incredibile che contro un provvedimento di tanta sapienza e bontà divina per la piena riabilitazione dell'uomo dopo la colpa, si che potesse salire al possesso dell'eterno bene, siansi scagliati furibondi, uomini che dicevano di credere alle dottrine rivelate, e vantavano sottile acume nel rendersi ragione, sopra quel fondamento, dell'umano riscatto operato dal Figliuolo di Dio. E riesce anche più incredibile, che vi siano cuori, già ingentiliti dalla cattolica fede, i quali ora se ne sdegnino, mentre non sono per avventura alieni dal credere alla metempsicosi delle orride dottrine Indiane!

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

CAPITULI VICESIMIOCTAVI SUMMARIUM

In isto capitulo vicesimoctavo, quod incipit: *Avidus iam perquirere*, auctor describit Paradisum terrestrem, in quo dicit quod sentiebat unam auram suavem, que aliquantulum movebat arbores in summitatibus; non tamen tantum, quod, propter talem, aves, que stant super ramos, dimictant aut interlassent cantum suum. Et summitates arborum et herbarum plicant se et inclinantur versus orientem. Dicit etiam, se invenisse unum rivulum aquarum vivarum, clarissimarum. Vidit, inter arbores et herbas, infinitos flores, vidit unam dominam pulcherrimam, que ibat colligendo flores, cantando; quam auctor rogavit, ut appropinquaret aliquantulum, quia distabat multum ab ipso, et illa erat ultra fluvium, ita quod flumen dividebat eos ab invicem. Et illa domina subito appropinquavit usque ad ripam fluminis. Forte admiramini, quia ego canto; dixit ipsa, etc.; sed cogitetis de Psalmo qui dicit: Delectasti me, Domine, in factura tua. Et tu, qui primitus me rogasti, dic si aliud vis, quia ego sum parata solvere omnem tuam questionem. Tunc auctor interrogavit eam, dicens: Ista aqua et sonus, quem faciunt folia silve, generant in me dubium, quia alias audivi, quod supra locum illum ubi angelus Dei, qui tenet ensem in manibus et habet duas claves, non fiunt impressiones, etc. Tunc domina solvit questionem, dicens: Hunc locum, summum bonum, idest Deus, fecit, et posuit in eo hominem; sed ipse modicum hic permansit; propter suum peccatum cambiavit risum in planctum. Et ut impressiones peregrine non obessent homini, hunc montem tantum Deus elevavit in altum, quod hic locus est securus et liber ab omnibus impressionibus peregrinis. Sed quia in circuitu totus iste aier movetur ad motum celi, ideo talis motus percutit arbores et herbas, ut vides. Aqua, que est hic, non generatur, sicut generantur ille aque que sunt inferius; sed surgit de fonte voluntatis divine, que tantum scaturit quantum de ipsa versatur. Ex ista aqua fiunt Lethes, fluvius oblivionis, et Eunce, scilicet fluvius memorationis vel reminiscentie. Et volo tibi unum correllarium facere, quod illi, qui signaverunt primaveram sempiternam in monte Parnaso, de isto loco intellexerunt. Hic radix humana fuit innocens. Dicit auctor: Tunc verti me, idest revolvi, ad poetas, scilicet ad Virgilium et Statium, et vidi quod cum risu constructum ultimum audierunt. Demum ad puichram dominam volvi visum.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

Quia auctor ingreditur novam materiam et difficilem, volens describere Ecclesiam militantem, quare invocat musas et maxime Uraniam, ut patebit in sequenti vicesimoctavo capitulo huius Purgatorii; ideo intendo, antequam incipiam exponere ipsum vicesimumoctavum capitulum, aliqua prenotare.

Ubi auctor loquitur de Paradiso terrestri, de floribus, de arboribus, de fluviis, scilicet Lethe et Eunce, de aquis, de horto, etc., debent omnia intelligi figuraliter et allegorice et moraliter, sive tropologice, et non litteraliter ut verba sonant; quia sic superficialiter vel omnia dicta ista essent vana, vel falsa. Ideo sciendum est, quod per hortum illum, sive Paradisum illum, intelligit auctor statum perfectum virtutis. Arbores et herbe figurant diversas virtutes, que producunt diversos effectus. In tam perfecto statu virtutis sive virtuoso, odor, qui tantum delectat, procedens [ab] arboribus et herbis, fructibus et floribus, est bona fama et bonum nomen, de quo ait Salamon: Curam habe de bono nomine; valet enim super aurum et divitias. Homo enim existens in statu virtuoso, cavet sibi ab omni excessu et ab omni vitio, operatur virtuose et delectabiliter, quem fortuna nec infortunia removere possunt ab operibus virtuosis, ut bene probat Aristotiles in primo Ethicorum, quod talis homo sit felix; et felicitas est operatio virtuosa secundum optimam virtutem hominis, idest rationem, bona, perfecta, continua, etc. Et ideo fingit auctor unum ventum levem, auram scilicet levem, que aura levis habet figurare infortunia mundi, que, licet aliquantulum virtuosum, tamen non possunt eum removere totaliter ab operibus virtuosis. Per aves figurantur homines religiosi et contemplativi, qui volant in altum contemplationis, spernendo et calcando terrena et omnia vitia et transitoria. Iste aves finguntur cantare super arbores. Iste cantus est divinum officium, et laudes, orationes, benedictiones, et gratiarum actiones, psalmi, ympni, qui per prelatos Ecclesie et religiosos cantantur et redduntur Excelso. Folia et frondes, que moventur ab illo vento parvo, sunt predicationes et instructiones, que fiunt populis. Aqua ibi significat gratiam divinam, quoniam, ut fingit auctor, aqua non naturaliter est ibi, sed procedit ab eterno consilio, et a primo ente, quia gratia divina a solo Deo procedit. Fons, a qua oritur illa aqua, que spergitur et dividitur in duos fluvios, est immensitas divina, omnipotentia Dei. Isti duo fluvii, quorum unus est Lethes, idest oblivio, et alter Eunce, vivacitas mentis, sunt duo ad que attendere debet unusquisque volens pervenire ad beatitudinem, scilicet declinare a malo et facere bonum; quia non sufficit abstinere a malo, verum unusquisque studeat et bonis operibus insudare. Videtur poeta velle asserere etatem auream, si unquam fuit (quam auctores ita sollicite dicunt fuisse sub rege Saturno, rege Crete, sive Candie insule) extitisse in hoc loco Paradisi terrestris, propter hoc quia hic est sempiterna primavera, idest sempiternum ver, et arbores semper florentes, et herbe plene fructibus, ubi humana radix, scilicet protoparentes, extiterunt immunes et sine peccato ullo. Et illi duo fluvii sunt nectar, etc.; quem tamen locum auctores fuisse asserunt in monte Parnaso, ut antiqui dixerunt. Sed in rei veritate, licet Boetius in libro De philosophica consolatione etiam dicat: Felix nimium prior etas fidelibus arvis, etc., ego non credo quod talis etas, sic aurea descripta a poetis, unquam fuerit, quia studendo Sacram Scripturam, dominam omnium aliarum scripturarum, plenam veritate, nullam falsitatem continentem, nunquam invenies talem etatem fuisse, quia primorum germanorum propter invidiam unus, scilicet Cayn, interfecit reliquum, scilicet Abel, et subito pullularunt filii hominum deviantium a Deo et ab eius voluntate. Demum supervenit diluvium in principio secunde etatis, tempore Noe. Demum submerse sunt quatuor civitates in Sodom's, etc., propter

scelus nefandissimum; et sic nunquam fuit etas talis. Credo ita, nec adhuc est nec unquam erit ubi invenies, secundum veritatem, illas sobrietates. Licet aliqui dicant: Hodie peior mundus quam unquam fuerit; nunquam gentes fuerunt ita male; nunquam fuerunt talia scelera; ego credo quod mundus, ad sui totalitatem, semper steterit uno modo. Concedo quod in una regione, vel patria, aliquando fuerunt vel meliores homines quam sint modo; et sic in illa alia regione, et sic de aliis regionibus; et ubi modo sunt mali homines, aliquando fuerunt boni, et e converso: saltem per spatium septingentorum annorum variantur. Fiunt tales varietates: modo in una patria sunt guerre; et sic accidit de pestilentia, que modo est in una patria, modo in alia; et semper est pestilentia, sed non ubique. Ego credo quod quidquid est mali hodie, fuit alias alicubi, et etiam quidquid boni; ita quod mundus, quoad sui totalitatem, est semper uniformis, quoad singulas partes non. Quam parvo tempore habuerunt Romani pacem universalem! quotannis habuerunt brigas et guerras! Et si dicatur: quare auctores fingunt illam etatem auream ita perfectam et sub Saturno? respondeo dicendo, quod hoc ideo fecerunt, quia preterita non sunt nobis nisi in memoria, presentia sentimus actualiter. Et hoc finxerunt poete propter dare bonum argumentum ad bene agendum, ut auditis hiis homines provocentur ad correctionem vitiorum et ad sequelam virtutum; et si talis etas fuit, forte fuit uno tempore in una regione, et alio tempore in alia regione. Nunc describenda est Ecclesia militans.

Unde sciendum quod Ecclesia nil aliud est nisi congregatio fidelium, sive catholicorum, bene credentium in unum Deum vivum et verum, et firmiter adherentium illi et [confitentium] cum ceremoniis suis. Quam Ecclesiam sic depingit auctor. Primo ponit septem candelabra: sunt septem luminaria, magis lucentia quam luna decimaquinta, que precedunt eundo morose, illuminando totum Paradisum terrestrem, et eundo dimictunt in aiere flammulas velut magna vexilla, et interdum auditur sonus suavissimus et angelicus cantus. Ista candelabra sequebantur vigintiquatuor domini bini et bini, induti albis, et coronati erant, sive habebant serta, de liliis albissimis. Demum venerunt quatuor animalia, habentia serta virid[i]a, et sex alas pro quolibet: plena erant huiusmodi animalia oculis ante et retro. Inter illa quatuor animalia erat una biga, sive currus, duarum rotarum, et erat currus triumphalis, quem unus grifo (animal semiavis et semileo: collum, rostrum et ale, avis; residuum corporis, leo) trahebat ad collum, et tenebat alas elevatas inter illas flammellas, quas septem luminaria, super septem candelabra, causant et efficiunt. Membra istius grifonis, que erant avium, erant aurea, membra leonina erant alba veluti nix. Ad rotam dextram currus erant tres pulcherrime domine. Una erat tota rubea; alia viridissima; tertia erat albissima. Ad sinistram rotam erant quatuor alie domine, indute [veste] purpurea, quarum una habebat tres facies. Demum veniebant duo antiqui, dispares in habitu: unus videbatur medicus, alter habebat ensem. Demum venerunt quatuor in humili apparentia, et omnes sequebatur unus antiquus solus, quasi dormiens, cum facie valde provida. Isti septem ultimi habebant serta, non de liliis, sed de rosis et aliis rubeis floribus. Unus de vigintiquatuor indutis albis et coronatis liliis, cepit cantare: Veni sponsa de Libano. Et sic ter cantavit. Omnes alii dicebant: Benedictus qui venis. Et super currum de manibus angelorum pluebant lilia, rose et flores; et in curru apparuit una pulcherrima domina, que habebat unum velum album, vestem rubeam, mantellum viridem, habebat sertum de ramo olivarum. Nec Virgilius ista intellexit; ita quod invanum auctor interrogabat Virgilium de istis. Ita Ecclesia militans est congregatio fidelium, dum sunt in hoc mundo, in via peregrinationis; et dicitur militans quia continue fideles habent militare contra demones, contra carnem, et contra mundum, sive contra vitia, contra hereticos.

Ecclesia triumphans est illa que est in celo, que iam est in patria, et cum nihilo habet preliare; sed gaudet iam suis victoriis Et quia auctor cito erat ascensurus in celum, sicut patebit in Paradiso, sive in tertio libro, voluit primo describere Ecclesiam militantem in modum cuiusdam exercitus. Ideo primo posuit luminaria, ut videatur [via] per quam est eundum. Fingit auctor quod cum iret quasi super ripam unius fluminis, accidit quod via plicabat in tantum, quod pars, que erat versus occidens, versa est versus oriens. Vult dicere quod novis supervenientibus, vetera cessaverunt, quia, veniente tempore gratie, ceremonie antique evacuate sunt, in parte saltem, quia quod figuratum fuit in veteri Testamento, verificatum [fuit] in novo. Modo declarentur supra dicta. Illud lustrum, sive illa lux, sive illud lumen, quod primo vidit, est illuminatio donorum Spiritus Sancti; que dona sunt septem, sicut candelabra sunt septem, tenentia septem luminaria, que sunt, sapientia, intellectus, consilium, fortitudo, scientia, pietas et timor Domini. Ista luminaria illuminant totum hortum delitiarum, totam vitam activam, sive totam Ecclesiam militantem, saltem illuminant omnem voluntatem. Illuminare hoc lumen cum vidit auctor, putavit ipsum esse unam accensionem (sic fit in aiere cum tonitruo); sed quia duravit diu, tunc novit quod non erat accensio, quia accensio in aiere modicum durat. Cantus, qui auditur, procedit ab omnibus militantibus qui sequuntur, scilicet a patribus antiquis, prophetis, apostolis, doctoribus, martyribus, virginibus, a monacis, heremitis, et coniugatis, et continentibus, qui omnes cecinerunt optime, qui illuminati sunt dicto lumine donorum Spiritus Sancti, scilicet divine gratie. Videndo hec, auctor commotus fuit ad [de]testandum Evam, que fuit causa perditionis tam boni. Virgilius hoc lumen ignorabat, quia tale lumen non cognoscitur per scientiam naturalem. Isti vigintiquatuor, induti vestibus, sunt vigintiquatuor libri Sacre Scripture. Induuntur albis, ad denotandum veritatem, que continetur in illis libris; nam

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

in illis libris habemus quidquid habemus de fide. Bini veniunt, ad denotandum concordiam; et erant coronati liliis, propter puritatem et sanctitatem fidei. Illud quod isti cantant, totum dicitur in laudem Beatricis, idest Sacre Theologie. Quatuor animalia sunt quatuor Evangeliste, qui figurantur in animalibus, sicut exponit Beatus Gregorius. Erant animalia gressibilia, in quantum tractant de Christi humanitate. Habebant alas ad volandum in altum, tractando de divinitate Christi. Habebant quasi infinitos oculos, ad denotandum multitudinem veritatum, quas currus ille et Sacrarum Scripturarum auctoritas sunt continentia. Due rote sunt duo Testamenta, vetus et novum. Dextra rota est novum Testamentum; sinistra est vetus. Grifo est Christus. Grifo est animal partim gressibile, sicut partim Christus est homo; partim avis, si[cut] partim divinitas. Sed pars animalis gressibilis, est albissima, ad denotandum puritatem carnis Iesu Christi et innocentiam; pars avis est aurea, ad denotandum nobilitatem divinitatis. Tres domine ad rotam dexteram, sunt tres virtutes theologice, scilicet Spes, Fides, Caritas. Prima est albissima, secunda valde viridis, tertia valde rubea. Nam albedo significat puritatem fidei; viredo significat durationem spei; rubedo figurat incendium caritatis. Quatuor domine ad sinistram rotam, sunt quatuor virtutes cardinales, scilicet, Prudentia, Fortitudo, Temperantia et Iustitia. Sed prudentia habet tres facies, quia prudens ad tria tempora habet inspicere: ut preteritorum recordetur, presentia ordinet, futura prevideat. Duo senes, secundum aliquos, figurant Elyam et Enoch, quod non puto fuisse de intentione auctoris, quia illi duo non habent custodire currum Sacre Scripture. Aliqui dicunt, quod sunt Moyses et Aaron. Qui Moyses et punivit malefactores, Aaron medicabat cum sacrificiis. Alii dicunt de Sancto [Luca] et de Sancto Paulo. Nec hoc credo, quia iam dictum est de Sancto Luca, qui unus Evangelista est, unum de quatuor animalibus. Ego autem puto, quod auctor per istos duos antiquos intellexit duos principes Apostolorum, scilicet Petrum et Paulum. Paulus habet ensem, quia rimatur profunda Scripturarum, et est ille qui stimulat et pungit reprehendendo. Petrus videtur medicus, quia sanat, quia flevit amare, ut Matthei vicesimosexto capitulo; secundo sanat quia peccata remictit et habet claves, etc. Postea sequuntur currum quatuor, qui apparebant in humili gestu. Sunt quatuor Doctores, scilicet Augustinus, Hieronimus, Gregorius et Ambrosius. Augustinus fuit malleus hereticorum in disputationibus: Ieronimus excellentissimus in hystoriis, Ambrosius optimus predicator, Gregorius fuit excellens in moralitatibus. Augustinus fuit Chartaginensis, de Barbaria, sive de Ieconis; Hieronimus de Salomona, de oppido Stridonis; alii duo fuerunt Ytalici et Romani. Ille senex, qui veniebat ultimo quasi dormiens, secundum aliquos est Sanctus Ioannes, qui composuit Apocalypsim quasi dormiens. Hanc opinionem non teneo, quia Sanctus Ioannes positus est inter quatuor animalia. Puto igitur quod auctor intellexit de Sancto Bernardo: primo, quia fuit vere senex venerabilis; secundo, fuit contemplativus, ideo fingitur dormiens; fuit solitarius; habebat faciem argutam, idest sapientem, et providam, sive subtilitatibus plenam. Hic fuit homo valens, nobilis. Isti septem ultimi, scilicet duo, unus medicus, alter cum ense, quatuor, et iste ultimus senex, non habebant serta de liliis, sed de rosis et aliis rubeis floribus, ad denotandum quod in istis viguit caritas, que figuratur in rubeo colore. Domina una sedet in curru inter flores fluentes et lilia cadentia de manibus angelorum. Erat una domina, que non ex toto clare videtur, propter flores quasi obumbrantes eam et occultantes. Hec Beatrix, Sacra Scriptura. Ista domina est velata velo albo, tunica rubea erat induta, mantello viridi circumdata, super velo albo habet sertum de oliva. Tota intentio Beatricis, idest Sacre Scripture, est inducere homines ad caritatem; ideo habet tunicam rubeam, clamidem viridem, quia dat spem optimam. Velum album, est fides purissima contenta in Sacra Theologia. Sertum est de oliva, nam oliva habet tres proprietates. Liquor olive natat super omnia liquida; sic sapientia Sacre Scripture excedit omnem aliam sapientiam: nam arbor olive est consecrata Minerve, idest dee sapientie, quia Sacra Theologia est dotata sapientia increata et infallibili. Secundo, oliva significat pacem: hoc intendit Sacra Scriptura, pacificare Deum, et e converso. Tertio, oliva semper habet viriditatem in foliis; sic Sacra Scriptura nunquam deficit a veritate. Angeli huic ministrant lilia et flores, quia Deus per ministerium angelorum loquebatur sanctis patribus et prophetis. Istum currum trahit grifo, quia tota Sacra Scriptura tractat de Christo, aliquando venturo, modo qui venit. Iam ligabat grifo hunc currum ad plantam illam, de cuius fructu comedit Eva, in signum quod tota militia proveniebat ab inobedientia comedentis de fructu, etc.: nam non oportuisset hominem militare nec laborare, nisi Eva peccasset: ita quod omnis nostra miseria proveniebat ab inobedientia primorum parentum, etc.

CAPITULUM VICESIMUMOCTAVUM

1 Vago già di cerchar dentro e dintorno
La divina foresta spessa e viva,
Che gl' ochi temperava al nuovo giorno,
2 Senza più aspettar lasciai la riva,
Prendendo la campagna lento lento
Su per lo suol che d'ogni parte oliva (1).

(1) rendeva odore.

1 *Vagus iam querendi intus et circum*
Divinam forestam spissam et vivam,
Que oculis temperabat novum diem,
2 *Sine ulterius expectare dimisi ripam,*
Apprehendendo campaneam lente lente
Super solum [quod] ex omni parte olebat.

Vagus iam querendi. Vago: istud est vicesimumoctavum capitulum huius Purgatorii, in quo auctor describit Paradisum delitiarum terrestrem. Dividitur in quatuor partes principales. In quarum prima describitur [conditio] Paradisi terrestris, quantum ad suas arbores, quantum ad ventum qui ibi regnat, quantum ad aves que ibi habitant cantant, quantum ad aquam que irrigat Paradisum.
In secunda parte, [que] incipit ibi:

> Apparuit michi sicut aliquando apparet;
> E li ci apparve, siccom' egli appare,

describitur una domina, quam ibi reperit auctor, que colligebat flores canendo suaviter.
In tertia parte movit auctor questionem isti domine de vento et de aqua, que sunt ibi preter naturalem cursum; que incipit ibi:

> Et qui es ante;
> E tu che dinanze.

In quarta parte, que incipit ibi:

> Et avegnat, idest ponamus quod satis;
> Et avvegna assai,

auctor subiungit sensum notabilem ad confirmationem omnium predictorum. Istud capitulum est totum exponendum et intelligendum figuraliter et moraliter.

Primo tamen auctor premictit continuationem cum [dictis] dicendorum, et dicit quod iam erat totus avidus effectus et desiderosus videre istum Paradisum, propter verba que dixit Virgilius sibi; et nedum desiderabat circuire hortum illum, sed etiam intra, idest in medium, et ire per omnes partes eius et ripas. Vocat hanc silvam arborum, divinam forestam, quia facta fuit manu Dei. Forestam, idest silvam spissam et densam; vel forestam, quia est locus solitudinis, quia pauci ibi habitant. Moraliter pauci perveniunt ad statum perfecte virtutis, quem figurat iste Paradisus. Dicitur viva, quia nunquam arbores ibi desiccantur nec herbe. Ista silva temperabat novum diem, idest confirmabat. Nec expectavit ibi dia auctor; sed subito dimisit ripam et intravit ambulando per campaniam lente, tamen eundo super solum: et in omni loco erat odor bonus; et erat ibi unus ventus levis, qui feriebat faciem auctoris euntis, qui ventus movebat folia, et omnes rami declinabant versus orientem. Nec tamen ille ventus prohibebat quin aves canerent super ramos arborum et strepitus foliorum erat bonus tenor cantui avium. Tunc ad textum procedatur, s'c.

Vagus, idest avidus, factus iam, scilicet propter verba Virgilii, querendi intus et circum, idest per totum, divinam, idest a Deo factam, forestam, idest silvam, spissam, idest densam propter multitudinem arborum, et vivam, quia nec arbores nec herbe unquam dessiccantur ibi, que oculis temperabat diem, idest confirmabat visum, sine ulterius expectare, idest non tardando ibi, dimisi ripam, apprehendendo, idest capiendo, campaniam, idest planitiem, lente super solum, idest terram, quod ex omni parte, [inter] illas arbores sic dictas scilicet, olebat.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

3 Un' aura dolce (1), senza mutamento(2)
Haver in sè, mi feria per la fronte,
Non di più colpo (3) che soave vento;
4 Per cui le fronde, tremolando prompte,
Tucte quante piegavan alla parte
U'(4) prima l'ombra gitta'l sancto monte:
5 Non però dal lor esser dricto sparte
Tanto, che gl' augelecti (5) per le cime
Lasciasser d'operar ogni lor arte (6);
6 Ma con piena letitia l'hore prime,
Cantando, ricevean intra le fogle,
Che tenean bordone (7) a le sue rime.
7 Tal, qual di ramo in ramo si raccogle
Per la pianetta, in sul lito de' Chiassi,
Quand' Euro e Scirocco fuor disciogle.
8 Sì (8) m'havien trasportato e lenti passi
Dentro alla selva già tanto, ch'io
Non potea riveder ond'io m'entrassi (9):

3 *Una aura dulcis, sine mutamento*
Habere in se, me feriebat per frontem,
Non maioris ictus quam suavis venti;
4 *Propter quam tremulando frondes pinte*
Omnes plicabantur ad partem
Ubi prius umbram proiicit sacer mons:
5 *Non tamen quod ab earum rectitudine essent sparse*
Tantum, quod avicule per summitates
Dimicterent operari omnem suam artem;
6 *Sed cum plena letitia horas primas,*
Cantando, recipiebant intra folia,
Que tenebant tenorem suis rithymis.
7 *Talis, qualis de ramo in ramum colligitur,*
Per pinetam, super littore Chiassii,
Quando Eolus Eurum extra disciollit.
8 *Iam me transportaverant lenti passus*
Intra silvam antiquam tantum, quod ego
Non poteram videre unde ego intrarem:

(1) ventarello — (2) continua — (3) violentia — (4) dove — (5) gli uccelletti — (6) di cantare — (7) tenore — (8) al. già — (9) prima.

Una aura dulcis, idest levis, sine mutamento, idest magna[m] mutatione[m] habere in se, me feriebat per frontem, non maioris ictus quam suavis venti, propter quam, scilicet auram, frondes, tremulando prompte, omnes plicabantur ad partem, ubi prius umbram proiicit sacer mons, scilicet orientem; non tamen quod ab earum rectitudine essent sparse, idest nimis commote, sive separate tantum, quod avicule per summitates dimicterent operari omnem suam artem, idest cantandi, nidificandi; non impediebantur ab illo vento, sine fugere impetu venti. Iste ventulus suavis figurat turbationem mundanam, quam omnes virtuosi sciunt pacienter sufferire, nec propter illam discedunt a virtute.

Sed cum plena letitia horas primas (prima hora appellatur quando de mane cantant) cantando recipiebant intra folia, que tenebant tenorem rimis suis, idest rithymis (ista folia sic mota causabant unum dulcem sonum, qui erat bonus tenor cantui avium), talem, scilicet tenorem, qualis de ramo in ramum colligitur, idest auditur, per pinetam super lictore Chiassi, quando Eolus Eurum, ventum sic dictum, extra discioglit, idest dissolvit.

Nota quod prope Ravennam fuit una civitas, vocata Chiassii, que nunc est in totum destructa, et modo ibi est una silva arborum, que vocatur Pinus, et durat ista silva per decem milliaria. Modo quando spirat unus ventus, qui vocatur vulgariter Cirocho, litteraliter Eurus, talis ventus commovet ramos illorum arborum, et ille motus causat unum sonum similem huic de quo est sermo. Illa silva super lictus maris, ubi solebat esse supradicta civitas Chiassii, adhuc apud incolas illius patrie vocatur lictus Chiassii. Nota quod Eolus fingitur rex ventorum, quos ipse tenet reclusos in uno antro, et quando vult, permictit unum exire, quandoque alium, etc.; ita quod quando Eolus, rex ventorum, relaxet Eurum, tunc Eurus commovet illas arbores. Hoc lictus bene novit auctor, quia diu stetit Ravenne, et ibi est corpus suum sepultum apud Conventum Fratrum Minorum de Ravenna, et ego apud suam sepulturam dixi aliquas orationes pro anima sua. Cur autem Eolus vocatur rex ventorum, puto quod hec sit causa. Nam insula Cicilie habet prope se multas insulas parvas, que non distant a magna insula per sex milliaria aut decem. Quarum una vocatur Vulcano, alia vocatur Strombole, alia vocatur Lippari. In istis insulis ardebant antiquitus montes, et adhuc in aliquibus montibus illarum est ignis magnus et ardet die nocteque. Modo intra illas insulas commoventur multi venti; et ad fumum vel flammam illorum ignium, sive multiplicis ignis, potest satis bene cognosci qui venti spirant: imo ad primum motum cognosci potest qui ventus regnat tali die. Nunc in istis insulis fuit realiter rex iste Eolus, qui fuit bonus philosophus et astrologus, qui ex magna practica noscebat naturam ventorum et commotionum, et de sero considerando fumum ignis in illa insula et fumum alterius ignis in alia insula (idem dico de flammulis), sciebat dicere: Crastina die regnabit talis ventus, etc. Et communiter dicebat verum, et quasi semper: unde incole istius patrie crediderunt, quod ipse haberet ventos in sua potestate; et quod ipse teneret eos clausos, et quando volebat, dimictebat unum abire, alia vice alium, et sic de singulis; et quod ipse revocaret eos, scilicet ventos, ad suum beneplacitum. Et propter hoc finxerunt antiqui, quod Eolus sit rex ventorum et dominus eorumdem.

Iam me transportaverant lenti passus intra silvam antiquam (quia primi parentes fuerunt in ea, et fuerunt tam

9 Et ecco più andar (1) mi tolse (2) un rio,
Che 'nver sinistra con sue picciol' onde
Piegava l' herba che 'n sua riva uscio.
10 Tucte l'acque che son di qua più monde (3),
Parriano haver in sè mixtura alcuna,
Verso di quella che nulla nasconde (4);
11 Avegna che si mova bruna bruna
Socto l' ombra perpetua, che mai
Raggiàr ivi non lascia sol nè luna.
12 Co' piè ristecti e cogl'occhi passai
Di là dal fiumicel, per ammirare
La gran varietà (5) de'freschi mai (6):
13 E là m'apparve, sì com' elli appare
Subitamente cosa che desia
Per maravigla tutt'altro pensare,
14 Una donna soletta, che si gia
Cantando e riscegliendo fior da fiore,
Ond'era pincta tutta la sua via.
15 De! bella donna, ch' a' raggi d' amore
Ti scaldi, s'io voglo creder a'sembianti,
Che soglon esser testimon del core,
16 Vegnati vogla di trarti davanti,
Diss' io a lei, verso questa riviera,
Tanto ch'io possa intender quel che canti.

9 *Et ecce unus rivus ulterius ire michi subtraxit,*
Qui versus sinistram cum suis parvis undis
Plicabat herbam que in sua ripa exivit.
10 *Omnes aque que sunt in mundo magis munde,*
Viderentur in se habere mixturam aliquam,
Respectu illius que nullam rem abscondit;
11 *Quamquam moveatur bruna bruna*
Sub umbra perpetua, que nunquam
Permictit radiare solem ibi neque lunam.
12 *Cum pedibus steti et cum oculis transivi*
Ultra fluviolum, propter admirari
Grandem variationem recentium maiorum:
13 *Et ibi michi apparuit, sicut aliquando apparet*
Subito res que deviat
Propter admirationem omne aliud cogitare,
14 *Una domina sola que ibat*
Cantando, et eligendo florem a flore,
Unde erat picta tota sua via.
15 *De! pulchra domina, que ad radios amoris*
Te calefacis, si ego volo credere signis,
Que solent esse testimonia cordis,
16 *Veniat tibi voluntas trahere te ante,*
Dixi ego ad eam, versus istam ripariam,
Tantum quod ego possim intelligere quod tu canta:

(1) oltra — (2) impedì — (3) nel nostro habitabile — (4) per la sua chiarezza — (5) al. variation — (6) arbori.

senes) tantum, quod ego non poteram revidere, idest locum, unde ego intrassem.

Et ecce ulterius ire michi subtraxit unus rivus, idest fluvius, qui currebat: scilicet Lethes, qui interpretatur oblivio, in quo purgantur anime purga[nd]e, ad denotandum quod nunquam amplius debeant redire ad peccandum. Dicit auctor quod illa aqua est adeo clara, quod non potest reperire sufficientem comparationem ad describendum claritatem eius; que versus sinistram cum suis parvis undis plicabat, idest inclinabat, herbam que in sua ripa exivit.

Omnes aque, que sunt in mundo magis munde, viderentur habere in se mixturam aliquam, respectu illius, que nullam, scilicet rem, abscondit, quamquam moveatur bruna, bruna, idest fusca, propter umbram arborum, sub umbra perpetua, que nunquam permictit radiare solem ibi neque lunam. Hoc evenit propter densitatem arborum, quia nullus radius penetrat illam arborum densitatem. Moraliter: Lethes, idest oblivio peccatorum, primo videtur dura et obscura, sed postea clara et lucida.

Cum pedibus steti, quia firmavi me, et cum oculis transivi, scilicet respiciendo, ultra fluviolum, propter admirari, vel admirando respicere, variationem grandem recentium maiorum, idest arborum.

Et ibi michi apparuit, sicut aliquando. E li ci apparve, si com'egli: hec est secunda pars huius capituli, in qua auctor describit unam dominam quam ibi reperit Et ibi apparuit michi, sicut aliquando apparet subito res que deviat propter admirationem omnem aliud cogitare (stando in actu speculationis aliquo solitario, in uno magno cogitatu, qui tenet hominem abstractum, aliquando venit aliquid de novo, quod totum aufert quod prius cogitabatur: illa est interpretatio sompnii, scilicet illa est ista domina, scilicet vita activa, que consistit in virtute optima, sive operatione virtuosa; que virtus elegit flores varios, idest diversos actus virtuosos), una domina sola, sive solitaria, que ibat cantando et eligendo florem a flore, idest actus virtuosos ab actibus etiam virtutum, unde erat, idest de quibus floribus, picta, idest ornata, tota sua via.

De! (dictio deprecativa) pulchra domina (ecce deprecatur ipsam), que ad radios amoris, scilicet bonarum operationum et virtuosarum, te calefacis, si ego volo credere signis, que solent esse testimonia cordis apparentia extrinseca, non interiora, veniat tibi voluntas trahere te ante, dixi ego ad eam, versus istam ripariam, tantum quod

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

17 Tu mi fai rimembrar, dove e qual era
Proserpyna nel tempo che perdecte
La madre lei, et ella primavera.
18 Come si volge, colle piante strecte
A terra et intra sè, donna che balli,
E piede innanzi piede a pena mette,
19 Volsesi in su' vermigli et in su'gialli
Fioretti verso me, non altrimenti
Che vergine che gl'ochi honesti avalli (1);
20 E fece e preghi miei esser contenti,
Sì appressando sè, che 'l dolce sono
Venia a me co' suoi intendimenti.
21 Tosto che fu là dove l'herbe sono
Bagnate già dall' onde del bel fiume,
Di levar (2) gl' ochi suoi mi fece dono.
22 Nè credo che splendesse tanto lume
Sotto le cigla a Venere traficta
Dal figlo, fuor di tucto suo costume.
23 Ella ridea dall'altra riva dricta,
Trahendo più color co'le sue mani,
Che l' alta terra senza seme gicta.

17 *Tu facis me reminisci, ubi et qualis erat*
Proserpina in tempore in quo perdidit illam
Mater, et illa tempus veris.
18 *Sicut se volvit, cum plantis strictis*
Ad terram et intra se, domina que tripudiet,
Et pedem ante pedem vix mictit,
19 *Volvit se super rubeos et super fulvos*
Flosculos versus me, non aliter
Quam virgo que oculos honestos inclinet;
20 *Et fecit preces meas esse contentas,*
Se appropinquando ita, quod dulcis sonus
Veniebat ad me cum suis intelligentiis.
21 *Statim quod fuit ibi ubi herbe sunt*
Balneate iam ab undis pulchri fluminis,
Levandi oculos suos michi fecit donum.
22 *Non credo quod splenduerit tantum lumen*
Sub superciliis Veneri transfixe
A filio, extra omnem morem suum.
23 *Ipsa ridebat ab alia ripa recta,*
Trahendo plures colores cum suis manibus,
Quos alta terra sine semine emictit.

(1) abbassi — (2) d'alzare a me.

ego possim intelligere quod tu cantas, idest ut possim pervenire ad statum virtuosum.

—

Ad describendum modum istius domine, auctor ponit unam hystoriam talem, positam ab Ovidio in secundo libro Methamorphoseos. Domina Ceres, dea frugum, habebat unam filiam, nomine Proserpinam; que, iuvencula, in pratis colligendo flores prope montem Ethene in Cicilia, venit Pluto rex Inferni, et rapuit eam et portavit in Infernum, et facta est regina Inferni. Dicitur Ceres quasi cernens res, et est proprie terra. Proserpina, filia sua, est proprie seges, idest pro serpendo. Pluto est elementum terre: Ceres est superficies terre, que producit segetes, scilicet Proserpinam; sed Pluto est totum elementum telluris. Bene scis quod terra rapit semen, donec postea emictit segetes, etc. Ponitur Ceres in Cicilia, ex eo quia ibi terra est fertilissima: si seminatur una mensura frumenti, recolligitur multiplicatum per quinquaginta, sexaginta, aliquando per centum, ubi excessiva fertilitas; et penes montem Ethene est fertilior tellus, quam sit in tota insula Cicilie. Comparatio tamen hic currit de iuvencula ad iuvenculam, de pratis ad pratum, etc.

Tu facis me reminisci et ubi et qualis erat Proserpina in tempore quo perdidit mater illam, et illa tempus veris, scilicet perdidit, vel flores, quos legerat et in gremio habebat, quando Pluto rapuit eam.

—

Sicut se volvit, cum plantis, idest pedum, strictis ad terram et intra se, domina que tripudiet, vel corizet, et pedem ante pedem vix mictit, volvit se, supple sic, super rubeos et super fulvos, idest croceos, flosculos, versus me, non aliter quam virgo que oculos honestos inclinat, scilicet ad terram, propter honestatem, quando aliquis vir loquitur; et fecit preces meas esse contentas, se appropinquando ita, quod dulcis sonus veniebat ad me cum suis intelligentiis.

—

Statim quod fui[t] ibi ubi herbe sunt balneate iam ab unda pulchri fluminis, levandi oculos suos michi fecit donum.

—

Non credo quod resplenduerit tantum lumen sub superciliis, idest oculis, Veneris, transfixe, idest vulnerate, a filio, extra omnem suum morem. Idest: quando Cupido, filius suus, transfixit eam cum aurea sagipta, tunc, plus quam ex more habebat, fuit rapta amore; et hoc quando fuit philocapta de Marte.

—

Ipsa ridebat ab alia [ripa] recta, trahendo, idest eligendo, plures colores, idest flores, plurium colorum, cum suis manibus, quos alta terra, idest hortus delitiarum, qui est in alto et sublimi loco, sine semine proiicit, idest emictit, sive producit.

—

24 Tre passi ci facea 'l fiume lontani (1);
Ma Hellesponto, dove 'l passò Xerse,
Ancora freno (2) a tutti orgogli (3) humani,
25 Più odio da Leandro non sofferse,
Per mareggiar intra Sesto et Habydo,
Che quel da me per c'alor non s'aperse.
26 Voi sete nuovi, e forse perch' io rido,
Cominciò ella, in questo luogo electo (4)
All' humana natura per suo nido,
27 Maraviglando tieni alcun sospecto;
Ma luce rende il salmo Delectasti,
Che puote disnebbiar vostro intellecto.
28 E tu, che se' dinanzi, e (5) mi pregasti,
Di' (6) s' altro vuoi udir, ch' io venni presta
Ad ogni tua question tanto che basti.

24 *Tribus passibus nos faciebat flumen longinquos;*
Nunquam Hellespontum, ubi transivit Xerses,
Adhuc frenum omnibus audaciis humanis,
25 *Maius odium ab Aleandro non sustulit,*
Propter maregiare intra Sextum et Habidum,
Quam illud a me, quia tunc non fuit apertum.
26 *Vos estis novi, et forsan [quia] ego rideo,*
Incepit illa, in isto loco electo
Humane nature pro suo nido,
27 *Admirando tenet vos aliqua suspicio;*
Sed lumen reddit psalmus Delectasti,
Qui potest disnebiare vestrum intellectum.
28 *Et tu, qui es ante, et me rogasti,*
Dicas si aliud vis dicere, quia veni festina
Ad omnem tuam questionem tantum quod sufficiat.

(1) l'un dall'altro — (2) Xerse, dico — (3) superbie — (4) Paradiso terrestro — (5) che — (6) dicas.

Tribus passibus nos faciebat flumen longinquos (inter auctorem et illam dominam erat flumen Lethes, quod non erat magis latum quam per tres passus): nunquam Hellespontum, ubi transivit Serses (adhuc frenum omnibus audaciis humanis), magis odium ab Aleandro non substulit, propter maregiare, propter impedimentum quod prestabat ipsi Alexandro quando volebat transire ad amasiam suam, intra Sextum (est una insula) et Habidum (alia insula), quam illud a me, scilicet illud flumen, quia tunc non fuit apertum.

Hic tanguntur due hystorie. Prima est de Serse, rege Persarum et Medorum, qui volens sibi subiugare Gretiam, que tunc florebat in armis, venit ad insulam Sextum, que est ex parte Asie, et ibi fecit unum pontem de lignis, scilicet de doliis, qui protendebat ab illa insula Sextum usque ad aliam insulam in littore greco, que vocatur Habidos; et inter istas duas insulas est unum brachium maris, quod vocatur Hellespontum, latum per tria milliaria tantum, sicut est in faro Messine, qui inter Calabriam et insulam Sicilie iuxta Messanum, ubi non est latius mare quam per tria miliaria ytalica. Istud mare, scilicet Hellespontum, super pontem predictum transivit Serses cum suis gentibus, et applicuit ad unum montem, vocatum Athos: super quem ascendens, de quo prospiciens versus radices montis et ad planitiem, videns tantam multitudinem hominum, cepit flere. Cui dixit unus suus baro: Domine rex, de quo ploras, nisi tu plangas pre gaudio? Qui respondens dixit: Ploro quod considero quod infra centum annos nemo erit vivens de tanta iuventute hominum, quot sunt hic. Et de hoc dixit verum. Attamen iste Serses coactus fuit fugere et redire ad partes suas, propter vim et prudentiam Grecorum; et volens redire per pontem, pons propter commotionem maris in pluribus locis erat destructus; unde pro maiori parte exercitus suus periit. Et tamen iste fuit ita audax, quod mare transire voluit cum ponte ligneo; unde apparuit in eo magna superbia et audacia. Hec hystoria deberet esse frenum et incutere timorem omnibus hominibus audacibus.

Alia hystoria est hec. Unus iuvenis, qui vocabatur Aleander de Sexto, insula predicta, erat philocaptus de quadam iuvencula de Habido, insula etiam predicta; ita quod sepe, natando, iste Aleander ibat de Sexto ad Habidos ad suam amasiam. Sed quando illud mare Hellespontum commovebatur et maregiabat, quia commotio maris ab auctore vocatur maregiare, illud mare odibatur valde ab Aleandro prescripto: et sustinebat odium ab eodem, non maius quam istud Lethes, quod dividebat inter me et illam dominam, sustinuit ab me. Hoc vult dicere in summa. Nunc ponuntur verba que dixit illa domina ridens.

—

Vos estis novi, et forsan quia ego rideo, incepit illa, in isto loco electo humane nature pro suo nido (quia talis locus datus fuit nostris primis parentibus, de quo fuerunt expulsi propter inobedientiam), admirando, idest in admiratione, tenet vos aliqua suspicio; sed lumen reddit psalmus Delectasti, qui potest disnebriare, idest extra errorem ponere, vestrum intellectum. Quod dicitur: quia estis novi hic, non miramini de meo risu, et quia nunc appulistis; sed attendite verbum Psalmiste, psalmi septuagesimi septimi, ubi dicitur: Delectasti me, Domine, in factura tua; quia cor sapientis delectatur in operibus Dei tam pulchris atque miris. Sed moraliter, qui primo veniunt ad virtutes, relinquendo vitia, non videtur suavis operatio virtuosa, sicut videtur assuetis, quia, bene abituati in virtutibus, operantur virtuose cum delectatione: quia, ut vult Aristotiles, ut preallegatum est, signum virtutis est operatio facta cum delectatione. *Lucem reddit:* quia trahit vos de dubio.

—

Et tu qui es ante. E tu che se'dinanti: hec est tertia pars huius capituli, in qua auctor movet questionem isti domine, quam ipsa solvit. Questio est hec. Hic est aqua,

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

29 L'acqua, diss'io, e 'l suon della foresta
Impugna dentro a me novella fede
Di cosa, che udii contraria a questa.
30 Ond'ella: Io dicerò come procede
Per sua ragion (1) ciò che ammirar ti face,
E purgherò la nebbia che ti fiede.
31 Lo sommo ben (2), che sol esso a sè piace,
Fe' l'huomo buono, e ben a questo luoco (3)
Diede (4) per arra lui d'etterna pace.

29 *Aqua, dixi ego, et sonus silve*
Inpugnant intra me novam fidem
Rei, quam ego audivi contrariam isti.
30 *Unde ipsa: Ego dicam qualiter procedit*
Propter suam causam, quomodo mirari te facit,
Et purgabo nebulam que te ferit.
31 *Summum bonum, quod solum sibi placet,*
Fecit hominem bonum, et bene istum locum
Dedit pro arra ei et eterne pacis.

(1) al. cagion — (2) Dio — (3) al. loco — (4) pose.

ventus et sonus silve sunt hic; que videntur esse contra illa, que audivi a Statio et ab aliis, scilicet quod in isto, monte, supra illam partem ubi stat angelus cum ense, non possunt fieri peregrine impressiones; et tamen ista sunt hic. Hanc questionem solvit ista domina valde curialiter, dicens quod summum bonum, idest Deus, creans genus humanum, dedit ei istum locum pro arra, scilicet vite eterne pacis; sed prothoparentes, propter suam inobedientiam et sua peccata, fuerunt inde expulsi, et hec tanta solatia mutata sunt eis in angustias et planctus. Nam dixit Deus, Geneseos tertio capitulo, prothoparentibus: In sudore vultus tui vesceris pane; in dolore et tristitia paries filios, etc. Ut igitur exalationes et alterationes et peregrine impressiones, que causantur a calore, non possint nocere hominibus, ideo fecit istum montem ita altum, quod talia non possunt esse nec fieri hic, ab illo loco superius ubi est porta clausa Purgatorii. Ista pars aieris, que est hic, volvitur in circum, idest circulariter, ad motum celi, nec deficiet motus circularis, nisi rumperetur circulus in aliqua parte, quod est [im]possibile. In [illa] igitur altitudine, talis motus celi, movens arborem, percutit arbores et facit sonare ramos et folia, et tunc arbores mote impregnant aierem et alterant aierem propinquum, et postea, rotando, sive circumvolvendo, excutit. Tunc terra, prout est bene disposita per se, quia habet in se virtutem seminalem, et mediante virtute celi et maxime solis, qui est pater omnium terre-nascentium, concipit et producit ligna et herbulas diversarum virtutum. Et ex hoc dicto posset patere, quomodo in mundo superiori alique plante sine semine oriuntur; quia, florentibus arboribus in uno loco, flores alterant et inpregnant de eorum odore aierem circumstantem, et ventus movet illum aierem et portat ad alias partes; et sic ille aier sic inpregnatus inpregnat terram, et facit eam germinare. Consimiles arbores, et etiam flores, alteraverunt illum aierem. Sciendum est, quod hortus ille habet in se omnem virtutem seminalem, et in illo horto sunt plante et arbores, que non reperiuntur in isto mundo superiori. Scias etiam quod ista aqua, que est hic, non scaturit de vena, que restauretur, sive repleatur, ex vaporibus alteratis, sicut restaurantur flumina, que crescunt et diminuuntur propter pluvias, etc. Ista aqua ab influentia et voluntate divina venit, que tanta est et tanta renascitur, quanta exit et fluit et spergitur. Ista aqua dividitur in duos fluvios, quorum unus vocatur Lethes, idest oblivio, quia qui bibit de eius aqua obliviscitur omnium suorum peccatorum. Alius Eunce (hoc nomen fluvii nunquam vidi nec audivi nisi hic ab isto auctore), et dicitur Eunce ab *eu*, quod est bonum, et *noys*, quod est mens, quasi bona mens, idest recens memoria; quia, sicut Lethes facit oblivisci omnium peccatorum, ad que verus penitens non debet redire, sic Eunce reducit ad memoriam omnia bona, ita quod isti duo fluvii habent se per opposita. Ideo unus ad unam partem, alter ad aliam vadit.

Et tu qui es ante et me rogasti, dicas si aliud vis dicere, quia veni festina ad omnem tuam questionem, scilicet declarandum, tantum quod sufficiat.

Aqua, dixi ego, et sonus, sane, inpugnant intra me novam fidem rei, quam ego audivi contrariam isti. Idest: quia audivi quod hic superius non erant iste impressiones, et tamen ego video aquam, audio sonum silve, sentio ventum, que sunt peregrine impressiones, quomodo est hoc?

Respondens domina dicit. Unde ipsa: Ego dicam tibi, qualiter procedit propter suam causam, idest quomodo mirari te fecit (verum est quod vapor siccus, scilicet ventus, qui exit de terra, non potest esse hic; similiter, nec aqua per modum generationis naturalis pluvie, sicut Aristotiles ponit in libris Metheororum), et purgabo nebulam que te ferit; idest, declarabo tibi dubia tua, removendo a te ignorantiam, idest obscuritatem. Vult dicere domina, quod Deus dedit hominibus hunc locum, in quo viverent sine anxietate.

Summum bonum, idest Deus, quod solum sibi placet, quia solus ipse seipsum intelligit et cognoscit, fecit hominem bonum, idest ad finem beatitudinis, et bene istum locum dedit pro arra, scilicet propter preambulum et indicium eterne glorie ei et eterne pacis.

---

32 Per sua difalta qui dimorò poco;
Per sua difalta in pianto ed in affanno
Cambiò honesto riso e dolce gioco (1).
33 Perchè 'l turbar, che sotto di sè fanno
L' exaltation dell'acqua e de la terra,
Che, quanto posson, dietro al calor vanno,
34 All'uomo non facesse alcuna guerra,
Questo monte salio verso 'l ciel tanto,
E liberonne da indi onde (2) si serra.
35 Hora, perchè 'n circuito tutto quanto
L' aere si volge con la prima volta,
Se non gl'è rocto el cerchio d'alcun canto;
36 In quest'altezza, che tuct' è disciolta
Nell' aer vivo, tal moto perchuote,
E fa sonar la selva perch' è folta;
37 E la percossa pianta tanto puote,
Che della sua virtute l'aere impregna,
E quella poi girando intorno schuote:
38 E l'altra terra, secondo ch' è degna
Per sè e per suo ciel (3), concepe e figla
Di diverse virtù diverse legna (4).
39 Non parrebbe di là poi maravigla,
Udito questo, quand'alcuna pianta
Senza seme palese (5) vi s'appigla.

32 *Propter suam difaltam hic demoravit modicum;*
Propter suum defectum in planctus et angustias
Mutavit honestum risum et dulce iocum.
33 *Ut turbatio inferior, quam a se faciunt*
Exalationes aque et terre,
Que, quantum possunt, retro calorem vadunt,
34 *Homini non facerent aliquam guerram,*
Iste mons ascendit versus celum tantum,
Et liberavit vos inde ubi serratur.
35 *Sed quia in circuitu totus volvitur*
Aier cum prima rota,
Nisi sibi esset ruptus circulus ab aliquo angulo;
36 *In ista altitudine, que tota est dissoluta*
In aiere vivo, percutit talis motus,
Et facit sonare silvam que est fulta;
37 *Et percussa planta tantum potest,*
Quod de sua virtute aierem impregnat,
Et illam postea rotando in circum excutit:
38 *Et alta terra, secundum quod ipsa est digna*
Per se et per suum celum, concipit et producit
Diversarum virtutum diversa ligna.
39 *Non appareret in mundo postea mirum,*
Viso hoc, quando aliqua plancta
Sine semine manifesto ibi applicatur.

(1) redde singula singulis — (2) al. ove — (3) selva — (4) arbori — (5) manifesto.

Propter suam diffaltam, idest propter suum defectum, hic demoravit, idest moratus est, modicum, paululum, (stetit minus quam sex horis homo in Paradiso terrestri); propter suum defectum in planctus et angustias mutavit honestum risum et dulce iocum, idest cecidit, et [in] omnes tristitias, ubi prius erat in omni gaudio.

Ut turbatio inferior, quam a se faciunt exalationes aque et terre, que, quantum possunt, retro calorem vadunt, idest que fiunt in media regione, scilicet ubi fit generatio ex vaporibus et exalationibus, homini non faceret aliquam guerram, idest inferret aliquam passionem, iste mons ascendit versus celum tantum, supple quantum vides, et liberavit vos inde ubi serratur, idest clauditur, idest ubi clausura reperitur, idest ab introytu clausi Purgatorii, ubi stat sacerdos cum ense.

Sed [quia] in circuitu totus aier volvitur cum prima rota, nisi sibi esset ruptus circulus ab aliquo angulo, idest latere (vult dicere quod ad motum circularem celi movetur ille aier circulariter, et ab illo motu causatur ille ventus qui movet arbores et herbas et facit eas vigere), in ista altitudine, que tota est dissoluta, idest libera, ab omni alteratione, in aiere vivo, idest puro, scilicet in tertia regione, talis motus percutit et facit sonare silvam, que est fulta, idest densa et spissa.

Et percussa plancta tantum potest, idest tantum potentie habet, quod de sua virtute auram impregnat, sive fecundat aierem: et illam postea, rotando in circum, scotit, idest excutit, removet, et expandit in alias partes.

Et alia terra, alias alta terra, secundum quod ipsa est digna, idest apta nata, ad recipiendum per se, idest per naturam, et per suum celum, idest propter aierem, qui est ibi perfectus, concipit et producit diversarum virtutum diversa ligna, idest diversas arbores, et diversas herbas, facientes diversos fructus. Quasi dicens: A celo venit quod fiant homines virtuosi, idest in isto horto, qui figurat statum virtutis.

Sed nota quod non est credendum quod ille mons vadat, sive attingat, circulum lune, quia hoc est falsum per viam nature; sed figuraliter hoc debet intelligi. Nec appa[re]ret, idest videretur, in mundo postea mirum, viso hoc, scilicet intellecto, quando aliqua planta sine semine manifesto ibi s'appigliat, idest applicatur, idest nascitur, vel crescit, vel producitur.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

40 E saper dèi (1) che la campagna sancta,
Ove tu se', d'ogni semente è piena,
E fructo ha in sè che di là non si schianta.
41 L'acqua che vedi non surge di vena
Che ristori 'l vapor che 'l giel converta,
Come fiume ch'aspecta e perde lena;
42 Ma esce di fontana salda e certa,
Che tanto dal voler di Dio riprende,
Quant'ella versa da due parti aperta.
43 Da questa parte con virtù discende,
Che togl'altrui (2) memoria del peccato;
Dall'altra (3), d'ogni ben facto la rende.
44 Quivi Lethe, così dall'altro lato
Eunce si chiama; e non adovra (4),
Se quinci e quindi pria non è gustato.
45 A tuct'altri sapori esto è di sovra:
E avegna ch'assai poss'esser satia
La sete tua, bench'io più non ti scovra,
46 Darotti un corelario ancor per gratia;
Nè credo che 'l mio dir ti sia men caro,
Se oltra promession (5) teco sì spatia (6).
47 Quelli che anticamente poetaro
L'età dell'oro e suo stato felice,
Forse in Parnaso(7) esto loco sognaro(8).

40 *Et scire debes quod campania sancta,*
Ubi tu es, omni semine est plena,
Et fructum habet in se qui in mundo non evellitur.
41 *Aqua quam vides non surgit de vena*
Quam restaurat vapor quem gelu convertat,
Sicut fluvius qui expectat et perdit lenam;
42 *Sed exit de fonte solido et certo,*
Qui tantum voluntatis Dei reassumit,
Quantum fluit a duabus partibus apertus.
43 *Ab ista parte cum virtute descendit,*
Que subripit aliis memoriam peccati;
Ab alia omnis boni facti reddit ipsam.
44 *Hinc Lethes, sic ab alio latere*
Eunce vocatur; et non operatur,
Si hinc et inde prius non est gustatus.
45 *Omnes alios sapores iste est desuper:*
Et ponamus quod satis posset esse satiata
Sitis tua, quamquam ego ulterius non discooperiam,
45 *Dabo tibi unum corellarium adhuc per gratiam;*
Nec credo quod meum dictum sit tibi minus carum,
Si ultra promissionem tibi per me spatiatur.
47 *Illi qui antiquitus poetarunt*
Etatem auri et suum statum felicem,
Forsan in Parnaso istum locum signaverunt.

(1) debbi — (2) a li purgati — (3) parte — (4) adopera — (5) quel che t'è promesso, o debito — (6) si dilata el mio dire — (7) monte delle Muse — (8) poetizando.

Et scire debes quod campania sancta, idest planities sacra, idest iste hortus delitiarum, ubi, idest in qua, tu es, omni semine est plena, et fructum habet in se qui in mundo non evellitur, idest nascitur, vel producitur. Quasi moraliter dicat: Alius fructus fit ab homine virtuoso, quam ab illo qui est involutus in vitiis.

—

Aqua quam vides non surgit de vena, quam restaurat vapor, idest pluvia, quem, vaporem scilicet, gelu, idest frigus, convertat, quia frigore circumstante vapor convertitur in aquam, sicut fluvius qui expectat et perdat lenam, idest flatum, idest aquam, quia flatus fluminis est aqua (nam sicut animal, non habens flatum, moritur, quia non respirat, ita flumen, non habens aquam, non fluit), sed exit de fonte solido et recto, idest a voluntate divina, sic iubente. Nam voluntas divina est semper recta et solida; qui fons tantum voluntatis Dei resumit, quantum ipse, scilicet fons, fluit a duabus partibus apertus, idest duobus fluviis, Lethes et Eunce de quibus dictum est.

—

Ab ista parte cum virtute descendit, que subrupit aliis, idest hominibus, memoriam peccati, scilicet Lethes; ab alia scilicet parte, idest ab Eunce, omnis boni fructus ipsam, scilicet memoriam, reddit.

—

Hinc Lethes, sic ab alio latere Eunce, vocatur; et non operatur, si hinc et inde prius non est gustatus, scilicet ipse fons. Omnes alios sapores iste est desuper, idest omnes alios excedit.

—

Et ponamus, quod satis posset. Et avegna ch'assai: ista est quarta pars huius capituli, in qua auctor subiungit sententiam notabilem, ad confirmationem predictorum, dicens: Et ponamus (et dicit textus *et avegnat*, idest et ponamus) quod satis posset esse satiata sitis tua, idest appetitus tuus, quamquam ego ulterius non discooperiam, dabo tibi unum correlarium (dicitur autem correlarium quasi parva corona: correlarium est conclusio perfecta, sequens ex dictis aliquibus, que conclusio est quasi una corona; quasi dicens: Dictis conclusionibus multis, dabitur tibi una sequens ex dictis, que erit quasi corona omnium dictorum. Correlarium est tale: Omnes, qui descripserunt etatem auream, idest perfectam, sicut aurum, etc.) adhuc pro gratia; nec credo quod meum dictum sit tibi minus carum, si ultra promissionem, idest tibi per me factam, tecum spatiatur, idest ampliatur.

—

Illi qui antiquitus poetarunt etatem auri et eius statum felicem in Parnaso, monte in Gretia sic dicto, istum locum signarunt.

—

48 Qui fu innocente la prima radice (1);
Qui primavera sempre et ogni fructo;
Nectar è questo di che ciascun dice.
49 Io mi rivolsi dietro allhora tucto
A' miei poeti (2), e vidi che con riso
Udit' havean l'ultimo constructo:
Poi alla bella donna tornai 'l viso.

48 *Hic fuit innocens humana radix;*
Hic ver semper et omnis fructus;
Nectar est istud de quo quilibet dicit.
49 *Ego me converti retro tunc totum*
Ad meos poetas, et vidi quod cum risu
Audierant ultimum constructum:
Postmodum ad pulchram dominam converti faciem.

(1) al. l'umana, et melius — (2) Virgilio e Statio.

Hic fuit innocens humana radix, idest prothoparentum; hic ver, idest tempus veris, semper est et omnis fructus: nectar, idest claretum factum de vino cum speciebus, est istud, flumen supple, de quo quilibet dicit.

—

Ego me converti retro tunc totum ad meos poetas, et vidi quod cum risu audierunt ultimum constructum: postea ad dominam pulchram converti faciem, scilicet ad respiciendum ipsam, quia preparabat se ad alia dicendum, etc.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

Compendia maravigliosamente il Poeta in poche terzine di questo Canto la storia dell'uomo innocente, la funesta sua caduta e l'opera della pietà divina nel salvarlo.

> Lo sommo bene, che solo a sè piace,
> Fece l'uom buono, e 'l ben di questo loco
> Diede per arra a lui d'eterna pace.

Ma sventuratamente l'uomo

> Per sua diffalta qui dimorò poco;
> Per sua diffalta in pianto e in affanno
> Cambiò onesto riso e dolce giuoco.

Nol volle tuttavia perduto senza rimedio la pietà divina; e mediante la redenzione gli restituiva la possibilità di far ritorno al luogo, da cui era stato escluso. Ma pur pentito ed espiato il suo fallo, come potrebbe riacquistare in quel luogo, arra di eterna pace, la primitiva sua felicità, col perenne ricordo del misfatto commesso? Sappiamo dai Libri Santi, che questo verrà cancellato dalla nostra coscienza interamente. Ed il Poeta ha qui trovato una stupenda immagine a significarlo, l'acqua cioè di una

> . . . . . fontana salda e certa,
> Che tanto dal voler di Dio riprende,
> Quant'ella versa da due parti aperta:

la quale acqua, da una parte

> . . . . . con virtù discende
> Che toglie altrui memoria del peccato,
> Dall'altra d'ogni ben fatto la rende.

E richiama il Genesi, dove dice: « Fons ascendebat e terra, irrigans universam faciem terrae (Gen. II). »

Quest'acqua, limpida e pura d'integra creazione, noi crediamo che fu nel concetto del Poeta, com'è in sè, bel simbolo del soprannaturale tramutamento, che nella finale palingenesia si effettuerà di tutto il creato, quando tutte le sparse sue bellezze si raccoglieranno in una nuova, e a noi ancora viatori su questa terra inescogitabile, armonia, di cui fu un saggio quella del terrestre Paradiso. E di questa, alterata quasi subito dalla colpa, s'incontra, non che altro, memoria in tutte le mitologie pagane; argomento certo che essa esistè di fatto; la quale non essendo, nè potendo essere, perfetta per la finità e finalità della stessa creazione, doveva avere il suo compimento in un'altra infinita e duratura eternamente.

Adunque in un fine soprannaturale sta la piena felicità per cui siamo stati creati e a cui tanto potentemente il nostro cuore sospira; fine a cui con infaticabile moto tende tutto l'universo. E pertanto si richiede una soprannaturale virtù a conseguirlo; virtù che tutti avremmo avuta, se i nostri Progenitori col primo fallo non ne avessero spogliato sè stessi e tutta la loro discendenza, e che riacquistata da noi in Cristo e per Cristo, ove non duri mediante una non interrotta comunicazione con lui, precipitiamo così che ne perdiamo ogni speranza, e ci avvolgiamo in cadute e in affanni, che non di rado hanno a termine la disperazione e il suicidio.

Nè l'uomo vi può rinunziare. Lo vediamo nella stessa irrequieta smania del nostro secolo, intestatosi a volerla raggiungere su questa terra, immaginando non sappiamo quale assetto di nazioni, in cui il dolore abbia fine: prove già fatte ripetutamente e sempre fallite, e che similmente falliranno oggi e in avvenire; imperocchè soltanto una virtù infinita può esserne il principio come il compimento; la virtù che Dio aveva data all'uomo nel terrestre Paradiso. Egli per sua diffalta se ne spogliò, e da quel dì furono cadute; cadute e dolori ineffabili, a'quali non si ripara che con la medesima virtù, riportataci da Cristo, ma rimanendo l'espiazione. Migliori pure l'uomo le sue sorti di quaggiù con quanto d'intelletto e di forza sente in sè stesso; con questo egli corrisponde ad uno de'fini che Dio ebbe nel crearlo; ma pretendere di arrivare alla piena felicità fuori di un aiuto soprannaturale che lo congiunga ad un'altra vita, è tal delirio che appena può concepirsi. Che dunque! La morte, a cui siamo inesorabilmente condannati, non basta a farcene convinti? o crederem noi che un disperato eroismo nell'incontrarla possa levarcene il dolore? e ammesso pure che alla morte succedesse l'annientamento, oltre che non v'è un'altra idea di tanta orridezza per chi possiede la vita, la sognata felicità dov'è?

Avvalora il nostro ragionamento la stupenda immagine, che il Poeta seppe trovare dell'acqua della

> . . . . . fontana salda e certa,

nella quale, prima di entrare in cielo bisogna perdere ogni memoria de'commessi trascorsi, e riacquistar quella d'ogni ben fatto. Imperocchè, come la forza del male commesso è il peggior tormento da cui venga straziato l'umano spirito (si ricordi l'Innominato del Manzoni, che gridava: « Ho l'Inferno nel cuore! »); così la visione del bene, fatto senza mischianza di male, è l'unico vero compiacimento che l'uomo gusta anche su questa terra. Visione, che non potendo essere fuori della verità, perchè fuori di essa non è concepibile alcun bene, ce ne richiama un'altra, la quale somministrerebbe argomento a profonde meditazioni: vale a dire quello che quaggiù a noi, corti di mente, par male, farsi negli ordini della Provvidenza divina elemento di bene; diciamo in quanto ha di vero, di positivo e di reale. Onde sta scritto, che Dio cava la luce dalle tenebre, e che dal disordine trae un ordine più alto e perfetto, in cui il violato si ristori e acquisti nobiltà maggiore. E basta il fatto della prima colpa, la quale ebbe a riparo l'opera divina dell'Incarnazione, in cui l'umanità veniva elevata alla maggiore partecipazione della divinità a cui potesse mai pervenire, se non altro affrettandola, quando pure fosse stata il fine primario che Dio ebbe nel trar dal nulla questo universo.

CAPITULI VICESIMINONI SUMMARIUM

In vicesimonono capitulo, quod incipit: *Cantando sic*[*ut*] *domina philocapta,* auctor describit totam Ecclesiam militantem. Primo tamen dicit, quod illa domina cantabat istum psalmum: Beati quorum remisse sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata. Et tunc cepit ire. Et sicut ibat illa ex parte sua super ripam fluminis, sic ex alia parte ibant auctor, Virgilius et Statius. Et infra parvum spatium vidit unum lumen magnum, quod lumen faciebant septem luminaria, que super septem candelabra erant. Demum vidit vigintiquatuor dominos venientes, qui incedebant bini et bini, induti vestibus albis, habentes coronas de liliis, et clamabant: Benedictus qui venis. Postea vidit quatuor animalia, plena oculis ante et retro, et quodlibet habebat sex alas. Et inter ista quatuor animalia erat unus currus cum duabus rotis; et ad rotam dexteram erant tres pulcherrime domine, ad sinistram autem erant quatuor. Hunc currum trahebat unus grifo. Post currum sequebantur quatuor in humili apparentia. Ante istos quatuor ibant duo senes. Post istos quatuor, sequebatur unus antiquus dormiens. Quid ista significant, videatur in Commento. Quando currus fuit iuxta auctorem, factum fuit unum tonitruum; et sic ille gentes steterunt, nec ulterius transierunt, et ibi prima insignia se totaliter firmaverunt.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

CAPITULUM VICESIMUMNONUM

1 Cantando come donna innamorata,
Continuò col fin di sue parole:
Beati, quorum tecta sunt peccata.

1 *Cantando sicut domina amore capta,*
Continuavit cum fine suorum verborum:
Beati, quorum tecta sunt peccata.

Cantando sicut domina amore capta. Cantando come donna innamorata: istud est vicesimumnonum capitulum huius Purgatorii, in quo, ex quo in precedenti capitulo dictum est de orto deliciarum, scilicet de Paradiso terrestri, qui secundum fictionem auctoris est in summitate montis, representans statum perfecte virtutis, in isto presenti capitulo describitur Ecclesia militans. Quod ad presens dividitur in quatuor partes. In quarum prima describitur cantus predicte domine, et luminaria que precedunt illam Ecclesiam, descriptam in forma unius exercitus.
In secunda parte, que incipit ibi:

Dum ego ibam inter tot primitias;
Mentre io m'andava tra tante primitie,

describuntur mirabilia insignia, que sequuntur illa luminaria.
In tertia parte, que incipit ibi:

Domina michi clamavit;
La donna me sgridò,

describuntur in generali exercitus cum suis principibus.
In quarta parte, que incipit:

Spatium intra eorum quatuor;
Lo spatio dentro a le quatro,

describitur currus triumphalis et ille qui ducit illum currum predictum.

Sed prius notandum est quid sit Ecclesia militans, que apud Theologos est congregatio fidelium catholicorum et credentium in unum Deum, dum talis adunata est in ista vita presenti. Ecclesia vero triumphans est aggregatio tota spirituum beatorum in patria, sive celesti gloria. Et dicitur Ecclesia militans a militia, sive a militando, quia fideles in hac vita presenti habent continue militare contra insidias dyaboli, contra vitia et peccata, contra carnem et mundum. Triumphans in celis, ibi triumphat de suis victoriis militaribus. Primo tamen auctor, more suo solito et laudabili, continuat dicta dicendis, describens cantum istius domine, quem cantum continuat in suis verbis [et est] principium unius psalmi penitentialis, qui est psalmus trigesimus primus, scilicet, Beati, quorum remisse sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata. Dicit hic magister Benvenutus de Ymola, quondam magister meus, quod ipsa domina fuit Mathyldis, cuius opinionem non teneo. Imo dico quod est domina Lya, que philocapta de perfecta virtute, que est vita activa, consistens in virtutibus sive in operibus virtutum, videns luminaria precedentia exercitum Ecclesie militantis et currum triumphalem, dicebat et asserebat quod illi erant beati, quorum iniquitates remisse sunt, scilicet a Deo propter sufficientem penitentiam factam, et quorum peccata sunt tecta, idest cooperta sic et taliter quod Deus non vult plus illorum recordari, ut habetur Ezechiel: In hora qua gemuerit peccator, etc., amplius omnium iniquitatum suarum non recordabor. Et licet hec verba dicantur pro omnibus vere penitentibus et purgatis, tamen hec specialiter dicebat domina Lya pro Statio et Dante purgatis, etc.

Antiqui finxerunt quod omnes species rerum naturalium haberent suam Deam, propter varias virtutes; sicut sapientia habet Apollinem, Martem bellum, eloquentia Mercurium, Iovem regimen. Nymphe dicuntur Dee aquarum et fontium fluviorum, et hoc propter excellentes virtutes Dei, que sunt in aquis. Tales Nymphe ibant per silvas vagando, per campanias et ad fontes aquarum. Alique recedunt a fontibus, alique accedunt, et communiter sole, solitarie; et alique volebant videre solem, que recedebant a

2 E come nynphe che si givan sole (1)
Per le salvatiche ombre (2), desiando
Qual di veder qual di fuggir lo sole,
3 Allor si mosse contra 'l fiume, andando
Su per la riva, et io al par di lei,
Picciol con picciol passo seguitando (3).
4 Non eran cento tra' suoi passi e miei,
Quando le ripe equalmente dier volta,
Per modo ch' a levante mi rendei.
5 Nè ancor fu così nostra via molta,
Quando la donna tucta a me si torse,
Dicendo: Frate (4) mio, guarda et ascolta.
6 Et ecco un lustro subito transcorse
Da tutte parti per la gran foresta,
Tal che di balenar mi messe in forse.
7 Ma perchè 'l balenar, come vien, resta,
E quel durando più e più splendeva,
Nel mio pensier dissi: Che cosa è questa?
8 Et una melodia dolce correva
Per l'aura (5) luminosa; onde buon zelo
Mi fe' riprender (6) l'ardimento d'Eva (7),

2 *Et sicut nymphe que ibant sole*
Per silvestres umbras, desiderando
Alique videre, alique fugere, solem;
3 *Tunc se movit contra flumen eundo*
Super ripam, et ego par cum ea
Parvum passum cum parvo sequendo.
4 *Non erant adhuc centum inter suos passus et meos,*
Quando ripe equaliter verse sunt,
Per modum quod ad orientem ego me reddidi.
5 *Non adhuc fuit sic via nostra multa,*
Quando domina mea ad me se torsit,
Dicendo: Frater mi, respice, et ausculta.
6 *Et ecce unum lustrum subito transcucurrit*
Ab omnibus partibus per grandem forestam,
Taliter quod coruscationis me misit in forsan.
7 *Sed quia coruscatio, sicut venit, restat,*
Et illud durando magis et magis splendebat,
In mea cogitatione dicebam: Que res est ista?
8 *Et unum melos dulce currebat*
Per aierem luminosum; unde bonus zelus
Me fecit reprehendere audaciam Eve,

(1) andavano — (2) selve — (3) al. misurando — (4) o — (5) al. l'aere — (6) accusare — (7) donna d'Adam.

fontibus; alique fugiebant solem, alique ibant ad fontes. Tunc ad textum. Cantando sicut domina amore capta, continuavit cum fine suorum verborum: Beati quorum tecta sunt peccata.

—

Et sicut Nymphe, que ibant sole, idest solitarie, per silvestres umbras, desiderando alique videre, alique fugere, solem, tunc se movit, scilicet domina contra flumen, scilicet Letheum, eundo super ripam, et ego par cum ea, scilicet vadens, parvum passuum cum parvo sequendo, idest sequebar ipsam plano passu, sicut ipsa ibat.

—

Nunc describit id quod apparuit subito, scilicet quod, sicut ipse ibat versus occidentem propter, ripas que erant revolute, volendo sequi fluvium, oportuit quod Dantes se verteret versus orientem, antequam ivisset.
Modo dicit: Centum passus, idest adhuc parum eundo, domina fecit auctorem actentum, ut intueretur et ausculteret; que vertit se ad Dantem, dicens sibi talia verba: Non erant adhuc centum inter suos passus et meos, quando ripe, scilicet fluminis, equaliter verse sunt (quia nova veniunt, ideo vetera transierunt; idest, veniente Testamento novo, antiquum quoad aliqua pertransiit), per modum quod ad orientem me reddidi.

—

Non adhuc fuit nostra via multa, quando domina mea ad me se torsit, idest revertit, dicendo: Frater (vocat hic auctorem fratrem, quia auctor querebat virtutem et operationem eius, scilicet virtutis), frater mi, respice et ausculta, scilicet rem mirabilem. Vult ista domina quod auctor disponat se ad videndum et audiendum.

—

Et ecce unum lustrum, idest unum lumen, vel splendor, subito transcu[cu]rrit ab omnibus partibus per grandem forestam, idest magnam silvam, taliter quod coruscationis me misit in forsan, idest in dubium. Vult dicere quod aier est factus clarus (ista lux est illa, quam premictebant candelabra), qui erat maior quam unquam visus; qua luce totus ortus ille fuit clarificatus, et qua illustrantur omnes qui vadunt ad Deum: septem dona Spiritus Sancti causant hanc lucem. Quam lucem crediderim fore accensionem, sive coruscationem, si durasset.

—

Sed quia coruscatio, sicut venit, restat, idest desinit, et illud durando magis et magis splendebat, in mea cogitatione dicebam: Que res est ista?

—

Modo describitur sonus suavis qui erat ibi. Et unum melos dulce currebat per aierem luminosum (ille sonus erat unus cantus, quem faciebant omnes persone Ecclesie militantis, que sequebantur, scilicet Sancti Patres, Prophete, Apostoli, Martires, Confessores, Virgines; omnes simul conveniebant mediante lumine divine gratie: unde auctor, videns tot pulchra, audiens tam suavia, commotus fuit ad exclamandum contra Evam, et ad detestandum, quia fuit causa perditionis tantarum delitiarum); unde bonus

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

9 Che, là ove ubbidia la terra al cielo,
Femina (1) pur testè testè formata (2),
Non sofferse di star socto alcun velo;
10 Sotto 'l qual (3), se devota fosse stata (4),
Havrei quell'ineffabili delitie,
Sentite prima (5), e più lunga fiata (6).
11 Mentr' io m' andava, tra tante primitie
Dell'etterno piacer, tutto sospeso,
E desioso ancor a più letitie,
12 Dinanzi a noi, tal quale un fuoco acceso,
Così fe' l'aere, sotto e verdi rami,
E 'l dolce suon per canti era già inteso.
13 O sacrosancte vergini (7), se fami,
Freddi, o vigilie, mai per voi soffersi,
Cagion mi sprona ch'io merzè vi chiami.
14 Hor convien ch' Elycona (8) per me versi,
Et hora me aiuti col suo choro (9),
Forti cose a pensar (10), mecter in versi (11).

9 *Quod, cui obediebat terra et celum,*
Femina sola et solum nunc formata,
Non sustulit stare sub aliquo velo;
10 *Sub quo, si devota stetisset,*
Illas ineffabiles delitias
Sensisset prius, et longiori tempore.
11 *Dum ego ibam, inter tot primitias*
Eterne complacentie, totus suspensus,
Et desiderosus adhuc ad plures letitias,
12 *Ante nos, taliter qualis est unus ignis accensus,*
Sic fecit aier, sub virides ramos,
Et dulcis sonus per cantum iam erat intellectus.
13 *O sacrosancte virgines, si famem vel sitim,*
Frigus, vel vigilias, unquam pro vobis substuli,
Causa me stimulat ut ad vos mercedem clamem.
14 *Nunc convenit quod Elicona pro me versit,*
Eurania me adiuvet cum suo coro,
Fortes res ad cogitandum, ponere in versibus.

(1) Eva — (2) da Dio — (3) velo — (4) Eva — (5) che hora, o allora — (6) che allora — (7) Muse — (8) fonte de le Muse — (9) de le Muse — (10) non che a scrivere — (11) scrivere in rime.

zelus (idest non causa murmurandi, vel detrahendi, sed solum ad [de]testandum malum: nam aliqui non bono zelo contra feminas, aliquando detrahunt: ego vero causa boni publici detestatus sum) me fecit reprehendere, alias resumere, audaciam Eve, que fuit ita audax, quod cui obediebat terra et celum, ipsa, scilicet Eva, femina sola et solum nunc formata, quia cito post creationem suam noviter, non sustulit stare sub aliquo velo, idest sub aliqua obedientia precepti Dei; sub quo si devota stetisset, illas ineffabiles delitias sensisset prius [et] in longiori tempore. Naturaliter femina non deberet esse audax, saltem sicut homo, propter frigiditatem sexus et virium; ideo videtur quod sit detestanda plus quam si prius [homo] peccasset, et quia [erat] sola quando comedit pomum. Tamen sotietas prestat audaciam; et tamen ipsa Eva fuit audacissima dum esset sola, et erexit cervices transgrediens mandatum Dei: nunc formata, non habens [antiquitatem] que prestare solet audaciam, quia subito post suum esse peccavit: non concepta in peccato, sicut alie femine, quia ipsa fuit sine peccato formata: ideo adhuc gravius peccavit, et presumpsit non obedire Deo. Cui celum et terra obediebant et omnia obediebant, ista rebellavit se; ideo merito detestatus sum eam. Ideo posita fuit sub potestate viri, et quod in dolore pareret filios, ut Genesis tertio capitulo habetur: ubi erat talis quod poterat non mori, modo necesse est ut moriatur.

—

Dum ego ibam inter tot primitias. Mentr'io m'andava tra tante delitie: ista est secunda pars huius capituli, in qua describuntur insignia que precedunt currum triumphalem, que sunt septem candelabra.

Dum ego ibam inter tot primitias, que scilicet erant preambula et arra, eterne complacentie, idest glorie superne, ad quam erant ituri omnes homines, totus suspensus, quia ipse ibat ibi in corde arguendo audaciam Eve, et desiderosus ad plures, idest maiores letitias, ante nos totaliter, qualis est unus ignis accensus, sic fecit aier sub virides ramos, et dulcis sonus per cantum erat iam intellectus, idest auditus vel apprehensus. Nota quod merito dona Spiritus Sancti hic ponuntur in igne, quia etiam Spiritus Sanctus figuratur per ignem, ex eo quia accendit corda ad amorem divinum. Lumen a longe, et etiam sonus, comprehendebatur.

—

Iam auctor, volens describere istam Ecclesiam, invocat merito, quia nedum in maximis rebus, quarum ista est una, sed etiam in mediocribus et minimis invocandum est pro auxilio impetrando. Ideo invocat Musas sanctas, que faciunt homines sanctos, sicut scribit in oratione Tullius pro Lucio Archia, magistro suo. Et inter alia verba dicit, quod scientia poesis exaltatur quodam quasi divino spiritu; et dicit auctor hic, quod ipse cogitur et necessitatur ad invocandum, et maxime Eliconam, ut iuvet ipsum ad versificandum, idest faciendum versus, et vult adiutorium ab Eurania et suo choro, idest sotietate, quia difficile est sibi auctori ponere tales res, idest sententias de quibus vult tractare, ponere, in versibus. Ideo dicit: Si sustinui pro vobis Musis famem, sitim, et alia incommoda. O sacrosancte virgines, si famem, sitim, frigus et vigilias, unquam pro vobis substuli, causa me stimulat, idest movet, ut ad vos mercedem clamem, idest ut ad vos suppliciter exorem, quia volo fingere mirabilem materiam. Elicon est fons in monte

15 Poco più oltre septe arbori d'oro
Falsava nel parer un lungo tracto
Del mezzo, ancor la terra tra noi e loro:
16 E quando fui sì presso di lor facto,
Che l'obliquo comun, che'l senso inganna,
Non perdea [per] distantia alcun suo acto;
17 La virtù ch' a ragion discorso ammanna,
Sì com' elli eran candelabri accese,
E nelle voci del cantar, Osanna.
18 Di sopra fiammeggiava 'l bello arnese
Più chiar' assai, che luna per sereno
Di mezza nocte nel suo mezzo mese (1).
19 Io mi rivolsi d'ammiration pieno
Al buon Virgilio, et esso mi rispose
Con vista (2) carca di stupor non meno (3).
20 Indi rendei l'aspetto (4) all'altre cose,
Che si movien incontro a noi sì tardi,
Che foran vincte da novelle spose.

15 *Paucum ulterius septem arbores auri*
Falsificat in apparentia longus tractus
Medietatis, adhuc inter nos et ipsas:
16 *Sed quando ego fui ita prope eas factus,*
Quod obiectum comune, quod sensum decipit,
Non perdebat propter distantiam aliquem suum
17 *Virtus que rationabiliter discursum adducit,* [actum:
Sicut ipsa erant candelabra apprehensa,
Et in vocibus cantandi, Osanna.
18 *Desuper flammificabat pulchrum arnese*
Clarius satis, quam luna per serenum
De media nocte in suo medio mense.
19 *Ego me revolvi admiratione plenum*
Ad bonum Virgilium, et ipse michi respondit
Cum apparentia onerata stupore non minus.
20 *Inde reddidi aspectum altis rebus,*
Que se movebant contra nos ita tarde,
Quod fuissent victe a novellis sponsis.

(1) quando è piena — (2) non co' la lingua — (3) che 'l mio — (4) gl'occhi e la faccia.

Parnaso, sic dicto, dedicatus Musis. Nunc convenit, idest oportet, quod Elicona per me versit, idest faciat versus, pro me, vel exuberet; Eurania me adiuvet cum suo choro (idest, nunc oportet quod ego bibam de fonte illarum musarum, quia nunc [habeo] facere ultimum de potentia; ideo invoco Euraniam, idest celestem musam, sive de celestibus cantantem, quia materia celestis est ista, quam volo describere poetice in versibus: ideo tanto difficilior est, et difficilius est michi sic facere, quam si in prosa describerem) fortes res ad cogitandum ponere in versibus.

—

Modo describuntur candelabra septem lucentia, etc. Paucum, idest paulo, ulterius, septem arbores auri falsificabat in apparentia longus tractus (idest longa distantia falsificabat; quia propter longum tractum, sive longam distantiam, apparebant septem arbores auri, ubi in rei veritate erant septem candelabra) medietatis, terre adhuc inter nos et ipsas, vel dic aieris, quia aier erat inter potentiam visivam Dantis et rem visam, idest candelabra.

—

Cito modo apprehendit veritatem. Sed quando ego fui ita prope eas, scilicet arbores, factus, idest quando appropinquavi, quod obiectum commune, quod sensum decipit, non perdebat, propter distantiam, aliquem suum actum (obiectum dicitur a philosopho id quod movet potentiam, sicut color est obiectum visus, sonus est obiectum auditus, distantia est causa quare res falso apprehenduntur: nam quelibet minima stella celi est maior tota terra, et tamen propter distantiam apparet parva sicut unum pomum); virtus, que rationabiliter discursum admannat, idest vere cognoscit et adducit, sicut ipse erant candelabra apprehensa, et in vocibus cantandi Osanna. Virtus visiva parat rationi discursum, idest intellectui interiori, ita quod oculus est ille qui defert speciem rei vise interius, et admannat, idest parat et principium facit. Sed bonum esset dicere: Candelabra apprehendit, idest comprehendit. In vocibus audivit Osanna, quod interpretatur Salvifica: verbum, sive vocabulum, ebraycum.

—

Desuper flammificabat, idest resplendebat, pulchrum arnese, idest ornamentum, clarius satis quam luna per serenum de media nocte in suo medio mense, idest quando serenitas in media nocte est, quando est quintadecima luna.

—

Ego me volvi, idest converti, admiratione plenus, ad bonum Virgilium, et ipse michi respondit cum *vista*, idest apparentia, honerata stupore non minus. Quasi dicat auctor Virgilio: O Virgili, hoc est mirum. Et Virgilius stringens se, apparuit quasi dicens: Tu miraris, quia tu nescis quid est hoc; et ego etiam miror, quia nescio etiam. Idest: iste res non cognoscuntur per scientiam naturalem; et ideo ita parum scio, sicut tu.

—

Inde reddi[di] aspectum altis rebus, idest ad illa candelabra me volvi, que se movebant contra nos ita tarde, quod fuissent victe a novellis sponsis. Nam sponse incedunt valde lente propter honestatem, quando vadunt nuptum. Hoc fingit, quia sic videbatur ei. Actus activorum sunt in patientibus bene dispositis.

—

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

21 La donna mi sgridò: Perchè pur ardi
Sì nell'aspecto delle vive luci,
E ciò che vien dirieto a noi non guardi?
22 Genti vid'io allhor, com'a' lor duci,
Venir appresso vestite di bianco;
E tal candor di qua giammai non fuci (1).
23 L'acqua imprendea dal sinistro fianco,
E rendeami (2) la mia sinistra costa,
S' i' riguardava in lei, come specchi anco.
24 Quando dalla mia riva ebbi tal posta,
Che sol (3) el fiume mi facea distante,
Per veder meglo, a' passi diedi sosta:
25 E vidi le fiammelle andar davante,
Lassando dietro a sè l'aer dipincto,
E di tracti pennelli havean sembiante;
26 Sì che di sopra rimanea distincto
Di septe liste, tucte in quei colori,
Onde fa l'arco el sol (4), et Elya il cinto.
27 Questi ostendali indietro eran maggiori,
Che la mia vista; e, quant'al mio aviso,
Diece passi distavan (5) quei di fuori.

21 *Domina michi clamavit: Quare tantum ardes*
In aspectu vive lucis,
Et id quod venit retro illas non respicis?
22 *Gentes vidi ego tunc, sicut [ad] suos duces,*
Venire prope indutas de albo;
Et talis candor in mundo nunquam fuit.
23 *Aqua representabat a sinistro latere,*
Et reddebat michi meam sinistram costam,
Sic respiciebat in ea sicut in speculo adhuc.
24 *Quando ego a mea ripa habui talem positionem,*
Quod solum flumen me faciebat distantem,
Ut melius viderem, pedibus dedi sostam,
25 *Et vidi flammulas ire ante*
Dimictendo retro se aierem pictum,
Et tractuum penellorum habebant similitudines;
26 *De quibus ipse desuper remanebat distinctus*
In septem listas, omnes in illis coloribus,
Unde facit arcum sol, et Delia cinctum.
27 *Ista ostendalia retro erant maiora,*
Quam visio mea; et, quantum ad meum videre,
Decem passus distabant ab illis extra.

(1) ci fu — (2) representavami — (3) solo — (4) sole — (5) da noi.

Domina michi, idest ad me, clamavit. La donna mi sgridò: hec est tertia pars huius capituli, in qua describitur in generali exercitus cum suis principibus. Dicit igitur: Domina michi, idest ad me clamavit: Quare tantum ardes ita effectu vive lucis, idest illorum vivorum splendorum, et id, quod venit retro illas, non respicis? Quasi dicat: Quare posuisti totum affectum in illis luminaribus, et non respicis ea que sequuntur? considera mirabiles effectus qui sequuntur et qui procedunt ex istis.

—

Gentes vidi ego tunc, sicut [ad] suos duces, venire prope, indutas de albo, et talis candor in mundo nunquam fuit. Ista albedo figurat vitam perfectam, quia in mundo nunquam sunt ita perfecti homines sicut sunt hic.

—

Aqua representabat a sinistro latere, et reddebat michi meam sinistram costam, fiancum, si respiciebat in ea, scilicet aqua, sicut in speculo adhuc, supple sic.

—

Quando ego a mea ripa habui talem positionem (qui[a] disposui stare ibi ad videndum), quod solum flumen me faciebat distantem, ut melius viderem, pedibus, scilicet meis, dedi sostam, idest quievi et firmavi, et vidi flammulas ire ante, dimictendo retro se aierem pictum, et tractuum penellorum habebant similitudines. Videbatur aier pictus cum pinello variis figuris, que significant varios effectus.

—

Istum aierem, sic pictum, describit duplici comparatione: de sole primo, qui facit yridem, scilicet arcum celestem, diversorum colorum, de quo dictum est superius; de luna secundo, quam vocat hic Deliam, quia in ipsa Delos nata est luna de Latona, matre sua. Nam aliquando, quando luna est plena, circa lunam fit unus circulus, quem Aristotiles in libro Metheororum vocat allonem. Tales colores similes pingebant hic aierem, de quibus ipse, scilicet aier, desuper remanebat distinctus, idest divisus, in septem listas, omnes in illis coloribus, unde facit arcum, scilicet yridem, sol, et Delia, idest luna, cinctum, idest allonem.

—

Ista ostendalia (ostendale proprie est vexillum Imperatorum: nam vicinus erat Imperator, scilicet Christus, in figura grifonis) retro erant maiora quam visio mea, idest capere posset; et quantum ad meum videre, idest secundum meum iudicium, decem passus distabant ab illis extra, scilicet qui extra stabant. Ista ostendalia non poterant tamen videri, nec intelligi, quia ascendunt usque ad celum. Hec non potest bene capere intellectus humanus in puris naturalibus.

—

28 Socto così bel ciel, com' io diviso,
Ventiquattro signor a due a due,
Coronati venian di fiordaliso.
29 Tucti cantavan: Benedecta tue
Ne le figle d'Adamo, e benedecte
Sieno in eterno le bellezze tue.
30 Poscia ch'e fiori e l'altre fresche herbette,
A rimpetto di me dall'altra sponda,
Libere fur da quelle genti electe;
31 Siccome luce (1) luce (2) in ciel seconda (3),
Vennero presso allor (4) quattr'animali,
Coronati ciascun di verde fronda.
32 Ognuno era pennuto di sei hali,
Le penne piene d'occhi; e gl'occhi d'Argo,
Se fosser vivi, sarebber cotali.
33 A descriver lor forma più non spargo
Lingua (5), lector; ch'altra possa mi strigne
Tanto, ch'a questa non posso esser largo (6).
34 Ma legge Ezechiel, che le dipigne
Come le vidde dalla fredda parte
Venire a lui con nube e con igne;

28 *Sub ita pulchro celo, sicut ego diviso,*
Vigintiquatuor domini, bini et bini,
Coronati veniebant floribus alixii.
29 *Omnes cantabant: Benedicta tu*
In filiis Ade, et benedicte
Sint in eternum pulchritudines tue.
30 *Postquam flores et alie recentes herbule,*
E contra ab alia sponda,
Libere fuerunt ab illis gentibus electis;
31 *Sicut lux lucem in celo secundat,*
Venerunt prope eas quatuor animalia,
Coronata quodlibet viridi fronde.
32 *Quodlibet erat pennatum sex aliis,*
Penne plene oculis; et oculi Argi,
Si essent vivi, essent tales.
33 *Ad describendum eorum formas plures non spargo*
Rimas, o lector; quia alia expensa me stringit
Tantum, quod ad istam non possum esse largus.
34 *Sed lege Ezechielem, qui eas pingit*
Sicut eas vidit a frigida parte
Venire cum vento, cum nube et cum igne;

(1) stella — (2) altra stella — (3) seguita — (4) al loro — (5) al. rime et melius — (6) prolixo nel dire.

Sub ita pulchro celo, sicut ego diviso, idest designo, vigintiquatuor domini, bini et bini, coronati veniebant floribus alixii. Isti vigintiquatuor sunt vigintiquatuor libri Biblie, in quibus comprehenditur quidquid de fide nostra habemus. Bini et bini, ad denotandum concordiam. Erant coronati liliis, propter puritatem fidei et sinceritatem eiusdem.

—

Omnes cantabant: Benedicta tu in filiis Ade, et benedicte sint in eternum pulcritudines tue. Hanc laudem cantabant omnes ad exaltationem Beatricis, scilicet Sacre Scripture, quam expectabant de proximo in filiis Ade, idest inter omnes scientias humanas et humanitus adinventas, quia tu es infusa a Deo, et ibi in Biblia fiunt laudes Theologie.

—

Postquam flores et alie recentes herbule, *herbette*, contra me ab alia sponda, idest parte, idest ultra fluvium, libere fuerunt ab illis gentibus electis, idest postquam transierunt isti vigintiquatuor, venerunt alii post istos, scilicet quatuor animalia, idest quatuor Evangeliste.

—

Nota quod quando celum volvitur in oriente, tu videre potes aliquas stellas. Iste ascendunt ad medium celi, et alie oriuntur, demum alie. Sic istos vigintiquatuor sequuta sunt quatuor animalia. Sicut lux, idest stella, lucem, idest stellam aliam, in celo secundat, idest sequitur, venerunt appo eas, scilicet gentes, quatuor animalia coronata, quodlibet viridi fronde. Ideo corone istorum quatuor Evangelistarum sunt virides, quia in Evangeliis consistit omnis vigor fidei nostre.

—

Quodlibet erat pennutum sex alis; penne plene oculis, scilicet erant; et oculi Argi, si essent vivi, essent tales vel similes. Hoc est propter hoc, quia isti Evangeliste volaverunt altius, idest intellexerunt subtilius in Sacra Scriptura quam illi de Testamento veteri. Argus potest dici celum, quod habet tot varios oculos. Mercurius potest dici sol, qui aufert oculos celi, quia lumen solis obumbrat lumen omnium stellarum, nec permictit eas de die videri, sicut et Mercurius privat Argum oculis.

Nota quod, prout ponit Ovidius in Maiori, Argus, qui habebat centum oculos, fuit pastor Iunonis, et custodiebat vaccam, idest Callistonem, conversam in vaccam. Mercurius ita bene sonavit fistulam et cantavit, [quod] Argus obdormivit cum omnibus centum oculis, ubi tamen non solebat dormire [nisi] cum duobus et vigilare cum nonaginta octo. Mercurius decapitavit eum, cuius caput conversum est in caudam pavonis, qui habet centum pennas, et quelibet habet unum oculum.

—

Ad describendum eorum formas plures non spargo, idest effundo, rimas, idest rithymos, vel versus, o lector; quia alia expensa, idest aliud exercitium, me restringit tantum, quod ad istam non possum esse largus.

—

Sed lege Ezechielem, prophetam scilicet, qui eas pingit, idest describit, sicut ea vidit a frigida parte, idest ab aquilone, venire cum vento, cum nube et cum igne (scribitur

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

35 E quali troverai nelle sue carte,
Tali eran quivi, salvo ch' alle penne
Giovanni è meco, e da lui si diparte.
36 Lo spazo dentro a lor quattro contenne
Un carro, in su due rote, triumphale,
Ch'al collo d' un grifon tirato venne.
37 Esso tendea su l' una (1) e l' altr'hale
Tra la mezzana e le tre e tre liste,
Sì che nullo offendendo facea male.
38 Tanto salivan (2), che non eran viste;
Le membra d'or (3) havea, quant'era ucello,
E bianche (4) l'altre (5) di vermiglio miste.
39 Non che Roma di carro così bello
Rallegrasse Africano, o ver Augusto,
Ma quel (6) de[l] sol saria pover con ello;
40 Quel del sol (7), che sviando fu combusto,
Per oration della Terra devota,
Quando fu Giove arcanamente giusto (8).

35 *Et quales ipsas reperies in suis cartis,*
Tales erant ibi, excepto quod ad pennas
Ioannes est mecum, et ab ipso descedit.
36 *Spatium intra, eorum quatuor, continuit*
Unum currum triumphalem super duabus rotis,
Qui a collo unius grifonis tractus venit.
37 *Et ipse tendebat sursum utramque alam*
Inter mediam et tres et tres listas,
Ita quod findendo nullum facieba[n]t malum.
38 *Tantum ascendebant, quod non erant vise;*
Membra habebat aurea, quantum erat avis,
Et alba alia rubeo mixta.
39 *Nedum de curru tam pulchro Roma*
Letificaret Africanum, sive Augustum,
Sed ille solis esset pauper cum ipso;
40 *Ille solis, qui deviando fuit combustus,*
Propter orationem Terre devote,
Quando fuit Iuppiter ita arcane iustus.

(1) hala — (2) le sue penne — (3) d'oro — (4) haveva — (5) membra — (6) carro — (7) carro, dico — (8) contra Phetonte.

sic Ezechielis primo capitulo): et quales ipsas reperies in suis cartis, idest in libro suo, scilicet Ezechielis, tales erant ibi; excepto quod ad pennas Ioannes est mecum (ego teneo cum Ioanne), et ab ipso discedit. Nam Beatus Ioannes Evangelista in Apocalypsi, describens, non in omnibus dicit sicut Ezechiel, et ibi videtur differentia inter Ezechielem et Ioannem.

—

Spatium intra, eorum. Lo spatio dentro loro: hec est quarta pars istius capituli, in qua describitur currus triumphalis cum duce. Notandum est hic, quod Romani suis ducibus, redeuntibus cum victoriis notabilibus, ad honorandum ipsos faciebant honores admirabiles. Sic erat unus currus quatuor rotarum, tractus a quatuor equis albissimis. Currus erat ornatus quasi invincibilibus ornamentis, et dux victoriosus sedebat supra currum, etc. Talem triumphum habuit Scipio Africanus, qui fuit optimus Romanus, dictus Africanus, quia Africam devicit. Talem triumphum habuit Augustus, scilicet Octavianus. Iste currus, qui hic describitur, trahebatur ab uno grifone, semibestia et semiavi, et erat currus in medio istorum quatuor animalium. Currus non habebat nisi duas rotas: quarum dextera est Testamentum novum, ad quam sunt tres domine; sinistra est Testamentum vetus, ad quam quatuor stant in tripudio domine. Grifo est partim avis: quantum ad deitatem suam, Christus, qui hic figuratur per grifonem, est avis, volans tantum in altum, quod nulla creatura ipsum comprehendere potest; quantum ad humanitatem, est bestia albissima, ad [denotandum] suam carnem, assumptam de gloriosa Virgine Maria, Matre eius, fuisse et esse purissimam. Erat illa albedo mixta colore rubeo, quia ista humanitas fuit rubricata sanguine in passione; ad denotandum quod non corpus fantasticum, sed verum et humanum, assumpsit.

Spatium intra, eorum quatuor, continuit unum currum super duabus rotis, triumphalem, qui, scilicet currus, a collo unius grifonis tractus venit, et ipse, scilicet grifo, tendebat sursum utramque alam inter mediam et tres et tres listas (quia erant septem candelabria et septem luminaria, ideo faciebant septem listas, idest lineas variorum colorum, ut dictum est superius: quia una lista remanebat intra se, et in partibus exterioribus stabant tres ex una parte, et tres ex alia parte); ita quod, findendo, nullum faciebant malum, ita quod non offendebant divinitatem.

—

Tantum ascendebant, quod non erant vise (quia ille liste, que figurant divinitatem, ignorantur a nobis, nec possumus comprehendere illas, nec possumus cognoscere quomodo sunt coniuncte humanitati. Quomodo et qualiter deitas et umanitas sunt coniuncte, non possumus nos mortales comprehendere; ideo dicebat Beatus Ioannes Baptista: Cuius non sum dignus corrigiam calceamenti solvere); membra aurea habebat quantum erat avis, et alba alia rubeo mixta.

Nota quod aurum figurat divinitatem, rem pretiosissimam. Albedo significat puritatem carnis Iesu Christi. Rubedo significat passionem Christi, in qua effudit totum suum sanguinem rubeum.

—

Nedum de curru tam pulchro [Roma] letificaret Africanum, scilicet Scipionem, sive Augustum (ecce quod tanguntur hic duo triumphi; et licet multi alii triumphi fuerunt in Roma, tamen isti duo fuerunt valde gloriosi. Videtur tamen quod nemo magis meruerit triumphum quam Scipio, de quo dicit Beatus Augustinus: Scipio ille, victor Hannibalis, domitor Cartaginis, Ytalie liberator, etc., fuit Christus, qui vicit Hannibalem, idest dyabolum. Augustus etiam bene meruit, quia posuit, nedum Ytaliam, verum etiam

41 Tre donne in giro, della destra rota,
Venian danzando: l'una tanto rossa,
Ch'a pena fora dentr'al foco nota;
42 L'altr' era, come se le carni e l'ossa
Fossero state di smaraldo facte;
La terza parea neve testè mossa.
43 Et hor parean dalla bianca tracte,
Hor dalla rossa, e dal canto di questa
L'altre toglean l'andar tarde e racte.
44 Dalla sinistra quattro facean festa,
In porpora vestite, dietro al modo
D'una di lor, ch'havea tre ochi in testa.
45 Appresso tutto lo pertracto nodo,
Vidi due vecchi in habito dispari,
Ma pari in acto lor honesto e sodo (1).
46 L'un si mostrava alcun de famiglari
Di quel sommo Ypochrate, che (2) natura
Agl'animali (3) fe' ch'ella ha più cari.

41 *Tres domine in circulum, ad destram rotam,*
Veniebant corizando: una tantum rubea,
Quod vix foret intra ignem nota;
42 *Alia erat, ac si caro et ossa*
Fuissent de smaragdo facta;
Alia videbatur nix noviter mota.
43 *Et aliquando videbantur ab alba tracte,*
Aliquando a rubea, et a cantu istius
Alie capiebant iter et tardum et velox.
44 *A sinistra quatuor faciebant festum,*
Purpura vestite, retro modum
Unius ipsarum, que habebat tres oculos in capite.
45 *Apud totum pertractatum nodum,*
Vidi duos senes in habitu dispares,
Sed pares in actu honesto et solido.
46 *Unus se monstrabat aliquem de familiaribus*
Illius summi Ypocratis, qui naturam
Animalibus fecit que ipsa habet magis cara.

(1) grave — (2) el quale — (3) agl' huomini.

totum mundum, in pace. Hic figurat Christum, qui dedit pacem toti mundo, dum pacificavit Deum et hominem Deo), sed ille solis (idest currus solis, quem describit Ovidius in principio in libro Methamorphoseos), esset pauper cum ipso, idest non appropinquaret in pulchritudine (ille, scilicet currus), solis, qui, deviando, fuit combustus, propter orationem Terre devote, quando fuit Iuppiter arcane iustus. Quia Phetont nescivit conducere currum solis, tota terra ardebat; que ora[vi]t devote ad Iovem, qui fulminavit Phetontem, et currus fuit combustus et periit in Padu. Dicta fuit ista hystoria in secundo capitulo Inferni.

—

Tres domine in circulum a dextra rota veniebant corizando: una tantum rubea, que vix foret intra ignem nota; hec est caritas: alia erat ac si caro et ossa fuissent de smaragdo facta, idest viridis; et hec est spes: alia videbatur nix noviter mota; et hec est fides. Ita quod tres virtutes theologice erant ad dextram.

—

Et aliquando videbantur ab alba tracte, aliquando a rubea, et a cantu istius alie capiebant iter et tardum et velox; ita quod forma itineris a caritate fiebat. Depingitur caritas rubea, propter accensionem; spes, viridis propter durationem; fides, alba propter puritatem.

—

A sinistra faciebant quatuor festum, purpura vestite (in rota sinistra erant quatuor virtutes cardinales, que Testamenti veteris tempore in antiquis patribus viguerunt. Sunt multum laudabiles, ut dictum est in uno prologo super isto Purgatorio. Iste quatuor reguntur a prudentia, que precedebat. Dicit Aristotiles in Ethicis, quod prudentia est recta ratio agibilium; nam prudentia potest esse sine aliis, sed alie non bene sine ipsa. Et dicit Aristotiles, prudentiam fore virtutem intellectualem, ubi alias asserit esse morales), retro modum unius ipsarum, que habebat tres oculos in capite. Que scilicet est prudentia, que considerat tempus preteritum, presens et futurum.

—

Apud totum pertractatum nodum vidi duos senes, scilicet Petrum et Paulum, in habitu dispares, sed pares in actu et honesto et solido. Paulus habebat ensem, quia rimatur profunda, et stimulat et pungit reprehendendo. Petrus sanat, quia peccata dimictit, et parcit, nedum septies, sed septuagies septies. In habitu sunt dispares, quia unus videtur ferire et vulnerare, alter sanare; in actu pares, quia videntur militare ad unum et eumdem finem, scilicet ad fundandum Ecclesiam sanctam Dei.

—

Unus se monstrabat aliquem de familiaribus ipsius summi Ypocratis, qui naturam animalibus fecit que ipsa habet magis cara. Hic Hypocrates fuit de insula Chao, sive Choo, que est in Archipelago, et floruit tempore Arthisersis. Est autem prope Choo alia insula Chyus; ergo fuit grecus. *Que habebat magis cara:* idest homo. Propter naturam humanam [Deus] fecit omnia alia animalia. Unde ait Salomon: Honora medicum propter necessitatem, etenim et illum creavit Altissimus. Ecce descripsit auctor septem domicellas, que ducunt rotas currus.

—

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

47 Mostrava l'altro la contraria cura
Con una spada lucida et acuta,
Tal che di qua (1) dal rio mi fe' paura.
48 Poi viddi quattro in humile paruta,
E dietro a tucti gl'altri un vecchio solo
Venir, dormendo, co' la faccia arguta.
49 E questi septe col primaio stuolo
Eran habituati; ma di gigli
D'intorno al capo non facevan brolo,
50 Anzi di rose e d'altri fior vermigli:
Giurat' havria (2) poco lontan aspecto,
Che tucti ardesser di sovra da' cigli:
51 E quando'l carro a me fu di rimpecto,
Un tuon s' udì (3); e quelle genti degne
Parver haver l'andar più (4) interdecto (5),
Fermandosi ivi colle prime insegne.

47 *Monstrabat alius contrariam curam*
Cum uno ense lucido et acuto,
Taliter quod citra flumen michi fecit pavorem.
48 *Postea vidi quatuor in humili apparentia,*
Et retro omnes unum senem solum
Venire, dormiendo, cum facie arguta.
49 *Et isti septem cum primo stuolo*
Erant habituati; sed de liliis
Super caput non faciebant brolum,
50 *Ymo de rosis et de aliis floribus rubeis:*
Ego iurassem, propter longissimum aspectum,
Quod omnes arderent supra supercilia.
51 *Et quando currus fuit e contra me,*
Unum tonitruum fuit auditum; et ille gentes digne,
Visum fuit quod ulterius ire esset eis interdictum
Firmando se ibi cum primis insignis.

(1) etiandio — (2) al. giurato — (3) fu udito — (4) oltre — (5) vietato loro.

Modo describit septem viros: quorum duo sunt principes Apostolorum; quatuor sunt doctores, scilicet Augustinus, Hieronimus, Gregorius et Ambrosius. Isti ibant in humili apparatu, quia fuerunt glossatores. Postmodum venit unus senex, scilicet sanctus Bernardus. Videbatur dormire, quia fuit valde contemplativus et solitarius. Hic habet faciem argutam, scilicet sapientem et providam.

Monstrabat alius contrariam curam cum uno ense lucido et acuto, taliter quod citra flumen michi fecit pavorem.

Postea vidi quatuor in humili apparentia, et retro omnes unum senem solum, scilicet vidi venire, dormiendo, cum facie arguta, idest provida et prompta.

Et isti septem, cum primo stolo, idest acie, vel sotietate, erant habituati; sed de liliis super caput non faciebant brolum (brolus Bononie dicitur g[i]ardinum, ubi sunt multi fructus: sed hic dicitur sertum vel corona, quam proprie solebant portare Sancti), imo de rosis et de liliis, floribus rubeis: ego iurassem, propter longinquum aspectum, quod omnes arderent supra supercilia. Pulchra fictio. Alii habebant serta de liliis; isti vero non, sed de rosis et aliis floribus rubeis, ad denotandum quod in istis viguit maxime caritas et arsit, que figuratur rubea. Habebant tamen vestimenta alba, ad denotandum fidem sinceram.

Et quando currus fuit e contra me, unum tonitruum fuit auditum, et ille gentes digne visum fuit quod ulterius ire esset eis interdictum, firmando se ibi cum primis insignis. Effectus tonitrui fuit, quod negavit eis ultra ire, et sic steterunt. Vult dicere auctor, quod Deus prestitit ei tantam gratiam, quod ille exercitus se [firmaret], ut ipse posset bene videre mysteria Ecclesie, et ut posset indicare postea aliis. *Firmando se ibi cum primis insignis:* idest candelabris.

IL CARRO IMMAGINATO DAL POETA IN QUESTO CANTO
E LA CHIESA

Entrato il Poeta nel suo terrestre Paradiso, s'avviene in maraviglie che lo rapiscono fuor di sè stesso. Un balenar di luce vivissima, che già non si dilegua, ma resta, e durando cresce ad ogni istante di splendore. Una melodia dolce che corre per l'aere luminoso, melodia di Paradiso. Poi genti biancovestite, e fiammelle che colorano variamente e vaghissimamente il cielo; e poscia, avanti, intorno e dietro ad un carro trionfale, tirato da un Grifone, tutto il celeste Paradiso; insomma un trionfo che

> Non che Roma di carro così bello
> Rallegrasse Affricano, o vero Augusto,
> Ma quel del Sol saria pover con ello.

Splendido, senza dubbio, è il concetto di questo carro trionfale, in cui il Poeta assommò l'essenza della Chiesa; ma non certo nelle particolarità, onde l'ebbe adombrato, perchè non cavate dalla realtà, e però mancanti della condizione essenziale del bello, che è la vita. Suppliscono però, in parte, l'incanto dello stile scultorio, l'altezza delle cose che si adombrano, e che attraggono a sè il pensiero. Imperocchè se il sublime concetto è immiserito dal minuto simbolismo, che poeticamente lo ritrae (e tanto più immiserito, quanto più sublime è la cosa significata), la Chiesa intera, militante, purgante e trionfante, che sfila dinanzi al Poeta in tutta la sua pienezza divina, è in sè una visione stupenda; e tanto più stupenda, se si consideri come preparazione alla discesa di Beatrice, sapienza divina, tra nubi di fiori, a cui è trono la Chiesa stessa: perchè veramente nella luce intellettuale, piena d'amore, che è l'irraggiamento del Verbo divino, fatto uomo e glorificato, sta la finalità d'ogni cosa, il legame che unisce la materia allo spirito, la natura alla grazia, il cielo alla terra, l'uomo a Dio, il tempo all'eternità.

Nei canti seguenti, la storia di questa Chiesa, che, fecondata da contrasti e da dolori, procede trionfando al termine assegnatole, darà materia abbondante di altre meditazioni. Qui notiamo che l'immagine significativa di essa, cioè il carro, con gli Evangelisti e i Dottori che lo scortano, è antico simbolismo, consacrato dall'uso, e sublime nella visione avuta da Ezechiele, de' quattro animali, di sei ali pennuti, ciascuno moventesi per la parte a cui era destinato; rimpetto al quale, si oscurano e diventan miseria la donna dai tre occhi, e l'altra che pare di smeraldo, e peggio il grifone scelto a figurar Cristo.

Alla visione della Chiesa sono degno preludio e apparecchio la luce, come di lampo, continua e crescente, che si diffonde per tutta la scena, e la melodia dolce, che corre per l'aere luminoso; perchè veramente alle nebbie e alle tenebre di questa vita, e delle lotte anarchiche che la funestano, sustrato luminoso ed armonico è l'idea divina, da cui è il principio, l'indirizzo ed il compimento finale d'ogni evento di quaggiù. Mirando ad essa, l'animo si allarga e si rinfranca; e il cuore, lasciato in terra il peso delle ire e degli odii, si ridesta innaffiato dalle acque dei colli eterni. E mirata di lassù, la storia delle umane miserie piglia ben altro aspetto, che non è quello di chi si ristringe in concetti umani ed in umane speranze. In mezzo alle tumultuose vicende che agitano questa vita terrena, la storia della Chiesa, ossia la storia della carità eroica infusa da Dio nel cuore de' suoi eletti, rappresenta, attraverso i secoli, il regale cammino per cui avanzano la civiltà e la religione, la sapienza e l'amore, l'operosità cristiana, la scienza, la medicina degli uomini ed il sacrificio; storia, che della selvaggia barbarie come di quella imbellettata e ammorbidita di corruttele, della forza ruvidamente tormentante come di quella che astuta nascosamente insidia maligna e beffarda, trionfa sempre; e novello Anteo, nelle cadute acquista sempre novello e maggior vigore, destinata a costituire quella nobile e virile società degli spiriti, di cui son membra degne gli uomini di retto volere.

Ben si sono fatti, e si stanno facendo anche oggi, sforzi erculei per costituir questa società fuori della Chiesa. Ma a qual pro? Le prove di oggi, come quelle di tutti i secoli andati, finiranno ridicolosamente, se non fossero le novelle rovine che si sovraccumuleranno alle già fatte; a riparar le quali si richiederanno secoli!

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

CAPITULI TRICESIMI SUMMARIUM

In isto tricesimo capitulo, quod incipit: *Quando septemtrion primi celi*, auctor, descripta Ecclesia militante in precedenti capitulo, cum illis septem luminaribus et cum tam dulci nota, que cantabatur inter arbores, etc., et cum illis vigintiquatuor vestitis albis et eorum cantu, cum illis quatuor animalibus plenis oculis ante et retro, inter que erat ille currus tractus ad collum unius grifonis, cum illis tribus dominabus ad rotam dexteram, et cum illis quatuor aliis dominabus ad rotam sinistram, et cum illis duobus antiquis sequentibus currum, et cum illis quatuor sequentibus in humili apparentia, et cum illo ultimo sequente dormiendo; ipse auctor modo describit adventum illius desiderate Beatricis, sive apparitionem, que posita est ad custodiam currus, sive ipsius Ecclesie militantis, ac insigniter deputata. Primo tamen dicit auctor: Quando septemtrion primi celi, scilicet illa septem luminaria, que denotant septem dona Spiritus Sancti (quod quidem septemtrion nunquam occidit, scilicet non disparet, nisi propter culpam), firmavit se (quod quidem septemtrion unicuique demonstrat quid faciendum sit); sic omnes gentes firmaverunt se et accampaverunt, sive restiterunt in campo. Tunc unus de vigintiquatuor, scilicet Salomon, cepit cantare: Veni de Libano, sponsa. Iste est Salomon, qui vocat Beatricem, que cito apparebit. Tunc bene centum angeli surrexerunt ad vocem tanti senis, et cantaverunt: Benedictus qui venis. Vox Salomonis dirigitur ad Beatricem; vox angelorum dirigitur ad grifonem, scilicet Chrystum, trahentem currum. Tunc inter unam nubem florum, cadentium de manibus angelorum, apparuit una domina, habens in capite candidum velum, cinctum ramo olive, quia ramus olive stabat pro serto; que domina habebat mantellum viridem; vestis eius erat coloris flammei, scilicet rubei. Subito spiritus Dantis, qui dilexerat istam dominam Beatricem a pueritia, stupefactus fuit; ideo Dantes volvit se ad Virgilium, volens sibi aliqua dicere: sed iam recesserat; de cuius recessu doluit auctor et ploravit. Tunc illa domina dixit auctori: Dantes, non plores ex eo quia Virgilius recessit aliunde: et alia de causa te oportebit plorare. Respice bene, bene sum, [bene sum] Beatrix! Tunc Dantes fuit solus commotus propter verecundiam, et tunc angeli cantaverunt illum psalmum: In te, Domine, speravi, non confundar in eternum. Et tunc Beatrix laudavit multum Dantem, tum de ingenio, tum de bona dispositione, quam habuit a constellatione. Et totum hoc facit Beatrix, ad magis corrigendum ipsum Dantem et reprehendendum, ex eo quod ipse recesserat ab ipsa Beatrice et reliquerat ipsam, et aliam dilexerat, bona temporalia imitando.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

CAPITULUM TRICESIMUM

1 Quando 'l septentrion del primo cielo,
Che nè occaso mai seppe nè orto,
Nè d'altra nebbia, che di colpa, velo,
2 Che lì faceva ciascheduno accorto
Di suo dover, come 'l più basso face
Qual timon gira per venir a porto,
3 Ferma s'affisse la gente verace,
Venuta prima tra 'l grifone et esso,
U' (1) il carro volse a sè, come a sua pace:

(1) dove.

1 *Quando septemtrion primi celi,*
Qui nunquam occasum scivit neque ortum,
Nec alterius nebule, quam culpe, velum,
2 *Et qui faciebat ibi quemlibet accortum*
De suo debito, sicut inferior facit,
Qualis themonem ducit ut perveniat ad portum,
3 *Firmus se fixit, gens verax,*
Que prius venerat inter grifonem et ipsum,
Ad currum convertit se, sicut ad suam pacem:

Quando septemtrion primi celi. Quando 'l septemtrion del primo celo: istud est tricesimum capitulum huius Purgatorii, in quo describitur illa nobilis et desiderata Beatrix, scilicet Sacra Theologia, que habet curam et custodiam totius Ecclesie militantis. Quod quidem capitulum dividitur in quatuor partes. In quarum prima ostenditur quomodo iste exercitus accampavit se et se posuit.
In secunda parte, que incipit ibi:

> Ego vidi iam in principio diei;
> Io vidi già nel comenciar del giorno,

auctor describit Beatricem, quantum ad habitum et effectum et affectum.
In tertia, que incipit ibi:

> Vidi dominam que prius michi apparuit;
> Vidi la donna che prima m'appario,

ponitur interpretatio Beatricis, quam fecit ipsi Danti.
In quarta, que incipit ibi:

> Non solum propter operam rotarum magnarum:
> Non pur per l'opre de le rote magne,

ponitur laus quam fecit Beatrix de ipso auctore, propter posse licentius reprehendere ipsum.

Primo auctor more suo continuat dicta dicendis, ponendo quomodo firmavit se ille exercitus, cum una pulcherrima comparatione. Et ad intelligendum litteram notandum est. quod apud nostrum polum arthicum est una constellatio septem stellarum, que dicitur plaustrum, sive currus, quarum quatuor sunt loco rotarum, et alie tres videntur themo. Illa astra septem nunquam occidunt nobis, sed sunt sempiterne apparitionis super nostram terram, dummodo nubes nocturne vel diurne non occultent nobis ipsa. Per illam constellationem navigantes gubernant se et regunt in mare. et ad portum veniunt. Sed septemtrion primi celi, scilicet empyrei, qui septemtrion est illa septem candelabra, de quibus dictum est supra, nunquam scivit occasum neque ortum, quia non occidit neque oritur nisi propter velum

4 Et un di loro, quasi dal ciel messo,
Veni, sponsa, de Libano, cantando,
Gridò tre volte, e tutti gl'altri a presso.
5 Quali e beati al novissimo (1) bando
Surgeran presti, ognun di sua caverna (2),
La rovistata voce alleluiando,
6 Cotali, in su la divina basterna,
Si levar gente, a voce tanti senis,
Ministri e messagger di vita eterna.
7 Tucti dicean: Benedictus, qui venis;
E (3), fior gittando di sovra e d'intorno,
Manibus o date lilia plenis.

(1) ultimo — (2) sepultura — (3) dicean.

4 *Et unus illorum, quasi de celo missus,*
Veni, sponsa, de Libano, cantando,
Clamavit tribus vicibus, et omnes alii prope.
5 *Quales beati in novissimo bando*
Surgent festini quilibet de sua caverna,
Revestitam carnem alleluiando,
6 *Tales super divina basterna,*
Surrexerunt centum, ad vocem tanti senis,
Ministri et nuncii vite eterne.
7 *Omnes dicebant: Benedictus, qui venis;*
Et, flores proiicendo desuper et circum,
Manibus o date lilia plenis.

culpe, idest peccati mortalis; quia peccatum mortale occultat nobis dona Spiritus Sancti et gratia divina manifestat illa. Iste septemtrion manifestat unicuique de gentibus illius exercitus, quid facere debeat, sicut ille qui cum themone ducit ad portum navem. Quando se firmavit tota illa gens, que erat inter grifonem et ipsum, convertit se ad ipsum currum sicut ad suam pacem. Nam Christus, qui est pax illius exercitus, est ille ad quem omnis debet se convertere.

Quando septemtrion primi celi, idest septem dona Spiritus Sancti, qui nunquam occasum scivit, neque ortum, nec alterius nebule quam culpe, idest peccati, velo, vel sic, nec alterius nebule quam culpe velum (ista littera magis michi placet, quia solum nebula peccati occultat nobis istum septemtrionem); et qui, scilicet septemtrion, faciebat quemlibet accortum, idest accuratum, de suo debito, idest docebat quemlibet quid facere deberet, sicut inferior facit, qualis themonem ducit, scilicet navim, ut perveniat ad portum, firmus se fixius [posuit], scilicet septemtrion; gens vera, scilicet sancta, que prius venerat inter grifonem et ipsum, ad currum convertit se sicut ad suam pacem.

Hiis dictis, auctor prosequitur intentum. Descripta accampatione, idest firmatione, illius exercitus, tunc unus ex illis vigintiquatuor cepit dicere: Veni, sponsa, de Libano (vocat Beatricem: hic fuit Salomon, qui in libro Cantice Canticorum talia verba dicit), et omnes alii dixerunt similiter. Et ponit auctor pulchram comparationem, ad ostendendum quomodo plures angeli ad dictum Domini surrexerunt [et dixerunt], Benedictus qui venis. Et unus ipsorum, quasi a celo missus, Salomon scilicet: Veni, sponsa, de Libano, cantando clamavit tribus vicibus, et omnes alii prope vel statim vel similiter. Libanus est mons, qui inter Damascum et Hierusalem est, et in radicibus montis Libani sunt pulcherrima viridaria et g[i]ardina, ubi sunt pulcherrime arbores fructifere, pulcherrimi horti. Salomon talia verba dicit in Cantica Canticorum, ubi introducit unum sponsum et unam sponsam ad loquendum invicem. Per sponsum intelligitur Christus, per sponsam intelligitur Ecclesia Dei, et inter alios applausus dicitur ibi: Veni, sponsa, de Libano, qui est mons in Arabia, ubi in magna copia nascitur thus, quod dicitur etiam Oblibanum. Quasi dicatur: Veni, sponsa odorifera mea. Iste senex est quasi de celo missus, quia sua profunda sapientia fuit sibi infusa a Deo. Tribus vicibus dixit: ternarius est numerus valde bonus et perfectus.

Adhuc fit pulchra comparatio. Quales beati in novissimo bando, in preconio, scilicet in die iudicii, surgent festini, quilibet de sua caverna, idest sepultura, revestitam, idest reassumptam, vocem alleluyando, idest Alleluia cantando (Alleluia est idem quod Salvum me fac, Domine. *Revestitam vocem:* quia anima separata a corpore non habet vocem, sed reassumpto corpore, reassumitur vox); tales, idest taliter, super divina basterna, idest currum, vestitum, ornatum, quales solent habere reges et principes, surrexerunt centum, ad vocem tanti senis, idest Salomonis, ministri et nuncii vite eterne, idest angeli. Omnes dicebant: Benedictus qui venis (hec verba dicebantur grifoni); et, flores proiiciendo et super et circum, Manibus o date lilia plenis. Ista verba dicuntur a Virgilio in sexto Eneydos, quando, duce Sibilla, Enea ivit ad Infernum et pervenit ad campos Elysios, in quibus reperit Anchisem patrem suum, qui multas animas romanas ostendit ei, que debebant esse anime magnanimorum virorum et florentium hominum; inter quas demonstravit animam Marcelli, unius iuvenculi, qui fuit prevignus Augusti, et tante fuit virtutis, quod, in duodecimo anno etatis sue, tam ab Augusto quam a Senatu in tantum dilectus fuit et reputatus, quod electus fuit ad consilium; et in isto iuvenculo erat tota spes Augusti. [Uxor Augusti], post mortem Marcelli, nunquam, quousque ipsa vixit, destitit ipsum plorare. Quando igitur Anchises ostendit Enee filio suo animam istius iuvenculi, scilicet Marcelli, tunc dixit hec verba: Manibus date lilia plenis; scilicet ut fiat isti iuvenculo solempne festum, quia ipse erit illustrissimus iuvenis. Modo vult dicere auctor, quod dicebatur [ab] istis angelis, de quorum manibus ascendebant sursum flores et recadebant tamquam proiecti: Manibus date lilia plenis, ut fiat solempne festum isti domine, que cito apparebit, scilicet Beatrici, sive Sacre Theologie. Dicebantur talia verba istis doctoribus et illis gentibus sanctis, ut

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

8 Io vidi già nel cominciar del giorno
La parte oriental tutta rosata (1),
E l' altro ciel di bel sereno addorno,
9 E la faccia del sol nascer ombrata,
Sì che per temperanza di vapori
L'occhio la sostenea lunga fiata (2):
10 Così dentr' una nuvola di fiori,
Che dalle mani angeliche saliva,
E ricidea in giù dentr'e di fuori,
11 Sovra candido vel (3) cincto d'uliva
Donna m' apparve, socto verde manto,
Vestito di color di fiamma viva.
12 Lo spirto mio, allhorchè già cotanto
Tempo era stato colla sua presenza,
Non era di stupor, tremando, affranto,
13 Senza degl'occhi haver più conoscenza,
Per occulta virtù che da lei mosse,
D'antico amor sentì la gran potenza.

8 *Ego vidi iam in principio diei*
Partem orientalem totam rosatam,
Et aliud celum pulchra serenitate adornum,
9 *Et faciem solis nasci umbratam,*
Ita quod propter temperantiam vaporis
Oculi sustinebant ipsum longo tempore:
10 *Sic intra unam nubem florum,*
Que a manibus angelicis ascendebat sursum,
Et recadebat infra intus et extra,
11 *Super candido velo cincta oliva,*
Domina michi apparuit, sub viridi manto,
Vestita colore flamme vive.
12 *Et spiritus meus, qui iam tanto tempore*
Steterat [quod] cum sua presentia,
Non erat ex stupore, tremendo, fractus,
13 *Sine oculorum habendo maiorem cognitionem,*
Propter occultam virtutem que ab ea movit,
Antiqui amoris sensi[t] grandem potentiam.

(1) al. arrossata — (2) per buono spatio di tempo — (3) velo.

darent lilia plenis manibus; idest, libri conditi et compilati per sanctos viros, prophetas, et doctores, et dicta florida sanctorum, de[n]tur copiose: in medio talium florum, idest librorum Biblie et Sanctorum Patrum [et] Doctorum, reperitur ista domina.

Ego vidi iam. Io vidi già: ista est secunda pars istius capituli, in qua describitur apparitio Beatricis. Nota quod propter vapores grossos et spissos, qui aliquando sunt in aiere, maxime de sero vel de mane, radii solares, penetrantes per illos, ita comparantur, ut per illos respiciendo possit satis bene intueri solem aliquis. Modo aliquando auctor sic vidit in oriente solem oriri, quod propter tales vapores, intermedios inter ipsum videntem et solem, satis bene vidit solem, esto quod residuum celi esset serenum; et sic partem orientalem rubeam vidit auctor, quia radii solares, sic penetrantes tales vapores, efficiunt quamdam rubedinem in dictis vaporibus, de quibus fit quasi una nubes. Consimiliter dicit auctor, quod vidit intra unam nubem florum cadentium de manibus angelorum, unam dominam, habentem candidum velum in capite, supra velum erat sertum de oliva, indutam tunica rubea et circumdatam mantello viridi. Quam videns, quia diu steterat sine sua presentia, subito spiritus ipsius auctoris, propter quamdam virtutem occultam, ab illa domina [procedentem], perterritus de antiquo amore, quia alio tempore dilexit eamdem dominam, sensit quamdam vim. Hanc dilexit dum esset novem annorum, et ipsa octo, que vocata fuit Bici, sive Beatrix, filia domini Fulchi de Portenariis, nobili domo de Florentia. Dilexit eam igitur antequam exiret de pueritia, que durat usque ad tertiumdecimum annum.

Ego vidi iam in principio diei, idest recordor iam me vidisse (quando erat pulchrum serenum [vidi] partem orientalem rubeam, sole oriente, et bene poteram pati radios eius propter vapores grossos, qui contemperabant illos quos velabant) partem orientalem totam rosatam, idest rubicundam, et aliud celum, idest alias partes celi, pulchra serenitate adornum, idest ornatum, et faciem solis nasci, idest oriri, umbratam (scilicet [propter] vapores grossos, qui erant in aiere inter solem visum et me videntem), ita quod propter temperantiam vaporum, oculus, scilicet meus, ipsum, scilicet solem, substinebat longo tempore, idest spatio: sic intra unam nubem florum, que a manibus angelicis ascendebat sursum, idest saliebat, quasi proiecta a manibus angelorum, et recadebat infra intra et extra (quasi dicatur, quod ista domina non potest perfecte videri nisi sub quadam nube, idest figura), super candido velo, cincta oliva, domina michi apparuit, sub viridi manto, idest mantello, vestita colore flamme vive. Ista erat velata velo albo, quod significat fidem puram; circumdata mantello viridi, figurante spem vivacem et durantem; vestita tunica rubea, denotante accensam caritatem; et supra sertum habebat de ramo olive, figurante pacem, amorem, dilectionem perfectam.

Et spiritus meus, qui iam tanto tempore steterat, [quod] cum sua presentia, scilicet animo et desiderio (sed non realiter, quia decem anni erant quod Beatrix moriebatur, sed semper interdum animo et corde erat cum ipsa) non erat ex stupore, tremendo, fractus, idest non poteram ex stupore resilire, sine oculorum habendo maiorem cognitionem propter occultam virtutem, que ab ea movet, antiqui amoris sensi grandem potentiam.

14 Tosto che nella luce mi percosse
L'alta virtù, che già m'havea traficto
Prima che fuor di puerizia (1) fosse,
15 Volsimi alla sinistra con rispicto
Col qual el fantolin corr'alla mamma,
Quand'à paura o quand'egl'è afflicto,
16 Per dicer a Virgilio: Men che dramma
Di sangue m'è rimaso, che non tremi;
Cognosco e segni dell'antica fiamma.
17 Ma Virgilio n'havea lasciati scemi (2);
Dissi (3): Virgilio, dolcissimo Padre,
(4) Virgilio, (5) a cui per mia salute diemi:
18 Nè quantunque perdeo l'antica madre,
Valse alle guance necte di rogiada,
Che lagrimando non tornasser adre.
19 Dante, (6) perchè Virgilio (7), se ne vada,
Non pianger anco, non (8) pianger ancora,
Chè pianger ti convien per altra spada (9).
20 Quasi ammiraglo, che 'n poppa et in prora
Vien a veder la gente ch'amministra
Per gl'alti legni (10), et a ben far l'incora (11),
21 In su la sponda del carro sinistra,
Quando mi volsi al suon del nome mio,
Che di necessità qui si registra,

14 *Statim quod in visu me percussit*
Alta virtus, que me iam transfixerat
Priusquam ego extra pueritiam essem,
15 *Volvi me ad sinistram cum respectu*
Cum quo puerulus currit ad matrem,
Quando habet pavorem vel quando ipse est afflictus,
16 *Ut dicerem Virgilio: Minus quam dragma*
Sanguinis michi remansit, que non tremet;
Cognosco signa antique flamme.
17 *Sed Virgilius dimiserat me scemum*
De se, Virgilius dulcissimus pater,
Virgilius, cui pro mea salute me dedi:
18 *Nec quodcumque perdidit antiqua mater,*
Tenuit genas nitidas rore,
Quod lacrymando non redirent atre.
19 *Dantes, quamquam Virgilius recedat,*
Non plangas etiam, non plangas adhuc,
Quia plangere tibi convenit per aliam stratam.
20 *Quasi admiralus, qui in puppi et in prora*
Venit ad videndum gentem que ministrat
Per alia ligna, et ad benefaciendum ipsam incorat,
21 *Sic super latere currus sinistro,*
Quando me volvi ad sonum nominis mei,
Quod ex necessitate hic registratur,

(1) mia — (2) perchè era partito — (3) allora: — (4) o — (5) o — (6) o — (7) tuo — (8) dico — (9) dogla che quella di Virgilio — (10) navi — (11) gl'innanima.

Statim quod in visu me percussit alta virtus, que iam me transfixerat (quia tantum fuit Dantes philocaptus de Beatrice, quod existens adhuc novem annorum, obvians sibi in scalis, quasi sincopizans cecidit ad terram), priusquam ego extra pueritiam essem, volvi me, idest converti, ad sinistram, cum respectu, idest cum respectione, sive respectu, cum quo puerulus currit ad matrem, quando habet pavorem, vel quando ipse est afflictus (ecce quod ipse recurrebat ad Virgilium, idest scientiam naturalem), ut dicerem Virgilio: Minus quam dragma sanguinis michi remansit, que non tremet; idest ut interrogarem eum: Quid est hoc? Cognosco signa antique flamme; nam nimis miror de his que video et sentio.

Sed Virgilius dimiserat me scemum, idest diminutum, (idest derelinquerat me et recesserat) de se, Virgilius dulcissimus pater, Virgilius, cui pro mea salute me dedi.

Dicit modo auctor: Videns me derelictum a Virgilio, non potui continere me a lacrymis, scilicet quin lacrymarer et balnearem lacrymis genas meas. Esto quod ego essem in tot delitiis, et in loco tantarum delitiarum, et in loco tam delectabili, non profuit quin absentia Virgilii michi extorqueret lacrymas. Hoc dicit ad denotandum, quod est valde difficile discedere a scientiis naturalibus et humanitus adinventis, et ire ad scientias divinas. Nec omne illud delectamen quod perdidit Eva, valuit, idest, tenuit genas meas nitidas rore (quia in illo loco non generatur ros nec pruina; ideo que sunt ibi, sunt nitida a rore); nec quodcumque, idest quantumcumque, perdidit antiqua mater, idest Eva, tenuit genas nitidas rore, quod lacrymando non redirent atre, idest quin lacrymarer, etc.

Dantes, quamquam Virgilius recedat, non plangas etiam, non plangas adhuc, quia plangere tibi convenit, idest oportet, per aliam stratam, idest alia de causa.

Ponit bonam comparationem, volens ostendere quomodo fecit secum Beatrix. Sicut admiralus, scilicet ille qui habet dirigere classem galearum et navium, et in illis precipere, qui modo est in puppi galee, nunc in prora, ad confortandum remigantes ut bene et sollicite remigent, et corrigere pigros; sic apparuit ipsi Danti, quod super curru in sinistro latere terribilis et terribiliter loqueretur sibi hec domina.

Quasi admiralus, qui in puppi et prora venit ad videndum gentem que ministrat, idest facit officia sua serviendo, per alia ligna, idest galeas vel naves, et ad bene faciendum ipsam incorat, idest confortat; sic super latere currus

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

22 Vidi la donna, che lì m'appario
Velata socto l'angelica festa,
Drizzar gl'occhi ver me di qua dal rio.
23 Tucto che 'l vel che le scendea di testa,
Cerchiato della fronde di Minerva (1),
Non la lasciasse parer manifesta;
24 Regalmente, nell'acto ancor proterva,
Ricominciò, come colui che dice,
E 'l più caldo parlar dentro si serva:
25 Guardaci bene; ben son Beatrice;
Come degnasti di acceder al monte?
Non sapei tu, che qui è huom felice?
26 Gl'occhi mi cader giù nel chiaro fonte;
Ma veggendomi 'n esso (2) trassi all'herba,
Tanta vergogna mi gravò là fronte.
27 Così la madre al figlo par superba,
Com'ella parve a me; perchè d'amaro
Sentì 'l sapor della pietate acerba.
28 Ella si tacque, e gl'angeli cantaro
Di subito: In te, Domine, speravi:
Sed (3) ultra Pedes meos non passaro.

22 *Vidi dominam, que prius michi apparuit,*
Velatam sub angelico festo,
Dirigere oculos ad me citra rivum.
23 *Quamquam velum quod ex capite eius descendebat,*
Circumdatum a fronde Minerve,
Non permicteret eam apparere manifestam;
24 *Realiter, adhuc in actu protervo,*
Et continuavit, sicut ille qui dicit
Et callidiorem sermonem retro sibi servat:
25 *Respice bene, bene sum, bene sum Beatrix;*
Quare distulisti accedere ad montem?
Nesciebas tu, quod hic est homo felix?
26 *Oculi mei ceciderunt in clarum fontem;*
Sed videns me in illo traxi ad herbam,
Tanta verecundia michi gravavit frontem.
27 *Sic mater filio apparet superba,*
Sicut ipsa apparuit michi; ex quo de amaro
Sentit sapor pietatis acerbe.
28 *Ipsa tacuit et angeli cantaverunt*
Statim: In te, Domine, speravi;
Sed ultra Pedes meos non transierunt.

(1) d'ulivo — (2) come in specchio — (3) al. ma.

sinistro, quando me volvi ad sonum nominis mei, quod ex necessitate hic registratur, idest scribitur, [vidi dominam, etc.]. Ista domina reprehendere vult Dantem, et conservat ultimate verba asperiora tamquam proterva et turbata. Nomen Dantis hic de necessitate ponitur, non propter superbiam, sed ut acrius et fortius purgetur et corrigatur.

Vidi dominam, que michi apparuit prius. Vidi la donna, che prima m'apparío: hec est tertia pars huius capituli, in qua ponitur increpatio quam fecit domina auctori, ut patebit in littera, que satis plana est.

Vidi dominam, que michi prius apparuit, idest paulo ante in curru, velatam sub angelico festo (quia angeli ministrabant flores), dirigere oculos ad me circa rivum, ut me increparet.

Quamquam velum, quod ex capite eius descendebat, circumdatum a fronde Minerve (quia arbor olive est consecrata, idest dedicata, Minerve, idest dee sapientie), non permicteret eam apparere manifestam (dictum est, quia Sacra Scriptura sub figura noscitur); realiter, adhuc in actu proterva, idest alterata vel indignata, continua[vi]t, sicut ille qui dicit, et callidiorem, idest asperiorem, sermonem retro sibi servat, idest vult ultimo dicere asperiora.

Respice bene; bene [sum], bene sum Beatrix; quare distulisti accedere ad montem? (vult dicere auctor, quod licet sua domina esset cooperta, perpendit tamen quod erat irata propter verba que dixit. Qualis vita fuit tua? dedisti te aliis scentiis: dereliquisti me et sequutus es malam vitam et vitiosam, et expendisti tempus tuum in vanitatibus. *Realiter:* sicut regina omnium aliarum scientiarum. *Proterva:* idest tenax contra ipsum) quare, idest quomodo, fecisti te dignum venire huc ad montem? Quare tardasti? Nesciebas tu quod hic est homo felix, idest status vite perfecte? Dictum est superius quod iste hortus, Paradisus, delitiarum, figurat statum vite virtuose et perfecte.

Oculi mei ceciderunt in clarum fontem, idest inclinati sunt in fluvium Lethes; sed videns me in illo, quia vidi me fuisse peccatorem, traxi ad herbam, scilicet propter verecundiam: tanta verecundia michi gravavit frontem.

Sic mater filio apparet superba, sicut ipsa apparuit michi; ex quo de amaro, idest amarum, sentit sapor pietatis acerbe. Nota quod quando mater irata [est] contra filium, maledicit filio, augurando sibi malum; sed hoc non facit mater ex contumelia, sed ex quadam pietate, quia mater est dulcis in effectu. Sic fecit Beatrix cum Dante, quia dicebat sibi aspera verba, non propter contumeliam, sed propter quamdam correctionem, quia ipsa optabat bonum ipsi Danti.

Modo ponitur aliqua consolatio, quam recipit hic Dantes, tam acriter redarguitus, quia illi angeli cantaverunt partem illius psalmi: In te, Domine, speravi, non confundar in eternum. Sed quando devenerunt canendo ad illum ver-

29 Siccome neve, tra le vive travi (1),
Per lo dosso d' Italia (2) si congiela
Soffiata e strecta dalli venti schiavi (3),
30 Poi liquefacta in sè stessa trapela,
Pur che la terra, che perd'ombra, spiri,
Sì che par fuoco fonder la candela;
31 Così senza (4) lagrime fu' io e sospiri
Anzi 'l cantar di quei che notan sempre
Dietro alle note degli etterni giri.
32 Ma poi ch'io 'ntesi ne le dolci tempre
Lor compartire, parve co' (5) se decto
Havesser: Donna (6), perchè sì lo stempre?
31 Lo giel, che m'era intorno al cor ristrecto,
Spirito (7) et acqua fessi, e con angoscia
De la bocha e degl'ochi uscio del pecto.

29 *Sic nix, inter vivas trabes,*
Per dorsum Ytalie congelatur,
Sufflata et stricta a ventis sclavis,
30 *Demum liquefacta in se ipsam trapelat,*
Solum [quod] per terram, que perdit umbram, spire
Ita quod apparet ignem fundere candelam;
31 *Sic fui sine lacrymis et suspiriis*
Ante cantum illorum qui notant semper
Retro notas eternorum circulorum.
32 *Sed postquam ego intellexi in dulcibus temperationibu*
Eorum, commensuratis, michi apparuit ac si dice
Domina, quare ipsum sic distemperas? [ren
33 *Gelu, quod michi erat circa cor restrictum,*
Spiritus et aqua factum est, et cum angustia
Ex ore et oculis exivit de pectore.

(1) arbori — (2) Monte Appennino — (3) di Schiavonia — (4) al. sì senza. — (5) come — (6) o. — (7) sospiri.

sum: Statuisti in loco specioso pedes meos; tacuerunt, nec processerunt ultra, quia ille psalmus ultra talem versum non est ad propositum presentis materie. Ideo illi angeli cantarunt, ne Dantes propter duram increpationem se desperaret.

Iam tacuit, et angeli cantaverunt statim: In te, Domine, speravi; sed ultra Pedes meos non transierunt. Quasi dicant angeli: Licet iste peccaverit, nunquam tamen recessit a spe, nec cecidit in desperationem.

Nunc ponitur una comparatio, qua vult auctor ostendere quid fecit, quando talia audiebat. Nota quod montes, qui incipiunt in Calabria et veni[un]t per Regnum, quousque dividunt partes Regni, appropinquant ad Tagliacotium, demum dividunt territorium Romanum a Marchia, demum dividunt Tusciam a Romandiola, demum Lombardiam a territorio Ianuensi et ab Alamania superiori, scilicet Austria, demum procedunt ad partes Foroiulianas, etc., auctor vocat dorsum Ytalie. Super istos cadunt multe nives, et maxime quando spirant venti aquilonares, vel illi qui sunt inter aquilonem et orientem, et tunc nives congelantur, nec aqua stillat ex eis; quando vero spirant venti meridionales, tunc nives liquefiunt, et aqua stillat fluitque et discurrit. Sic accidit hic auctori: dum domina dicebat aspera verba, non poterat, pre confusione et dolore, loqui nec emictere lacrymas; sed quando illi angeli cantaverunt psalmum illum, propter quem psalmum habuit auctor bonam spem, tunc cum labore prorupit in lacrymas, et quasi in vocem raucam. Tamen arbores que sunt super montes predictos, auctor vocat trabes. Tunc sic ad textum.

Sicut nix inter vivas trabes, per dorsum Ytalie, congelatur, sufflata et stricta a ventis sclavis (quia ad Ytaliam de partibus Sclavonie spirant et veniunt venti frigidissimi: sunt Borea, Grecus, etc.); demum liquefacta in seipsam stillat, solum, idest dummodo, quod terra, que perdit umbram, spiret (idest pars meridionalis, que in meridie non permicteret fieri umbram, si homo staret rectus in medio ad solem), ita quod apparet ignem fundere, idest liquefacere, candelam; sic fui sine lacrymis et suspiriis ante cantum illorum, qui notant semper retro notas eternorum circulorum. Idest isti sancti, qui scripserunt sacros codices, sicut David, qui fecit illum psalmum, quem angeli hic cantarunt, omnia didicerunt secundum influentiam et inspirationem datam eis a Deo.

Sed postquam ego intellexi in dulcibus temperationibus, idest concordantiis, vel consonantiis, eorum, commensuratis, michi apparuit ac si dixissent: Domina, quare ipsum sic discerpis, idest consumis?

Gelu, quod michi erat circa cor de pectore (quia cor est in pectore) restrictum, spiritus, idest inflatus, et aqua factum est, et cum angustia ex ore et oculis exivit de pectore, scilicet lacrymando et spuendo. Dantes hic fuit patientissimus; tamen [poterat] pro se allegare doctores sanctos, qui usi sunt poesi. Nonne sanctus Augustinus fuit maximus poeta? Hieronimus maximus orator et poeta? videantur Epistole sue; videatur Sanctus Ambrosius in libro De officiis. Numquid fuit verberatus, improperatum sibi quod erat Ciceronista et non Christicola, quia portabat semper secum Ciceronem et spernebat Bibliam? Posset hic queri, si licet Theologis vacare philosophie et poesi? Et auctoritatibus Hieronimi adducens unum novum, dicit quod doctores Sacre Scripture bene possunt uti philosophia et auctoritatibus et poetis, non propter ponere finem in illis, sed propter reducere talia ad propositum bonum, et extrahere ab ipsis quidquid boni est ibi. Nam Deus docuit furari aurum Egyptiorum et argentum, idest sapientiam paganorum et eloquentiam. Per aurum intellige sapientiam, per argentum eloquentiam. Sed propter pompam non licet Theologis uti talibus.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

34 Ella, pur ferma in su la dextra coscia
Del carro stando, a le sobstanze pie
Volse le sue parole così poscia (1):
35 Voi vigilate nell'etterno die,
Sì che nocte nè sonno a voi non fura
Passo, che secol faccia per sue vie;
36 Onde la mia risposta è con più cura
Che m'intenda colui che di là piagne,
Perchè sia colpa e duol d'una misura.
37 Non pur per ovra delle rote magne,
Che drizzan ciascun seme ad alcun fine,
Secondo che le rote son compagne;
38 Ma per larghezza di gratie divine,
Che sì facti vapor han a lor piova,
Che nostre viste là non van vicine,
39 Questi (2) fu tal ne la sua vita nuova (3)
Virtualmente, che ogni habito dextro (4)
Fact'haverebbe in lui mirabil prova.
40 Ma tanto più maligno e più silvestro
Si fa 'l terren col mal seme e non colto,
Quant'elli ha più di buon vigor terrestro.
41 Alcun tempo 'l sostenni con mio volto;
Mostrando gl'ochi giovinetti a lui,
Meco 'l menava in dricta parte volto.

34 *Ipsa tamen, firma super dextro latere*
Currus stando, ad substantias pias
Convertit verba sua sic postea:
35 *Vos vigilatis in eterno die,*
Ita quod nox neque sompnus vobis non furantur
Passum, quem faciat seculum per suas vias;
36 *Unde meum responsum est cum maiori cura*
Ut me intelligat ille qui ultra plangit,
Ut sint culpa et dolor unius mensure.
37 *Non solum propter operam rotarum magnarum,*
Que dirigunt quodlibet semen ad aliquem bonum
Secundum quod stelle sunt sotie; [finem,
38 *Sed propter largitatem gratie divine,*
Que ita altos vapores habet ad eorum pluviam,
Quod nostre visiones ibi non vadunt vicine,
39 *Iste fuit talis in sua vita nova*
Virtualiter, quod omnis habitus dexter
Fecisset in eo mirabilem experientiam.
40 *Sed tantum malignum magis et magis silvestre*
Efficitur territorium cum malo semine non evulso,
Quanto ipsum habet plus de vigore terrestri.
41 *Aliquo tempore sustinui eum cum meo vultu;*
Monstrando oculos iuvenculos sibi,
Mecum ipsum ducebam in rectam partem conversum

(1) come seguita. — (2) costui, Dante — (3) giovenile — (4) al. destro.

42 Sì tosto come in su la sogla fui
Di mia seconda etate (1) e mutai vita,
Questi si tolse a me, e diessi altrui (2).
43 Quando di carne a spirto era (3) salita,
E bellezza e virtù cresciuta m'era,
Fu' io a lui men cara e men gradita;
44 E volse e passi suoi a via non vera,
Ymagini di ben seguendo false,
Che nulla promession rendon intera.
45 Nè l'impetrare (4) inspiration mi valse,
Colle quali in sogni et altrimenti
Lo rivocai; sì poco a lui ne calse (5).
46 Tanto giù cadde che tucti argomenti
Alla salute sua eran già corti (6),
Fuor che mostrarli le perdute genti (7).
47 Per questo visitai l'uscio de' morti (8),
Et a colui (9), che l'ha quassù condocto,
Li preghi miei, piangendo, furon porti.
48 Alto facto (10) di Dio sarebbe rocto,
Se Lethe (11) si passasse, e tal vivanda
Fosse gustata senz'alcuno scocto
Di pentimento che lagrime spanda.

42 *Statim quod in limine fui*
Mee secunde etatis et mutavi vitam,
Iste se subtraxit michi, et dedit se alteri.
43 *Quando a carne ad spiritum eram ascensa,*
Et pulchritudo et virtus michi creverant,
Fui ego sibi minus grata et minus gratuita;
44 *Et convertit passus suos per viam non veram,*
Ymagines bonorum sequendo falsas,
Que nullam promissionem reddunt integram.
45 *Neque impetrate inspirationes michi valuerunt,*
Cum quibus et in sompno et aliter
Eum revocavi; ita parum illas extimavit.
46 *Tantum infra cecidit, quod omnia argumenta*
Ad salutem suam erant iam curta,
Excepto quam monstrare sibi perditas gentes.
47 *Pro ipso visitavi hostium mortuorum,*
Et illi, qui eum conduxit,
Preces mee, plangendo, fuerunt porrecte.
48 *Altum fatum Dei esset ruptum,*
Si Lethes hic transisset, et tale epulum
Gustaretur sine aliquo scotto
Penitentie que lacrymas emictat.

(1) età d'adolescentia — (2) ad altri — (3) io — (4) da' Dio per lui — (5) se ne curò — (6) invalidi — (7) e dannati — (8) la porta dell' Inferno — (9) a Virgilio — (10) ordine — (11) fiume.

Ipsa tamen firma super dextro latere currus stando, ad substantias pias convertit verba sua, idest ad angelos, qui pie dicebant pro auctore (licet non esset facienda comparatio a Dante, qui est peccator, ad angelos, qui sunt confirmati in bono proposito): Vos vigilatis in eterno die, ita quod nox nec sompnus vobis non furatur passum, quem faciat seculum per suas vias (idest omnia vos facitis ad bonum finem, quia omnia reducitis in Deum; et nec ignorantia, figurata per noctem, nec negligentia, figurata per sompnum, potest vos removere a bene operando per vias mundanas; quod non accidit de isto, qui deviavit a via recta et sequutus est vitia); unde meum responsum est cum maiori cura, quod, idest ut, me intelligat ille, qui ultra flumen plangit, ut [sint] culpa et dolor unius mensure, idest ut gemat sicut peccavit.

—

Non solum propter operam. Non pur per ovra: hec quarta pars huius capituli, in qua ponitur laus quam fecit Beatrix de auctore, ut licentius reprehendat eum; et dicit: Iste homo, pro quo rogatis, habuit optimam influentiam a celo, que influentia fecit eum aptum ad virtutes, et etiam habuit infusionem divine gratie: erat dispositus ad omne bonum, sed ex malitia deviavit. Non solum propter operam, idest influentiam rotarum magnarum, idest cursuum celestium, que dirigit quodlibet semen ad aliquem bonum finem, secundum quod stelle sunt sotie (idest secundum coniunctionem planetarum, quia aliter influit Iuppiter coniunctus cum Saturno, et aliter coniunctus cum Venere, vel cum Marte; aliter influit sol quando est in Ariete, et aliter quando in Tauro); sed propter largitatem gratie divine, que ita altos vapores habet ad eorum pluvium, quod nostre visiones ibi non vadunt vicine, idest quod nostri intellectus non possunt tantum videre nec considerare.

—

Ecce bonam comparationem, de campo bene cultivato et non bene cultivato, ad nostrum intellectum et nostram voluntatem, si dirigantur a ratione aut non. Si ager sit bene cultivatus et bene pinguis, et ponatur in eo malum semen, facit habundanter malum fructum. Et sic est intellectus bene aptus: si dat se vitiis, peximus efficitur. Iste fuit talis in sua vita nova, idest quando erat adolescens, virtualiter, quod omnis habitus dexter fecisset in eo mirabilem experientiam, idest operationem, provam. Sed tantum malignum magis, et magis silvestre, efficitur territorium cum malo semine non evulso, idest separato vel diviso, quantum ipsum habet plus de vigore, idest humore, terrestri.

—

Aliquo tempore sustinui eum cum meo vultu, monstrando oculos iuvenculos sibi (secunda est pulchritudo Sacre Scripture, que ducit ad beatitudinem; et illa est que tractat solum de supernis et eternis rebus: prima pulchritudo est, quando tractatur etiam de humanis et moribus. Secunda significatur per adolescentiam; prima per iuventutem), mecum ipsum ducebam in rectam partem conversum.

—

Statim quod in limine fui mee secunde etatis, et mutavi vitam, iste se subtraxit michi et dedit se altere, sicut dictum fuit in uno preambulo in Inferno. Oportet hic sepe transire de sensu hystorico ad figuralem, et e converso.

—

Quando a carne ad spiritum eram ascensa (litteraliter, quando vita mea corporalis defecit, dum moriebar, vita mea ascendit ad spiritum, idest ut spiritus et anima separata a corpore vixit), et pulchritudo et virtus michi creverant (quia anima est pulchrior corpore, et virtus intellectualis tunc liberior est), fui ego sibi minus cara et minus gratuita (figuraliter quando Theologia invalebat et subtilius intelligebatur ab ipso auctore, ipse dimisit studium Theologie, et dedit se poesi); et convertit passus suos, idest appetitus suos, per viam non veram (idest ad res temporales, ad statum in Florentia, ad partem Albam), ymagines bonorum sequendo falsas, que nullam promissionem reddunt integram (quia res huius mundi promictunt letitiam, et raro evenit sicut promictunt). Nec impetrate inspirationes michi valuerunt, cum quibus et in sompno et aliter eum [revocavi]: ita parum illas existimavit, nec propter illas voluit sequi viam rectam, sed deviavit vadens ad vitia.

—

Tantum infra cecidit, quod omnia argumenta, idest remedia, ad salutem erant iam curta, idest brevia, excepto quam monstrare sibi perditas gentes. Pro isto visitavi ostium mortuorum, idest ivi ad Virgilium, qui erat inter mortuos in Inferno, et illi, scilicet Virgilio, qui eum conduxit, preces mee plangendo fuerunt porrecte.

—

Altum fatum Dei, idest divina ordinatio, esset ruptum, idest esset destructa divina ordinatio, si per flumen Lethes hic transisset, et tale epulum gustaretur sine aliquo *scotto*, idest aliqua solutione penitentie, que lacrymas emictat, idest si iste ad vitam beatam [vellet ire], et non peniteret de suis excessibus.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

LA VISIONE DI BEATRICE

La descrizione di Beatrice, o la scienza divina, che cala dall'alto, sul carro, attorniata dagli angeli che versan fiori, e velata da candida nube, a cui cede il luogo Virgilio, o la scienza terrena, è tra le più felici creazioni del Poeta. Forse, come notava acutamente il Tommaseo, egli l'aveva pensata fin da principio immaginando il suo poema; poi come da picciol seme spunta e cresce pianta alta e frondosa, il concetto largamente gli si svolse nella magnificenza di cui risplende. È descrizione di tale incanto che non possiamo non ripeterla, benchè non vi è forse lettore della Divina Commedia il quale non l'abbia presente.

Io vidi già nel cominciar del giorno
La parte orïental tutta rosata
E l'altro ciel di bel sereno adorno,
E la faccia del sol nascere ombrata,
Sì che, per temperanza di vapori,
L'occhio lo sostenea lunga fiata:
Così dentro una nuvola di fiori,
Che dalle mani angeliche saliva
E ricadeva giù dentro e di fuori,
Sovra candido vel cinta d'oliva
Donna m'apparve, sotto verde manto,
Vestita di color di fiamma viva.

E pure in tanta celestiale bellezza di cose, il Poeta per la subita sparizione di Virgilio sente tal dolore che gli si riga di lacrime il volto; senza che la vista di quella Beatrice, la cui memoria sempre gli fu sì dolce, e che ora più viva che mai risvegliò in lui la potenza dell'antico affetto, basti a serenarlo; anzi tanta è la confusione e la vergogna che sente delle colpe commesse, che quantunque già purgato e pentito, non ha coraggio di rimirar quella creatura celeste e neanche l'immagine di sè stesso nello specchio dell'acqua, ma china gli occhi alla terra smaltata di fiori. Che è egli cio? Vi fu chi scrisse, con questo aver voluto il Poeta significare, che l'uomo fino alla morte deve piangere le proprie colpe e farne ammenda, anche se già perdonate e soddisfatte con rigorosa penitenza, sicchè la sua vita debba fino all'ultimo istante alimentarsi di pianto. Ma vero il fatto, a cui si vorrebbe che il Poeta qui alludesse, non crediamo che fosse questo l'intendimento suo: perocchè egli stesso già ci si mostrò, appena bagnato nelle acque di Lete, e benchè tuttora vivo, cessare all'istante dal piangere e dal vergognarsi, e salire di gaudio in gaudio per le sfere celesti. E vuol dire che dunque non dalla morte è tolta ai giusti la pena che l'uomo deve sostenere per aver peccato, ma dall'arrivare, o in morte, o dopo il Purgatorio, alla chiara vista dell'ordine eterno e della piena conformazione ad esso di sè medesimo.

Finchè l'anima resta in Purgatorio, vede in sè il difetto della perfezione cagionatole dalle colpe che ebbe commesse (vista psicologica del negativo), e ne sente pena, necessariamente a tal vista congiunta; finita la purgazione, entra nella vista obbiettiva dell'ordine eterno, dove non è più altro che il positivo e che perfezione, e ne resta beata. E questa seconda vista in cui l'anima entra, finita la prova, è appunto quello che il Poeta volle significare con l'immersione da prima nel Lete e dipoi nell' Eunoè, mercè di cui si ottiene la piena felicità.

La dottrina di queste due viste (profondissima dottrina metafisica ed altamente teologica) venne espressa da Santa Caterina da Genova nel modo seguente. « Di quanta importanza sia il Purgatorio (qui tratta della prima vista, cioè della subbiettiva, a cui è congiunta la pena), nè lingua il può esprimere, né mente capire; se non ch'io il veggio essere di tanta pena, come l'Inferno; e nientedimeno io veggio, l'anima, la quale in sè sente una minima macchia d'imperfezione, riceverlo per misericordia, non facendone in un certo modo stima, in comparazione di quella macchia impeditiva del suo amore. E parmi vedere, la pena dell'anime del Purgatorio esser più, per vedersi avere in sè cosa che dispiaccia a Dio, e averla fatta volontariamente contro tanta bontà, che per niun altro tormento che sentano in esso Purgatorio. Questo è perchè, essendo quelle anime in grazia, veggiono la verità e l'importanza dell'impedimento, il quale non le lascia approssimare a Dio (*Tratt. del Purg.* cap. VIII). »

Or ritornando sulla medesima, viene alla vista obbiettiva in Dio dell'ordine suo eterno e della piena loro conformazione ad esso, dopo la prova del Purgatorio, per cui comincia l'eterno loro contento. « L'anima è stata creata con tutte quelle buone condizioni, delle quali ella era capace, per arrivare alla perfezione: vivendo però come Dio le ha ordinato; non contaminandosi di alcuna macula di peccato. Ma essendosi contaminata per lo peccato originale, perde i suoi doni e le grazie, e resta morta; nè si può resuscitare se non da Dio. E quando ella è risuscitata per lo battesimo, le resta la mala inclinazione, la quale l'inclina e conduce (s'ella non fa resistenza) al peccato attuale; per lo quale di nuovo muore. Dio poi ancora la risuscita con un'altra grazia speciale; imperciocchè ella resta così imbrattata, e conversa verso sè stessa, che per rivocarla al suo primo stato, come Dio la creò, le bisognano tutte le sopraddette divine operazioni; senza le quali giammai ella non vi potrebbe ritornare. E quando l'anima si trova in via di ritornarvi, tanto è l'accendimento di doversi trasformare in Dio, che quello è il suo Purgatorio. Non che ella possa guardare al Purgatorio siccome a Purgatorio; ma quell'istinto acceso ed impedito, è quel che le fa il Purgatorio. Quest'ultimo atto di amore è quello che fa quest'opera senza l'uomo; trovandosi nell'anima tante imperfezioni occulte, che s'ella le vedesse, vivrebbe disperata: ma quest'ultimo stato le va consumando tutte. E poichè son consumate, Dio le mostra a lei (nell'ordine eterno), acciò che l'anima vegga l'operazion divina, che le causa il fuoco d'amore, il qual consuma quelle imperfezioni che son da consumare (Ibid. cap. XI). » E qui comincia la sua vita beata.

CAPITULI TRICESIMIPRIMI SUMMARIUM

In tricesimoprimo capitulo, quod incipit: *Et tu qui es ultra sacrum flumen,* auctor ponit quomodo Beatrix reprehendit eum acriter. Dicit igitur Beatrix Danti: Et tu qui es ultra flumen, confitearis, quia oportet confessionem tuam adesse accusationibus de te factis. Tunc auctor pro verecundia vix dixit, Sic. Tunc Beatrix dixit: Inter mea desideria, que te rectissime dirigebant ad summum bonum, ultra quod nihil est desiderabile, que impedimenta, quas catenas, que fossata, invenisti, que te a me retraxerunt? et que vantagia, que proficua, reperisti in aliis? Tunc Dantes confessus est, dicens: Falsa apparentia rerum temporalium me traxit ad amorem talium rerum. Cui Beatrix dixit: Si negares, non minus sciretur peccatum tuum; sed tua confessio poterit esse causa indulgentie. Non debuisti quovis modo, propter apparentiam rerum temporalium, a me discedere, nec diligere Pargolectam; que fuit una puella, quam Dantes dilexit post mortem ipsius Beatricis. Post longam reprehensionem, domina, que traxerat ipsum Dantem, traxit ipsum in flumine; et tunc fuit cantatum, Asperges me, Domine. Et sic Dantes immersus in aqua, fuit lotus et oblatus quatuor dominabus, tripudiantibus circa currum, que sibi dixerunt, scilicet auctori: Nos sumus hic nymphe; in celo sumus stelle. Ecce, nos conducemus te ad illas alias tres dominas, que nobis profundius intuentur. Sic dicentes, me conduxerunt ad illas. Dicit auctor, se fuisse ante pectus grifonis. Et tunc nymphe dixerunt Danti: Ecce, iam posuimus te ante oculos Beatricis, a quibus alias traxisti amorem. Et sic apparet quod Dantes pervenit ad felicem statum et ad perfectam cognitionem Beatricis.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

CAPITULUM TRICESIMUMPRIMUM

1 O tu, che se' di là dal fiume (1) sacro,
Volgendo'l suo parlar a me per puncta (2),
Che pur per taglo (3) m'era paruto acro (4),
2 Ricominciò (5), seguendo (6) senza cuncta (7):
Di', di', se questo è vero (8); a tanta accusa (9)
Tua confession (10) convien esser congiunta.

1 *Et tu, qui es ultra flumen sacrum,*
Convertendo suum sermonem ad me per punctam,
Qui solum per aciem michi apparuerat acer,
2 *Reincepit, sequendo sine cuncta:*
Dic, dic, si istud est verum; tante accusationi
Tuam confessionem convenit esse coniunctam.

(1) Lethe — (2) proprio — (3) dicendo di me ad altri. — (4) amaro — (5) Beatrice — (6) al suo parlar predecto — (7) indugio — (8) che io ho decto di te — (9) quanta io ho facta di te — (10) sacramentale.

Et tu qui es ultra flumen sacrum. O tu che se' di là [del] sacro fiume : istud est tricesimumprimum capitulum huius Purgatorii, in quo, ex quo facta est una reprehensio ipsi auctori in capitulo precedenti, describitur adhuc una alia increpatio mordacior, facienda eidem auctori. Quod quidem capitulum tricesimumprimum dividitur in quatuor partes. In quarum prima Beatrix requirit Dantem quod confiteatur suum errorem et causas eius.
In secunda parte, que incipit ibi:

> Semper ad hoc ut minorem verecundiam portes;
> Tuttavia perchè men vergogna porte,

arguitur contra Dantem, et probatur quod nulla ratio, nulla causa, debebat eum facere ita turpiter errare.
In tertia parte, que incipit ibi:

> Et statim quod mea facies se extendit;
> Et come la mia faccia se distese,

ostendit quomodo fuit lotus et oblatus predictis dominabus et assignatus illis.
In quarta, que incipit:

> Sic cantando inceperunt, et postea;
> Così cantando cominciar, e poi,

ostendit auctor quomodo pervenit in perfectam cognitionem Beatricis.

Primo igitur auctor, continuans dicta dicendis, suo more solito, ostendit quomodo Beatrix convertit sermonem suum ad ipsum auctorem, que prius loquebatur illis sanctis, qui oraverunt pro eo et supplicaverunt ipsi Beatrici. Et dixit verba acra et aspera Danti, tanto plus quam prima, quanto fortius quis ferit cum cuspide ensis quam cum acie. Et incipit loqui sine morosa dilatione, dicens: Dic, confitere, si ea, que ego dixi, vera sunt; et tu (non ut tu, quia non est vocativi casus) qui es ultra sacrum (quia Dantes cum Statio non erat ex illa parte fluminis, in qua iste exercitus cum curru triumphali) flumen, convertendo suum sermonem ad me per punctam, magis acre loquendo, qui solum per aciem michi apparuerat acer, reincepit ipsa, scilicet loqui, sequendo, scilicet sua verba, sine cuncta, idest sine dilatione: Dic, dic, [si] istud est verum; tante accusationi tuam confessionem convenit, idest oportet, esse coniunctam. Nota quod est bona locutio ista methaphora, ferire cum cuspide ensis et perferiente melius quam cum acie, propter quinque, ut dicit Vegetius in libro De re militari. Primo, quia offensus dampnosius vulneratur: secundo, quia puncta invenit minorem resistentiam: tertio, quia adversarius potest se minus defendere: quarto, quia percutiens cum puncta minus laborat: quinto, quia percutiens cum puncta minus discooperit manum. Ideo dicit Vegetius, quod nobiles Romani semper feriebant cum cuspide ensis. Ista methaphora bene deservit hic auctori, volendo quod acrius loquatur hic Beatrix quam superius, dicens quod nunc ferit cum cuspide, ubi prius feriebat cum acie.

—

3 Era la mia virtù tanto confusa,
Che la voce si mosse (1), e pria si spense
Che dagl'organi (2) suoi fosse dischiusa.
4 Poco sofferse (3), poi disse: Che pense?
Risponde a me; chè le memorie triste (4)
In te non son ancora dall'acque (5) offense.
5 Confusione e paura insieme miste
Mi pinser un tal sì fuor de la bocha (6),
Al qual intender fur mestier le viste (7).
6 Come balestro frange, quando scoccha
Per troppa tesa, la sua corda e l'arco,
E con men foga l'hasta (8) el segno toccha;
7 Sì scoppia'io soct'esso grave carco,
Fuora sgorgando lagrime e sospiri,
E la voce (9) allentò per lo suo varco.
8 Ond'ella (10) a me: Per entro e miei desiri,
Che ti menavan ad amar lo bene (11),
Di qua dal qual non è a che s'aspiri (12),
9 Quai fossi (13) attraversati o quai catene
Trovasti, perchè del passar innanzi
Dovesseti così spoglar la spene?

3 *Erat mea virtus tantum confusa,*
Quod vox se movit, et prius extincta est
Quam ab organis suis esset exclusa.
4 *Parum substulit, postea dixit: Quid cogitas?*
Responde michi; quia memorie tristes
In te non sunt adhuc ab aqua offense.
5 *Confusio et timor simul mixte,*
Pepulerunt unum tale ita extra os meum,
Ad quod intelligendum fuerunt necessarie viste.
6 *Sicut balista frangitur, quando scoccat*
Ex nimia protensione, suam cordam et arcum,
Et cum minori fuga hasta tangit signum;
7 *Ita fractus fui ego sub gravi onere,*
Extra mictendo lacrymas et suspiria,
Et vox lenta facta est per suum transitum.
8 *Unde ipsa ad me: Intro per mea desideria,*
Que te ducebant ad amandum summum bonum,
Citra quod non est ad quod aspiretur,
9 *Que fossata transversa et quas cathenas*
Reperisti, ex quo transire ulterius
Deberes te sic expoliare spem?

(1) dal polmone — (2) bocha e lingua — (3) aspettò Beatrice — (4) de'tuoi peccati — (5) del fiume Lethe — (6) mia — (7) gl'occhi di Beatrice — (8) la frizza — (9) mia — (10) Beatrice — (11) sommo Dio — (12) si desideri — (13) fossati.

Dantes autem voluit respondere; sed non potuit, quia defecit sibi vox, que fuit extincta antequam exiret de suis organis, scilicet labiis, dentibus, palato, gucture, et pulmone. Et in brevi dixit: Quid cogitas? responde michi, quia non es adhuc oblitus peccatorum.

Erat mea virtus tantum confusa, quod vox se movit, et prius extincta est quam organis suis esset exclusa.

Parum sustulit, idest sustinuit, postea dixit: Quid cogitas? responde michi, responde michi, quia memorie tristes in te non sunt ab aqua offense, idest Lethei fluminis, que facit oblivisci omnium.

—

Videns se confusum auctor, quia vera erant que Beatrix dicebat, et timens, vix potuit dicere, sic vel ita, quod non potuit intelligi nisi cum aliquibus nutibus vel signis. Confusio et timor simul mixte pepulerunt unum talem ita extra os meum, [quod] ad aliquid intelligendum fuerunt necessarie viste, idest oculi nedum aures, idest aliqua signa. Evenit hic auctori sicut novis puellis, quando fiunt sponsalia, quia dicitur puelle: Placet tibi talis? et sponsa propter honestatem sic taliter dicit, quod vix percipitur quod ipsa dicat quod sic, nisi fiant aliqua signa cum capite vel alio modo.

—

Etiam quando arcus vel balista propter nimiam extensionem frangitur, quando ex[tra] locum corda ponit[ur], tunc cum minori foca, sive magis lente, hasta signum tangit. Ita accidebat hic auctori, quia non potuit plena voce formare verba pre dolore et confusione. Sicut balista frangitur, alias frangit, quando s[c]occat, extra locum exit, vel ante tempus, ex nimia protensione, suam cordam et arcum, et cum minore fuga, idest velocitate, asta tangit signum; ita fractus fui ego sub gravi onere, extra mictendo lacrymas et suspiria, et vox lenta [facta] est per suum transitum, idest per spatium aieris unde habet transire.

—

Modo Beatrix petit a Dante, quare ipse dereliquit eam et sequutus est aliam, et petit de duobus. Primum est: Que impedimenta invenisti in factis meis? quas cathenas reperisti, impedientes te ne seque[re]ris et desperares me sequi? Secunda est: Que avantagia, idest quales aptitudines, vel lucra, in aliis rebus et earum apparentia se tibi ostenderunt, propter que deberes eas sequi et michi illas preponere, et illas diligere, et me non amare, scilicet illas amare et me non? Unde ipsa ad me: Intro per mea desideria, que te ducebant ad amandum summum bonum, citra quod non est ad quod aspiretur, que fossata transversa, idest invia, vel quas cathenas, reperisti, ex quo, vel propter [quod], transire ulterius, idest ante, deberes te sic expoliare [spem], idest desperare?

—

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

10 E quali agevolezze (1) e quali avanzi (2)
Ne la fronte degl'altri si mostraro (3),
Perchè dovessi lor passeggiar anzi?
11 Doppo la tracta d'un sospiro amaro,
A pena ebbi la voce che rispose,
E le labbra (4) a fatica la formaro.

10 *Et qualia avantàgia sive lucra*
In fronte aliorum se monstrarunt,
Propter que deberes eas permictere sic transire
11 *Post emissionem unius suspirii amari,* [ante?
Vix habui vocem que respondit,
Et labia cum labore illam formarunt.

(1) legereze o delitie — (2) guadagni — (3) a te Dante — (4) mie.

Ista littera istorum duorum ternariorum, potest exponi litteraliter et hystorice, etiam figuraliter et typice. Litteraliter, sive hystorice, verba sunt Beatricis, filie domini Fulchi de Portenariis, que fuit amasia, sive dilecta, auctoris, que mortua est 1290, et tunc erat vigintiquatuor annorum quando moriebatur, et Dantes reperit eam hic 1300; et sic a morte sua fluxerunt decem anni. Dum vivebat, licet cum maxima honestate, Dantes faciebat quidquid illa precipiebat sibi: tantum desiderabat Dantes sibi complacere, ita quod desideria Beatricis, idest que ipse Dantes habebat a Beatrice, ducebant eum et dirigebant in agendis. Tunc quando mortua est Beatrix, potuit cognoscere Dantes, quod nihil erat amandum nisi summum bonum, ultra quod nihil potest desiderari ab id habente. Tunc debuit Dantes dimictere omnia alia, et cogitare de morte, videns Beatricem mortuam. Que igitur impedimenta, que cathene, retinere eum debebant, ne quantum ad mundana delectabilia sequeretur Beatricem mortuam, idest quod Dantes etiam moreretur solatiis mundanis, idest despiceret illa, sicut loquitur Apostolus Paulus ad Galatas (VI cap.): Michi mundus crucifixus est, et ego mundo? Vel que lucra, que avantagia, reperisti in aliis? Nam Dantes, licet semper gereret iugem memoriam Beatricis in mente sua, tamen interim fuit philocaptus de una alia iuvencula de civitate Luccana, que vocabatur Pargolecta. Vult dicere hystorialiter Beatrix, quod post mortem suam Dantes nullam aliam debuit diligere, imo debuit spernere omnes delectationes mundi. Typice et figuraliter exponitur sic. Per Beatricem auctor intendit hic Sacram Theologiam, quam incepit studere, in qua profecit multum Parisius, in tantum quod legit Sententias, et factus fuit inceptor. Rediens Florentiam nondum doctoratus, sed bene licentiatus, incepit intrare officia Palatii, sequi honores mundanos, et sic per decem annos vacavit, quousque propter partem Albam, de qua ipse erat, fuit expulsus de sua civitate, nunquam reversus; et tunc vere cepit studere Theologiam. Per decem annos vacaverat ab ipsa, quam hic tam honoratam reperit; et ipsa Beatrix, scilicet Sacra Theologia, ad summum bonum ducit, quia ducit homines in cognitionem summi boni; ultra quod, scilicet summum bonum possessum, nihil ulterius desiderari potest (Boetius tertio de Consolatione, prosa II[a]), quod cuncta bona intra se continet, etc.

Et Sacra Scriptura habet duas pulchritudines. Una est, et prima, quando ipsa tractat de humanis, sicut de hiis que Christus gessit ut homo, scilicet famere, sitire, fatigari; et de [h]iis que pertinent ad humanitatem. Alia pulchritudo est, quando Theologia tractat de hiis que Christus gessit ut Deus, ut resuscitare mortuos, satiare tot millia hominum de paucis piscibus et panibus, etc. Etiam Theologia in sua prima pulchritudine tractat de virtutibus realibus, ut patet in tertio Sententiarum; de quibus virtutibus tractatum est in Purgatorio, figurando montem Purgatorii pro homine penitente et retrahente se a vitiis in Paradisum delitiarum, sive hortum, in quo nunc sumus, perfectum statum virtutum acquisitarum. Nunc primo Dantes gustavit sacram Scripturam primo; demum veniens Florentiam, ut dictum est, gustavit honores mundi, scilicet esse Priorem in palatio Communitatis, et Confellonarium, habendo alia officia civitatis, honores alios, et statum, et vacavit in istis per decem annos. Postea reincepit studere Theologiam, et quando primo studuit Theologiam, studuit eam sic grosso modo; tandem, quando reincepit studium Theologie, studuit tunc magis arcana et altiora atque subtiliora. Dum vacavit etiam sanctis poetis et philosophis etiam, dimisit Sacram Theologiam. Tunc exponatur sic littera.

Intro mea desideria, idest meas veritâtes, vel libros de me compositos, continentur tot et quasi innumerabilia bona, dicta et exempla, que te docebant ad amandum bonum, scilicet ad cognitionem eius, citra vel ultra quod non est ad quod aspiretur, idest, quo adepto, nil ulterius desideratur. Que fossata transversa, vel quas cathenas, reperisti, idest quas difficultates, ex quo, idest propter [quod], transire ulterius, idest studere, amplius deberes te sic expoliare spem, idest desperare? vel qualia avantagia, sive aptitudines, sive lucra, supple reperisti, in fronte aliorum, idest in apparentia bonorum caducorum horum mundi, delectationum eiusdem, vel aliarum scientiarum, sicut est poesis, vel philosophia naturalis, et alie artes et humane scientie, vel se monstrarunt, propter que deberes eas permictere ante transire; idest quod talia ante me poneres, meque eis posponeres, imo propter ea me relinqueres? Nec miretur quis si tantum hic insteti, quia in veritate multi hic errant. Et magister meus, magister Benvenutus, diminute hic dixit.

—

Iam ponitur responsio auctoris cum suspiriis et voce nimium submissa, quam vix formavit. Qua responsione confitetur quod res sensibiles, scilicet que sensibus exterioribus apprehenduntur, que habent quamdam falsam complacentiam, quod videntur meliores, perfectiores, durabiliores, quam ipse sint in se, fuerunt causa, dicit auctor, ut me verterem, et passus meos retraherem a vobis, statim quod facies vestra se abscondit, quando moriebamini. Hysto-

12 Piangendo dixi: Le presenti cose (1)
Col falso lor piacer volser miei passi,
Tosto che 'l vostro viso (2) si nascose.
13 Et ella: Se tacessi o se negassi
Ciò che confexi, non fora (3) men nota
La colpa tua; da tal giudice (4) sassi (5).
14 Ma quando scoppia dalla propria gota
L'accusa del peccato, in nostra corte (6)
Rivolge sè contra 'l taglio la rota.
15 Tuctavia, perchè me' (7) vergogna porte
Del tuo errore, e perchè altra volta,
Udendo le syrene, sia più forte,
16 Pon giù 'l seme del pianger, et ascolta;
Sì (8) udirai come in contraria parte
Muover dovieti (9) mia carne sepolta (10).
17 Mai non rappresentò natura o arte
Piacer, quanto le belle membra in ch'io
Rinchiusa fui, che son in terra sparte (11).

12 *Plangendo dixi: Presentes res*
Cum sua falsa complacentia verterunt meos passus,
Statim quod vestra facies se abscondit.
13 *Et ipsa: Si taceres vel negares,*
Id quod confiteris, non esset minus nota
Tua culpa; a tali iudice scitur.
14 *Sed quando exit extra propria gena, scoppiat,*
Accusatio peccati, in nostra curia
Convertit se contra aciem rota.
15 *Sed ad hoc, ut minorem verecundiam portes*
De tuo errore, et ad hoc ut alia vice
Audiendo syrenas sis fortior,
16 *Depone semen planctus, et ausculta;*
Sic audies quomodo in contrariam partem
Movere te debebat mea caro sepulta.
17 *Nunquam tibi presentavit natura vel ars*
Complacentiam tantam, quantam pulchra mea [membra in quibus
Reclusa fui ego et que sunt in terram sparsa.

(1) temporali — (2) o Beatrice — (3) sarebbe — (4) Dio — (5) si sa — (6) foro conscientie e sacramentale. — (7) meglo — (8) così — (9) ti doveva — (10) el corpo morto — (11) da Doctori.

rialiter, licet tunc debuissem cogitare de morte et non delectari in rebus mundanis, tamen ipse [mundus] cum ipsarum fallacia retraxit me a memoria mortis vestre; vel etiam scientie poetice, que nimirum dulces sunt, et scientie naturales, que ab humano intellectu apprehenduntur, cum ipsarum complacentia me ad se traxerunt.

Post emissionem unius suspirii amari, vix habui vocem que respondit, et labium cum labore illam formavit.

—

Plangendo dixi: Presentes res, idest sensibilia, cum sua falsa complacentia verterunt meos passus, statim quod vestra facies se abscondit. Quasi dicens: Domina mea, confiteor de plano, quod nil inveni et nullas res, nec causas, nec impedimenta sufficientia ad excusandum me, que scilicet debuissent me retrahere a vobis.

—

Et ipsa, scilicet Beatrix, scilicet ait: Si taceres vel negares (hiis duobus modis occultatur veritas affirmativa, vel quando negatur, vel quando tacetur) id quod confiteris, non esset minus nota culpa tua, vel cognita; a tali iudice, scilicet Deo, scitur, qui omnia novit, cui omnia sunt nuda et aperta, et qui scrutatur et renes.

—

Sed quando exit ex propria gena, sive scoppiat (idest exit, idest quando a proprio ore fit confessio), accusatio peccati, in nostra curia convertit contra aciem, idest acumen ensis, rota, quia ulterius non scindit. Hec est differentia inter curiam Dei et curiam mundi, sive inter forum mundi et poli: quia in foro poli, quando quis confitetur, tunc ei fit remissio; sed in foro mundi, [quando] quis confitetur reatum suum, tunc condempnatur. Vult hic dicere Beatrix: Non te interrogavi si vera erant que contra te obieci, ut confitereris propter acquirere notitiam veritatis, quia omnia in nostra curia nota sunt; sed ut tu confitereris et ut magis recordareris, et sic purgaretur culpa tua.

—

Semper ad hoc ut minorem verecundiam portes. Tuctavia per che men vergogna porte: ista est secunda pars huius capituli, in qua Beatrix arguit contra Dantem, et probat quod nulla causa debe[b]at eum retrahere ab ipsa, nec deberet facere eum ita enormiter derelinquere, et dicit: Ut tu minus verecunderis, idest minus opereris ea propter que verecundari oportet, et ut amplius non pecces consimiliter dum tu audieris syrenas, idest ubi tibi presentarentur delectabilia mundi, noli plangere plus, sed vaces ad auscultandum, et ego ostendam tibi, quomodo contrarium facere debuisti eorum que fecisti.

—

Nec natura nec ars ostenderunt tibi rem tam tibi complacentem, sicut fuerunt membra mea que tantum dilexisti, que sunt modo circa [terram sparsa]; quia Dantes tantum delectabatur in videndo Beatricem, dum fuit viva, quod ad nil aliud attendebat; ibi erat tota sua delectatio.

—

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

18 E se 'l sommo piacer ti si fallio
Per la mia morte, qual cosa mortale
Doveva poi trar te nel suo desio?
19 Ben ti dovevi, per lo primo strale (1)
Delle cose fallaci, levar suso
Dirieto a me che non era più tale (2).
20 Non ti dovean gravar le penne ingiuso,
Ad aspectar più colpi, o pargolecta (3),
O altra vanità con sì breve uso.
21 Nuovo (4) ucellecto due (5) o tre aspecta;
Ma dinanzi dagl'ochi de' pennuti
Rete si spiega indarno, o si saecta.
22 Quali fanciulli vergognando muti,
Cogl'ochi in terra, stannosi ascoltando,
E sè riconoscendo, e ripentuti;
23 Tal mi stav'io. Et ella disse: Quando
Per udir se' dolente, alza la barba (6),
E prenderai più dogla riguardando (7).

18 *Et si summa complacentia sic te fefellit*
Propter meam mortem, qualis res mortalis
Debebat te postea trahere in suum desiderium?
19 *Bene te debebas, propter primam sagiptam*
Rerum fallacium, levare sursum
Retro et sequi me, quia non eram plus talis.
20 *Non debebant te gravare penne infra,*
Ad expectandum plures ictus, sive Pargolecta,
Sive alia vanitas cum tam brevi usu.
21 *Nova avicula bis vel ter expectat;*
Sed ante oculos pennatorum
Rethe explicatur frustra vel sagiptatur.
22 *Quales pueri verecundi et muti,*
Cum oculis ad terram, stantes auscultando,
Et se recognoscendo, eos penituit;
23 *Talis stabam ego, et ipsa dixit: Quando*
Pro auditu es dolens, eleva barbam,
Et apprehendes maiorem dolorem respiciendo.

(1) saecta — (2) a più alti intellecti che hystorici — (3) da fanciulli — (4) giovine — (5) colpi — (6) el viso — (7) chi ti riprende.

Et si summa complacentia, quam in me habebas, perdidisti propter mortem meam, que res mortalis debebat te trahere ad amorem suum? Certe, nulla: nam tu debebas, videndo me mortuam, quia mors mea fuit sagipta rerum fallacium, extollere te, et quasi mori toto mundo in delectationibus eiusdem, sicut ego, quia non eram plus talis, idest viva. Nec non debebas expectare plures ictus, idest plura exempla, quia mors mea debuit tibi esse sufficiens exemplum ad despiciendum omnia caduca; et tamen tu dilexisti Pargolectam, idest adhuc voluisti diligere aliam puellam post mortem meam. Nec debuisti sequi aliquam aliam vanam [rem]. Nam tu eras iam bene adultus, quia eras vigintiquinque annorum, quando ego moriebar. Non debuisti facere, sicut faciunt pueri inexperti, quia iam eras expertus de mundo. Nam avicule iuvencule, quia nondum experte periculorum sunt, expectant bis vel ter terreri antequam fugiant. Sed aves pennate, idest antique vel experte periculorum, non sic expectant, imo sepissime rethia in vanum expanduntur ad capiendum ipsas, quia cavent sibi a rethe.

Tunc, auditis hiis, Dantes stabat, sicut stant pueri verecundi et muti, pro verecundia auscultantes, quos penitet eorum de quibus reprehenduntur.

Semper, ad hoc ut minorem verecundiam portes de tuo errore, et ad hoc ut alia vice, audiendo syrenas (dictum est alibi de syrenis, quod figurant delectationes mundanas) sis fortior, idest constantior, depone semen planctus et ausculta (quia qui plorat non potest stare bene attenctus ad res subtiles); sic audies, idest auscultando vel audiendo intelliges, quomodo in contrariam partem movere te debebat mea caro sepulta. Verba sunt Sacre Theologie. Membra sunt libri Sacre Scripture et libri sanctorum Doctorum. *In terra sepulta:* idest per terram, vel spreta, quia libri Scripture Sacre per omnem terram sunt spreti; et multi, quia in omnem terram exivit sonus eorum. Vel sunt sepulta, quia pauci sunt qui bene student membra Beatricis, idest libros Biblie et sanctorum Doctorum; omnes attendunt ad libros lucrativos, ut ad philosophiam naturalem et medicinam et ad iura civilia vel canonica.

Nunquam tibi presentavit natura vel ars (entia naturalia) complacentiam, scilicet tantam, quantum pulchra mea membra, scilicet libri, in quibus ego reclusa fui, per Spiritum Sanctum supple, et que sunt in terram sparsa. Dictum est quod sunt libri et veritates ipsius Sacre Theologie. Theologia moritur [per] ignorantes, vulneratur per hereticos. Per Pargolectam hic posset intelligi Poesis, que docetur in iuvenili etate, vel alia vanitas que durat brevi usu.

Et si summa complacentia, idest pulchritudo mea ultra quam nihil cogitabas, sic te fefellit propter meam mortem, qualis res mortalis, idest transitoria, debebat te postea trahere in suum desiderium?

Bene te debebas, propter primam sagiptam rerum fallarium, levare sursum retro et sequi me, supple, quia non eram plus talis, idest mortalis.

Non debebant te gravare penne infra ad expectandum plures ictus, sive Pargolecta idest esset, sive aliqua vanitas, sicut sunt res corruptibiles cum brevi usu.

Nova avicula bis vel ter expectat; sed ante oculos pennatorum rethe explicatur frustra, vel sagiptatur: idest dum fuisti puer, si sequebaris vanitatem hoc fuit supportabile; sed modo, quia es adultus, non debuisses sic agere, et est tibi magnus pudor.

Quales pueri verecundi et muti, cum oculis ad terram stantes, auscultando et se recognoscendo eos penituit, idest se recognoscunt penitentia dignos; talis stabam ego.

21 Con me[n] di resistenza (1) si dibarba
Robusto cerro (2), o vero al nostro vento (3),
O vero a quel (4) de la terra di Yarba (5),
25 Ch'io non levai a suo comando el mento (6);
E quando per la barba el viso chiese,
Ben cognobbi 'l velen (7) dell'argomento.
26 E quando la mia faccia si distese,
Posarsi quelle prime creature
Da loro operation l'ochio (8) comprese.
27 E le mie luci (9), ancor poco sicure,
Vider Beatrice volta in su la fiera,
Ch'è sola una persona in due nature.
28 Socto suo velo, et oltre la riviera,
Vincer pariemi, sè stessa l'antica
Vincer, che l'altre qui quando la c'era.

21 *Cum minori resistentia eradicatur*
Robustus cerrus, sive a nostro vento,
Sive ab illo de terra Iarbe,
25 *Quam ego levaverim ad suum preceptum mentum;*
Et quando pro barba visum quesivit,
Bene cognovi venenum argumenti.
26 *Et statim quod mea facies se extendit,*
[Quod]quieverunt ille prime creature,
De earum aspersione oculus apprehendit:
27 *Et mei oculi, adhuc parum securi,*
Viderunt Beatricem volutam super fera,
Que est solum una persona in duabus naturis.
28 *Sub suo velo, et ultra ripariam,*
Vincere apparebat, plus se ipsam antiquam
Vincere, quam alias quando ipsa hic erat.

(1) forza — (2) ben radicato arboro — (3) tramontana — (4) vento — (5) d'Affrica, cioè Garbino o vero Affrico — (6) la faccia — (7) forza — (8) mio — (9) ochi.

Modo ponitur una comparatio, qua ostenditur quanta fuit verecundia, que fuit in Dante; que quamvis non sit virtus, est tamen laudanda in iuvenibus et mulieribus: scilicet quod cum minori resistentia eradicatur una arbor, ut quercus, quando spirat ventus borealis, sive ille scilicet ab austro, qui venit de terra meridionali, ubi regnavit Iarbas, quando Dido venit ad faciendum Carthaginem, [quam ego levaverim mentum]. Et ipsa, scilicet Beatrix, dixit: Quando pro audito, idest audiendo, es dolens, eleva barbam, et apprehendas maiorem dolorem respiciendo, scilicet pro verecundia.

Cum minori resistentia eradicatur, idest carpitur, robustus cerr[us], sive robusta quercus, arbor sic dicta, sive a nostro vento, scilicet boreali, qui venit ad nos ex parte nostra, sive ab illo, idest austro, idest meridionali, de terra Iarbe (quia partibus meridionalibus in Barbaria regnavit Iarbas, Getulus, idest de Getulia), quam ego levaverim ad suum preceptum mentum, idest barbam; et quando pro barba visum quesivit, idest quando dixit eleva barbam, ipsa petiit visum, idest dixit, eleva visum, idest faciem, bene cognovi venenum argumenti, idest venenosam argumentationem, idest percepi, quod volebat arguere fortiter.

—

Et statim quod mea facies se extendit Et como la mia faccia se distese: hec est tertia pars huius capituli, in qua ostenditur quomodo auctor fuit lotus et oblatus illis dominabus, et eis assignatus. Dicitur igitur quod quando auctor levavit faciem, sicut illa preceperat, subito illi angeli quieverunt, idest non plus cantaverunt, nec proiecerunt amplius lilia nec flores; et tunc oculi auctoris viderunt Beatricem totam conversam et revolutam ad feram biformem, scilicet ad grifonem, in qua ex duabus naturis consistit una persona. Tunc mirabiliter Beatrix apparuit pulchra isti auctori. Vult dicere auctor, quod dum Beatrix vixit, ipsa in pulchritudine excedebat omnes alias mulieres; et quanto ipsa, vivendo, excessit alias mulieres, tanto tunc excedit se ipsam in pulchritudine dum erat vivens in mundo; ita quod modo longe est pulchrior, quam erat quando erat viva in Florentia. Figuraliter Theologia est pulchrior quando tractat de divinitate et de rebus immortalibus, sempiternis et incorruptibilibus, quam quando tractat de corruptibilibus et terrenis atque caducis. Tunc Dantes talia videns, habuit magnum dolorem; et penituit eum quod deviaverat, et omnem rem caducam, quam plus dilexerat, magis odivit; et sic, se recognoscendo, cecidit quasi sincopizans; et qualis devenit tunc, illa novit que sic voluit fieri.

Et statim quod mea facies se extendit, idest elevavit se, [quod] quieverunt ille prime creature, idest angeli qui fuerunt primo facti in primo instanti creationis mundi *(quieverunt:* idest cessaverunt ab aspersione liliorum et florum), de eorum aspersione, oculus, scilicet meus, bene comprehendit.

—

Et oculi mei, adhuc parum securi, quia adhuc recordabantur, viderunt Beatricem volutam super fera, idest grifone, que, scilicet fera, est sola una persona in duabus naturis, idest Christus, qui est in divinis una sola persona in divina natura et etiam humana, cum sit verus Deus homoque verus.

—

Sub suo velo et ultra ripariam vincere apparebat, idest videbatur michi, plus seipsam antiquam (idest quia erat pulchrior modo, quando videbat eam hic, [quam] quando vivebat in mundo) vincere, quam alias mulieres hic, scilicet in mundo, quando ipsa hic erat.

—

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

29 Di penter sì mi punse ivi l'ortica,
Che di tucte le cose, qual mi torse
Più nel suo amore, più mi fe' nimica.
30 Tanta riconoscenza el cor mi morse,
Ch'io caddi vincto, e qual allhora femmi,
Salsi colei che la ragion mi porse.
31 Poi, quando'l cor di fuor virtù rendemmi,
La donna, ch'io havea lassata sola,
Sopra me vidi, e dicea: Tiemmi, tiemmi.
32 Tracto m'havea nel fiume in fin a gola,
E, tirandosi me dietro, sen gia (1)
Sovr'esso l'acqua lieve come scola.
33 Quando fui presso alla beata riva,
Asperges me sì dolcemente udissi,
Che rimembrar (2) nol so, non ch'io lo
34 La bella donna ne le braccia aprissi, [scriva.
Abbracciommi la testa, e mi sommerse,
Ove (3) convenne ch'io l'acqua inghiottissi.
35 Indi mi tolse, e bagnato m'offerse
Dentr'alla danza de le quattro belle,
E ciascuna del braccio mi coperse.
36 Noi siam qui nynphe, e nel ciel semo (4) [stelle;
Pria (5) Beatrice discendesse al mondo,
Fummo ordinate (6) a lei per sue ancelle.

29 *Penitendi ita me pupunxit ortica,*
Quod omnium aliarum rerum, qualis me torsit
Magis in suum amorem, plus facta est michi inimic
30 *Tanta cognitio michi cor momordit,*
Quod ego cecidi victus, et qualis tunc fui factus,
Scit hoc illa que causam michi porrexit.
31 *Postea, quando cor de extra virtutem michi reddidit,*
Domina, quam ego inveneram solam,
Supra me vidi, et dicebam: Tene me, tene me.
32 *Traxit me in flumen usque ad gulam,*
Et, trahendo me retro se, ibat
Super aquam levis sicut scola.
33 *Quando fui prope beatam ripam,*
Asperges me ita dulciter fuit auditum,
Quod nescio reminisci, nedum illud scribam.
34 *Pulchra domina in brachiis se aperuit,*
Amplexata est michi caput, et [de] me subrisit,
Unde convenit quod aquam inglutirem.
35 *Inde me traxit, et balneatum me obtulit*
Intra coream quatuor pulchrarum,
Et quelibet cum brachio suo me cooperuit.
36 *Nos sumus hic nymphe, et in celo sumus stelle;*
Priusquam Beatrix descenderet ad mundum,
Fuimus ordinate sibi pro suis ancillis.

(1) andava — (2) ricordarmene — (3) al. onde — (4) siamo — (5) che — (6) da Dio.

Penitendi ita me pupigit ortica, idest stimulus conscientie, quia omnium aliarum rerum qualis, idest illa, que me torsit, idest deviare fecit, magis in suum amorem, plus facta est michi inimica, idest illam plus odivi.

Tanta recognitio michi, vel me, momordit, quod ego cecidi victus, scilicet a stimulo conscientie; et qualis tunc fui factus, idest qualiter tunc stabam, scit hoc illa, scilicet Beatrix, que causam michi porrexit, scilicet hic penitendi.

Postea quando cor de extra virtutem michi reddidit, idest postquam resumpsi vires et fui confortatus, dominam, quam ego inveneram solam (dominam Lyam, vel Matyldam, secundum magistrum Benvenutum; que illarum sit, illa figurat vitam activam, ut predictum est) supra me vidi, et dicebam: Tene me, tene me. Quasi dicat: Ista venit ad me, et capiens me, posuit in aquam, ex quo me oportuit bibere de illa aqua Lethis, que inducit oblivionem omnium peccatorum, que a[d se] me trahendo, ibat super aquam levis sicut una scola. Scola est una navicula valde levis, que vocatur Venetiis fioxolara. Velociter et leviter currit per aquam. Et etiam Dantes ibat levis, quia factus erat levis, purgatus ab omnibus peccatis. Traxit me in flumen usque ad gulam, et trahendo me retro se, ibat levis sicut scola. Species navis est.

Quando fui prope beatam ripam fluminis, Lethei scilicet, Asperges me, ita dulciter fuit auditum (iste est unus versus psalmi quinquagesimi, Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam, qui versus est in usu Ecclesie quando aspergitur aqua sancta), quod nescio illius reminisci, idest cantus, nedum illum scribam, quia difficilius est rem scribere quam illius reminisci.

Tunc, scilicet, pulchra domina, idest Lya, vel Matyldis, in brachiis se aperuit: amplexata est michi caput et me submersit; unde convenit, idest oportet, quod aquam, aliquantulum illius aque, inglutirem.

Inde de fluvio me traxit, et balneatum me obtulit intra coream quatuor pulchrarum, idest virtutum cardinalium, et quelibet cum brachiis suis me cooperuit, idest amplexata est. Nam ex quo Dantes ex toto purgatus est, ideo bene potuit offerri illis virtutibus. Per caput amplexabatur ista domina Dantem, quia in capite est virtus memorativa et sedes sapientie. Fuit oblatus illis quatuor, quasi dicatur quod ammodo erit familiaris illis et delectabitur in illis.

Nos sumus hic, scilicet in Ecclesia militanti, nymphe, idest vagantes, sive peregrine; sed in celo, idest in Ecclesia triumphanti sumus stelle; priusquam Beatrix descenderet ad mundum, idest ante adventum Filii Dei, fuimus ordinate sibi pro suis ancillis, idest in servitium Sacre Theologie.

37 Merrenti agl'ochi suoi; ma nel giocondo
Lume ch'è dentro aguzeran li tuoi
Le tre di là, che miran (1) più profondo.
38 Così cantando cominciaro; e poi
Al pecto del gryfon seco menarmi,
Ove Beatrice volta stava a noi.
39 Disser: Fa'che le viste non risparmi;
Posto t'aven dinanzi alli smaraldi,
Ond'amor già ti trasse le sue armi.
40 Mille desiri più che fiamma caldi
Strinsermi gl'ochi agl'ochi rilucenti,
Che pur sovra'l gryfone stavan saldi.
41 Come lo spechio al sol, non altrimenti
La doppia fiera dentro vi raggiava,
Hor con altri, hor con altri reggimenti.
42 Pensa, (2) lector, s'io mi maraviglava,
Quand'io vedea la cosa in sè star queta (3),
E nell'ydolo suo si trasmutava.
43 Mentre che, piena di stupor e lieta,
L'anima mia gustava di quel cibo,
Che, satiando sè, di sè asseta;
44 Sè dimostrando del più alto tribo
Negl'altri, gl'altri tre si fero avanti,
Danzando a lor angelico choribo.

37 *Ducemus te ad oculos suos; sed in iocundum*
Lumen quod intus acuent tuos,
Tres sunt ulteriores, que respiciunt magis profunde
38 *Sic cantando inceperunt; et postea*
Ad pectus grifonis secum me conduxerunt,
Ubi Beatrix conversa stabat ad nos.
39 *Dixerunt: Fac quod non reserves visus;*
Nos posuimus te coram smaragdis,
Unde amor iam tibi traxit sua arma.
40 *Mille desideria plusquam flamma calida*
Strinxerunt oculos meos ad oculos relucentes,
Qui solum supra grifonem stabant firmi.
41 *Et sicut in speculo sol, non aliter*
Duplex fera intra illos radiabat,
Modo cum aliis, modo cum alteris regiminibus.
42 *Cogita, lector, si ego admirabar,*
Quando ego videbam rem in se stare firmam,
Et ydolum suum transmutabatur.
43 *Interim quod, plena stupore et leta,*
Anima mea gustabat de illo cibo,
Qui, satiando de se, sitibundos reddit;
44 *Se demonstrando de altiori tribu*
In actibus, alie tres se fecerunt ante,
Corizando ad earum angelicam naturam.

(1) di noi — (2) o — (3) al. cheta.

Sic cantando inceperunt, et postea. Così cantando cominciar, e poi: hec est quarta pars istius capituli, in qua auctor ostendit quomodo venit in perfectam cognitionem Beatricis. Dicit igitur auctor: Sic cantando, scilicet iste domine, inceperunt; et postea ad pectus grifonis secum me duxerunt, ubi Beatrix conversa stabat ad nos.

Dixerunt, scilicet ille domine, idest michi: Fac quod non reserves visus, idest inspicias bene fixe, idest considera bene Christum, ad quem Beatrix diu respexit; nos posuimus te coram smaragdis, idest ante oculos Beatricis, unde amor iam tibi traxit sua arma, idest a quibus processerunt sagipte, que incenderunt amorem.

Quando auctor incepit considerare et speculari in oculis Beatricis, totus mutatus est; ideo sequitur in textu: Mille desideria, plusquam flamma calida, strinxerunt oculos, scilicet meos, ad oculos Beatricis relucentes, qui solum super grifonem stabant firmi; quia tota Theologia habet respectum ad Christum. Nam tota Theologia tangit omnia facta Christi, ab incarnatione usque ad passionem, etc.

Sicut in speculo sol, non aliter duplex fera inter illos, idest oculos Beatricis, radiabat, modo cum aliis [modo cum alteris] regiminibus, idest cum variis et diversis actibus et factis.

Nunc auctor facit actentum lectorem, dicens: Dum videbam rem in se omnino quietam, et variabatur tamen ydolum suum; quia Christus semper est idem, tamen Sacra Theologia [tractat] modo aliqua facta Christi, modo alia. Ista est variatio ydoli. Cogita, lector, si ego admirabar, quando videbam rem in se stare firmam, et ydolum suum transmutabatur.

Interim quod plena stupore et leta, anima gustabat de illo cibo, qui satiando de se sitibundos reddit (quia talis divinus cibus satiat et semper tenet avidos cibatos, quia non fastidiat unquam), se demonstrando de altiori tribu

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

45 Volge, (1) Beatrice, volge gl' ochi santi,
Era la sua canzon, al tuo fedele (2),
Che, per vederti, ha mossi passi tanti.
46 Per gratia, fa' noi gratia che disvele
A lui la bocca tua, sì che discerna.
La seconda bellezza che tu cele (3).
47 O divino splendor, o luce eterna,
Chi pallido si fece socto l' ombra
Sì di Parnaso, o bevve in sua citerna (4),
48 Che non paresse haver la mente ingombra,
Tenptando a render te (5) qual tu paresti
Là dove armonizzando el ciel t'adombra,
Quando nell'aere aperto ti solvesti (6)?

45 *Converte, Beatrix, converte oculos sanctos,*
Erat earum cantilena, ad tuum fidelem,
Qui, propter te videre, movit passus tantos.
46 *Pro gratia, fac nobis gratiam quod disveles*
Ei os tuum, ita quod discernat
Secundam pulchritudinem quam tu celas.
47 *O splendor divine, o lux eterna,*
Qui se pallidum facit sub umbra
Ita Parnasi, vel bibit in sua cisterna,
48 *Qui non appareret habere mentem oppressam,*
Tentando reddere te qualis tu apparuisti
Ubi armonizando celum te adumbrat,
Quando in aierem apertum te dissolvisti?

(1) o — (2) Dante — (3) nascondi — (4) al. cisterna — (5) descrivere — (6) demonstrasti.

in actibus, alie tres, scilicet virtutes Theologice, se fecerunt ante, corizando ad earum angelicam coream; idest cantando cantu angelico, venerunt versus me, et loquebantur pro me Beatrici, dicentes: Converte, Beatrix, converte oculos sanctos, scilicet ad istum tuum fidelem, qui pro te videre, idest ut te videret, movit passus tantos, idest ambulavit.

Pro gratia fac nobis gratiam, quod disveles, idest discooperias, ei os tuum, ita quod discernat secundam pulchritudinem quam tu celas. Dictum est de secunda pulchritudine, que est tract[at]us de altioribus rebus, scilicet de divinis et sempiternis et archanis: ideo iste tres, scilicet virtutes Theologice, rogant, ut illa ostendat sibi divina: et illa exaudivit eas. Quia hucusque visum tuum tenuisti celatum: quia ipse vidit hucusque et consideravit actus humanos, actus virtuosos et vitiosos, scilicet per Infernum et Purgatorium; modo per Paradisum discooperiet altiora, idest divina.

Postquam vidit secundam pulchritudinem Beatricis, prorupit in exclamationem, asserens quod [n]ullus poetarum posset describere tantam pulchritudinem quantam vidit ipse Dantes, quando illa discooperuit visum; nec ille, qui in monte Parnaso plus stetit ad bibendum de fonte Elicona, et qui propter ieiunia et vigilias et labores alios factus fuit pallidior. In ipso monte Parnaso, stare [oportet] in maxima abstinentia propter studium. Ideo dicit: O splendor divine, o lux eterna, qui [se] pallidum fecit sub umbra ita Parnasi, montis sic dicti, vel bibit in sua cisterna, idest nullus talis est, qui non appare[re]t habere mentem oppressam, idest obscuram, obumbratam, tentando, idest conando, reddere, idest describere, qualis tu apparuisti ibi, ubi armonizando, idest cantando, celum te adumbrat, idest angeli etc. celestes, quando in aierem apertum, ubi erat umbra florum, te dissolvisti, idest apparuisti, vel discooperuisti?

LA CONFESSIONE

Tre confessioni pone l'Alighieri nella sua Cantica immortale (non diciamo della parola *confessarsi*, che adopera nel canto XXIV del Paradiso, perchè là quel verbo è usato nel senso di *professione*) una nell'Inferno, dove l'anima è costretta ad aprire i tenebrosi suoi recessi a Minosse, perchè giudichi a qual pena deve esser quivi condannata; la seconda nel Purgatorio, ed è condizione ad entrare nelle pene espiatrici, per le quali l'anima, trapassata in grazia, deve purificarsi a rendersi degna del cielo; la terza alla fine dell'espiazione nel terrestre Paradiso, ed è lume che apre all'anima la visione dell'ordine eterno, in cui sarà eternamente beata.

Questo tanto instare che fa il Poeta sul concetto della confessione, mostra che egli aveva veduto in essa uno de' più profondi misteri, da cui esce una luce maravigliosa a rivelazione dell'ordine divino di creazione, di redenzione e di gloria. A intendere la qual cosa, vuolsi notare il contrasto che porgono queste tre diverse confessioni. Dinanzi a Minosse, l'anima, costretta a confessare tutti i suoi misfatti, trema più per timor della pena a cui sarà destinata, che non per il rossore e il rimorso, che pur saranno il terribile verme da cui verrà rosa eternamente. Entrando in Purgatorio la confessione non le riesce grave, perchè da una parte essa è in grazia, e non potrà più perderla, e dall'altra per qualche ruggine che ha tuttavia in sè del peccato e per essere ancora nella vista subiettiva di sè stessa, non vede ancora tutta l'enormità che questo in sè contiene: invece sulla cima della montagna di Purgazione, entrando nel terrestre Paradiso, che è l'atrio del cielo, in quell'antelucano chiarore della visione beatifica, fatta capace di vedere ed intendere cio che la colpa importa nell'ordine eterno di Dio, quivi acquista tal sentimento della integrezza e purezza della virtù, che se da ogni pur minimissimo neo di colpa non fosse purificata, a tal vista, come ha santa Caterina da Genova, s'abisserebbe in mille altri purgatorii, anzi in mille inferni, confessando eternamente la sua enormità, piuttosto che accostarsi al sommo bene, a cui ardentemente sospira.

Le terzine che esprimono questa dottrina, sono così belle che non possiamo non ripeterle. È Beatrice che parla a Dante.

O tu, che se' di là dal fiume sacro,
Volgendo suo parlare a me per punta,
Che pur per taglio m'era paruto acro,
Ricominciò, seguendo senza cunta,
Di' di', se questo è vero; a tanta accusa
Tua confession conviene esser congiunta.
Era la mia virtù tanto confusa,
Che la voce si mosse, e pria si spense
Che dagli organi suoi fosse dischiusa.
Poco sofferse; poi disse: Che pense?
Rispondi a me; chè le memorie triste
In te non sono ancor dall'acque offense.
. . . . . .
Di penter sì mi punse ivi l'ortica,
Che di tutt'altre cose, qual mi torse
Più nel suo amor, più mi si fe' nimica.
Tanta *riconoscenza* il cuor mi morse,
Ch'io caddi vinto; e quale allora femmi,
Salsi colei che la cagion mi porse.

Allora Beatrice lo tuffa nel sacro fiume, e dipoi lo consegna a quattro sue ancelle, dalle quali è menato a tre altre, che lo iniziano alla visione dell'ordine eterno.

E qui vuolsi notare la parola *riconoscenza*, che il Poeta adopera nel senso di pentimento, volendo farci capire come soltanto l'equazione tra la conoscenza subbiettiva della colpa e l'obbiettiva dell'ordine eterno, a cui la colpa fece contrasto, inchiuda il pentimento, e la giustificazione che n'è il frutto. Il che solleva la nostra mente ad una dottrina più alta, per cui la parola *recognoscere*, che prima del Cristianesimo significava soltanto *considerar bene*, ora significa la gratitudine che i doni da noi ricevuti esigono; cioè il conoscimento della nostra insufficienza, la confessione degli errori commessi, e la chiara vista del vero. Dottrina pertanto, da cui impariamo che mediante la rivelazione i confini dell'umana coscienza si dilatarono immensamente; vogliam dire per il conoscimento del Verbo divino, fatto uomo, in cui sta, come il principio, così il fine, di tutto il creato, e da cui dunque dobbiam riconoscere quanto abbiamo di bene, noi che per noi stessi siam nulla; ma dopo la colpa non si arriva a tale conoscimento se non per il dolore, cioè sacrificando interamente i nostri affetti dinanzi a colui il quale venne da noi offeso, e che solo per effetto della sua carità infinita ci riscattò e ci ripose in via di salvezza.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

CAPITULI TRICESIMISECUNDI SUMMARIUM

In isto tricesimosecundo capitulo, quod incipit: *Tantum erant oculi mei fixi et actenti,* etc., auctor ponit reditum istius exercitus, scilicet Ecclesie militantis, ad celum, quia ille exercitus erat Ecclesia triumphans, que se immiscuit Ecclesie militanti ad confortandum ipsam, ostendendo pulchritudinem suam, scilicet ipsius Ecclesie triumphantis. Dicit tamen, primo, quod oculi sui libenter intuebantur Beatricem, quam non viderat infra decem annos; ideo volebant se satiare intueri ipsam Beatricem. Et tunc dictum fuit auctori, Respice. Et intuens, vidit illum exercitum in dextro brachio redire cum sole et cum septem luminaribus, et illa militia celestis regni pertransivit. Tunc murmuratum fuit de Adam, et factus fuit unus circuitus circa unam planctam, multis foliis privatam. Illius plancte summitas erat valde alta. Tunc fuit dictum: Beatus es grifo, qui non gustasti de isto ligno; idest, qui non peccasti. Et tunc grifo traxit currum, et illum ligavit ad arborem illam; et subito illa arbor renovata fuit novis foliis, et ibi cantatum fuit: sed auctor non intellexit cantum illum; bene audivit, sed obdormivit. Quando excitatus fuit, non vidit illum exercitum; sed intuens, respexit quomodo grifo ascendit in celum cum vigintiquatuor senioribus, cum quatuor animalibus, cum duobus antiquis, cum quatuor humilibus, cum illo dormiente; et ibi in terra vidit plaustrum ligatum ad arborem cum illis septem dominabus et cum septem luminaribus. Tunc Beatrix, que remanserat ibi ad custodiam plaustri, dixit auctori: Hic stabis modicum, postea in eternum eris mecum in Paradiso, ubi Christus regnat, scilicet in celo; sed omnia, que tu vides, nota bene, et scribas. Tunc auctor vidit hic multas persecutiones, quas debet pati Ecclesia militans. Primo, vidit aquilam, descendentem per arborem, rumpendo ramos, nedum folia aut flores. Ista aquila figurat persecutiones decem, quas passa fuit Ecclesia a decem Imperatoribus ante Constantinum; unde currus non cecidit, sed se plicavit. Postea supervenit una vulpis, et intravit in vehiculum; sed reprehensa a Beatrice, aufugit. Hec vulpis fuit heresis, que pullulavit. Tertio, vidit unam aquilam descendentem per arborem, et venientem in currum, et excutientem in eo alas; et dimisit ibi multas pennas, et abiit. Hec aquila fuit Constantinus, qui dedit dotem Ecclesie. Postea supervenit unus draco, qui intravit in currum et percussit eum et spoliavit in magna parte. Iste draco fuit Machometus. Et subito ex curru et illis pennis, ibi relictis ab aquila, factum est unum monstrum, quod nunquam fuerat visum; et super currum apparuerunt septem capita et decem cornua, tria capita super themonem, et quodlibet habebat duo cornua, et in quolibet angulo ortum est unum caput; et sic in quatuor angulis erant quatuor capita, et in quolibet illorum erat unum cornu; et sic istud monstrum habebat septem capita et decem cornua. Super istum currum vidit auctor unam meretricem sedere, valde dissolutam, cum uno gygante, que sepe osculabatur illum gygantem; a quo ipsa fuit verberata, quia ipsa respexit auctorem. Qui gygas, suspectus et iratus, dissolvit monstrum, trahens ipsum per silvam, etc.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

CAPITULUM TRICESIMUMSECUNDUM

1 Tant'eran gl'ochi miei fixi et attenti
A disbramarsi la decente sete,
Che gl'altri sensi m'eran tucti spenti:
2 Et essi quinci e quindi havean parete
Di non caler, così lo sancto riso
A sè traheali coll'antica rete;
3 Quando per forza mi fu volto 'l viso
Ver la sinistra mia da quelle Dee,
Perch'io udia da lor un: Troppo fiso.

1 *Tantum erant oculi mei fixi et actenti*
Ad disbramandum se de decenni siti,
Quod alii sensus erant michi omnes extincti:
2 *Et ipsi hinc inde habebant parietem*
Nihil calere, ita sanctus risus
Ad se illos trahebat cum antiquo rethe;
3 *Quando per vim michi fuit conversus visus*
Versus sinistram meam ab illis divis,
Quia ego audiebam ab ipsis unum: Nimis fixum.

Tantum erant oculi mei fixi. Tant'eran li ochi mei fixi: istud est tricesimumsecundum capitulum huius Purgatorii, in quo ponitur reditus descripti [exercitus] ad celum. Quod dividitur in quatuor partes. In prima auctor ponit dispositionem huius exercitus Ecclesie militantis. In secunda parte, que inc'p't ibi:

> Ego sentiebam ab omnibus murmurare Adam;
> Io sentiva mormorare a tutti Adamo,

auctor describit reditum dicti exercitus ad celum. In tertia, que incipit ibi:

> Si ego possem retrahere;
> Se io podesse ritrarre,

auctor describit fundationem Ecclesie Dei. In quarta parte, que incipit, ibi:

> Hic eris tu pauco tempore;
> Quivi sarai tu poco tempo,

auctor describit sub figura multas persecutiones, quas debet pati Ecclesia Dei militans in terra.

Primo igitur auctor premictit continuationem, quia in fine capituli precedentis dicit se vidisse clare oculos Beatricis, quos non viderat per decem annos, quia decem fluxerunt a morte Beatricis usquequo venit huc et vidit eam; ideo stabat omnino actentus ut satiaretur de siti quam habuerat per decem annos, ita quod cum aliis sensibus nihil sentiebat, nec oculi sui curabant de alio, scilicet quam videre oculos Beatricis, quia risus Beatricis traxit oculos suos ad se, et postmodum volvit se versus manum sinistram, commotus ab illis [divis], quia ipse audivit sic quod noviter [nimis fixe] intuebatur.

Tantum erant oculi mei fixi et actenti, ad disbramandum se, idest ad satiandum desiderium quod per spatium decem annorum habuerant videndi illam dominam, de decenni siti, (nam Beatrix moriebatur, ut dictum est, anno millesimo ducentesimo nonagesimo, et millesimo tercentesimo hic eam videbat et intuebatur; ita quod hystorialiter verum est, et etiam moraliter; quia statim post mortem ipsius Beatricis, attinentes et affines auctoris coegerunt eum ad accipiendum uxorem, qua accepta, non vacavit Theologie), quod alii sensus erant michi omnes extincti; et ipsi hinc et inde habebant parietem (idest ab omni latere, quia oculi Beatricis tenebant oculos auctoris hinc inde astrictos, ita quod non respiciebant alibi quam in ipsis oculis Beatricis) nihil calere, idest curare, idest ad nihil aliud respicere; ita sanctus risus ad se illos trahebat cum antiquo rethe, idest cum flamma antiqui amoris. Sic stando, ecce tunc, quando, per *forzam*, idest per vim, michi fuit conversus visus versus sinistram meam, ab illis divis, idest ab illis septem nymphis, quia ego audiebam ab ipsis unum: Nimis fixum; idest quod nimis fixe intuebar Beatricem. Iste septem

4 La disposition ch'a veder èe
Negl'ochi pur testè dal sol percossi,
Senza la vista alquanto esser mi fee;
5 Ma poi che poco el viso riformossi,
Io dico poco per rispecto al molto
Sensibile, onde a forza mi rimossi,
6 Viddi sul braccio dextro esser rivolto
Lo glorioso esercito, e tornarsi,
Col sole e colle septe fiamme al volto.
7 Come socto li scudi per salvarsi
Volgesi schiera, e sè gira col segno,
Prima che possa tucta in sè mutarsi;
8 Quella militia del celeste regno,
Che procedeva, tucta trapassonne
Pria che piegasse al carro el primo le-
9 Indi alle rote si tornar le donne, [gno (1).
E 'l gryfon mosse el benedecto carcho,
Sì che però nulla penna crollonne.

(1) el. temone.

4 *Dispositio que ad videndum est*
In oculis solum nunc a sole percussis,
Sine videre aliquantulum me esse fecit;
5 *Sed postquam aliquantulum visus se reformavit,*
Ego dico parum respectu ad multum
Sensibile, unde propter vim me removi,
6 *Vidi in brachio dextro esse conversum*
Gloriosum exercitum, et redire
Cum sole et cum septem flammis advolutum.
7 *Sicut sub scutis pro se salvanda*
Volvit se acies, et se regirat cum signo,
Priusquam possit tota se mutare;
8 *Illa militia celestis regni,*
Que precedebat, tota pertransivit
Priusquam plicaret currus primum lignum.
9 *Inde ad rotas redierunt domine,*
Et grifo movit benedictum onus,
Ita quod postmodum nullam pennam movit.

nymphe, que erant ad custodiam currus cum Beatrice, exclamaverunt ad ipsum dicentes: Tu nimis fixe respicis oculos Beatricis, et non actendis ad exercitum, qui recedit a terra, tendens versus celum.

—

Nota, quod, secundum Aristotilem in secundo de Anima, et in libro de Sensu et Sensato, excellens sensibile aliquando corrumpit sensum, saltem impedit sensationem, sicut sol impedit oculum nostrum donec reformetur; nam oculus noster a sole percussus, nisi aliquo modo reformetur, non videt; sic evenit hic auctori. Oculi ipsius erant percussi ab oculis Beatricis, qui sunt excellens sensibile, quia ipsi habent in se lumen creatum et increatum; ideo oportuit quod auctor, revolvens oculos suos a Beatrice, volendo videre alia, aliquantulum quiesceret a respiciendo, quousque oculi sui reformarentur saltem aliquantulum, idest paucum. Et declarat se, dicens: Dico modicum respectu satis, idest respiciens ad multum; ideo propter vim se removit. Dispositio, que ad videndum est in oculis solum nunc a sole percussis, sine vista, sive videre, aliquantulum me esse fecit (idest quando removi oculos a visione Beatricis); sed postea aliquantulum visus se reformavit, ego dico parum propter respectum ad multum sensibile (scilicet ad oculos Beatricis, qui erant excellens sensibile; nam per oculos Beatricis, idest per Sacram Scripturam [visus impediebatur] candelabrorum, et omnium rerum que erant in illo exercitu), unde propter vim (quia fuit conversus inde unde nolebat converti) me removi (hucusque respexit ad partem sinistram currus, modo vertit ad dexteram, unde movit se ille exercitus), vidi in brachio dextro esse conversum gloriosum exercitum, et redire cum sole, et cum septem flammis, advolutum, idest conversum, versus orientem, ubi prius erat ad occidentem, cum sole, qui percutiebat in fronte, ideo lucentior videbatur. Sed propter istud dictum advolutum vel conversum, nota quod omnes prophetie de Christo erant implete in Ascensione sua; ideo currus prius erat in sinistro latere, quod figurat antiquum Testamentum, modo videt Dantes dictum exercitum ad latum dexterum, idest ad Testamentum novum.

—

Come, sicut: per comparationem talem ostendit auctor recessum istius exercitus. Sicut sub armis ad salvandum se acies hominum armorum, volvit se et girat cum signo, idest vexillo, antequam tota acies mutata sit, ita evenit hic: prius transivit illa, antequam themo currus mutaretur. Sicut sub scutis, pro se salvando, volvit se acies et girat se, scilicet in circum volvit, cum signo, idest vexillo, priusquam possit totam se mutare, supple sic, illa militia celestis regni, que precedebat, tota pertransivit priusquam plicaret currus primum lignum.

—

Inde ad rotas redierunt domine, scilicet septem nymphe (ad rotas, quia in duabus rotis firmatur Ecclesia militans, scilicet novo et veteri Testamentis, ad suum officium primum exercendum), et grifo movit benedictum onus, ita quod postmodum nullam pennam movit. Nam alie aves, quando incipiunt volare, movent pennas. Non sic fecit [illud], quia licet plaustrum esset [oneratum], tamen grifo sine labore traxit ipsum.

—

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

10 La bella donna, che mi trasse al varcho,
E Statio et io, seguitavam la rota
Che fe' l'orbita (1) sua con minor archo.
11 Sì passeggiando l'alta selva vota,
Colpa di quella ch'al presente orese,
Temprava e passi un'angelica nota.
12 Forse in tre voli tanto spatio prese
Disfrenata saetta, quant'eravamo
Rimossi, allora che Beatrice scese.
13 Io sentii mormorar a tucti, Adamo!
Poi cerchiata una pianta dispoglata
Di fogle e d'ogni fronda con suo ramo.
14 La chioma sua, che tanto si dilata
Più, quanto (2) più va su, fóra dall'Yndi
Ne'bolchi loro per altezza mirata.
15 Beato se', gryfon, che non discindi
Col becho d'esto legno dolce al gusto,
Poscia che mal si torce el ve[n]tre quindi.

10 *Pulchra domina, que me traxit ad passum,*
Et Statius et ego, sequebamur rotam,
Que fecit orbitam suam cum minori arcu.
11 *Sic passim trahendo altam silvam vacuam,*
Ex culpa illius que serpenti credidit,
Temperabat passus una angelica nota.
12 *Forsan in tribus volatibus tantum spatium appre-*
[hendit
Effrenata sagipta quantum eramus
Remoti, quando Beatrix descendit.
13 *Ego sentiebam ab omnibus murmurari, Adam!*
Postea circumdederunt unam planctam spoliatam
Foliis et aliis frondibus in quolibet ramo.
14 *Coma sua, que tantum dilatatur*
Plus, quanto est plus sursum, esset ab Yndis
[In] nemoribus ipsorum propter multitudinem
[admirata.
15 *Beatus es, grifo, qui non scindis*
Cum rostro de isto ligno dulci ad gustum,
Postquam male retortus fuit venter inde.

(1) la revolutione — (2) al. co.

Pulchra domina, que erat ad transitum, vel ad passus ubi erat transitus, et Statius et ego, sequebamur rotam, que fecit orbitam suam cum minori arcu. Vult dicere quod illa domina Mathyldis, et Statius, et ipse auctor, quia fuerunt et erant Christiani, stabant ad dexteram rotam, que figurat Testamentum novum et tempus gratie. *Orbitam minorem fecit:* nam quando currus volvitur, rota, que est a parte interiori illius circularis vel semicircularis spatii, facit minorem orbitam, idest girum, quam rota exterior, que facit maiorem girum. Vult dicere quod ipsi erant a parte interiori. Per hoc dictum vult insinuare auctor quod Testamentum novum est minus volumen quam antiquum; quod est verum, clarum et notum.

—

Sic transeundo passim altam silvam vacuam, idest non habitatam, ex culpa illius, scilicet Eve, que serpenti credidit, temperabat passus, scilicet nostros, una angelica nota. Nam angeli cantabant, sicut isti ibant; sicut fit quando sonantur instrumenta ad choreas, quia fit sonus sicut tripudiatur.

—

Forsan in tribus volatibus tantum spatium apprehendit, supple aliquis, cum effrenata, idest cum veloci, sagipta, quantum eramus remoti, quando Beatrix descendit, idest quantum traheretur cum arcu vel balista in tribus vicibus.

—

Ego sentiebam ab omnibus murmurari. Io sentiva mormorare a tutti: hec est secunda pars huius capituli, in qua describitur reditus istius exercitus ad celum: tunc omnes inceperunt murmurare de Adam, etc. Ego sentiebam ab omnibus murmurari, Adam; postea circumdederunt unam planctam, spoliatam foliis et aliis frondibus in quolibet ramo. Quia Christus fundavit Ecclesiam in vera obedientia, quia factus obediens usque ad mortem (Philipp. II; et Ioann. VI), quia sic descendi, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me, Patris: ideo debuit currus hic sic duci, et murmurabatur de Adam inobediente. Ideo fingitur hic una arbor altissima, ad quam applicuit iste exercitus; et quanto plus in altum extenditur, tanto magis ampliatur et sua viriditas extenditur. Primo tamen videbatur quasi sicca; sed Christus traxit currum ad illam arborem, et cum uno ramo eius arboris ligavit currum ad ipsam arborem. Omnes illi Sancti lamentabantur de Adam inobediente, qui expoliavit illam arborem, quando transgressus est mandatum Dei, non obediendo, quia fecit quod prohibitum fuit ei. Volens auctor describere quantitatem arboris, dicit quod illa pars istius arboris, que superascendit altitudines aliarum arborum, reputaretur una alta arbor in Yndia, ubi sunt altissime arbores. In libro Georgicorum Virgilius facit mentionem de una arbore, que reperitur in Yndia, viridis, similis lauro, et dicit quod est tante altitudinis, quod vix sagipta emissa ab uno bono arcu, attingeret ad summitatem eius; et talis arbor producit poma pulcherrima, sed venenosa. Vult dicere auctor, quod ista arbor, de qua fit sermo, est altior illis arboribus de Yndia; et tantum, quod ab illis de Yndia videretur cum admiratione.

Ego sentiebam ab omnibus murmurari, Adam. Postea circumdederunt omnes unam planctam spoliatam foliis et aliis frondibus in quolibet ramo. Iste ternarius positus est supra una alia vice.

Coma sua, idest summitas, que tantum dilatatur plus, quanto plus est sursum, idest ascendit, esset ab Yndis, idest ab illis de Yndia, in nemoribus ipsorum, pro idest propter altitudinem, admirata.

—

Beatus es grifo, qui non scindis cum rostro de isto ligno dulci ad gustum, postquam male retortus fuit venter inde:

16 Così dintorno all'albero robusto
Gridaron gl'altri all'animal binato;
Sì si conserva el seme d'ogni giusto.
17 E volti al temo ch'elli havea tirato,
Trasselo al piè de la vedova frasca;
E quel di lei a lei lasciò legato.
18 Come le nostre piante, quando casca
Giù la gran luce meschiata con quella
Che ragia retro alla celeste lasca,
19 Turgide fansi, e poi si rinnovella
Di suo color ciascuna, pria che'l sole
Giunct'à li suoi corsier senz'altra stella;
20 Men che di rose e più che di viole
Color apprende sì nuovo la pianta,
Che primavera le ramora sì sole.
21 Io non lo 'ntesi, nè qui ancor si canta,
L'hinno che quella gente allor cantaro,
Nè la nota soffersi tucta quanta.
22 S'io potessi ritrar come assonnaro (1)
Gl'ochi (2) spiatati, udendo di Syringha,
Gl'ochi (3) a cui [non] veglar costò sì caro;

16 *Sic circa arborem robustam*
Clamaverunt alii. Et animal binatum:
Sic conservatur semen cuiuslibet iusti.
17 *Et conversus ad themonem quem ipse traxerat,*
Traxit eum ad pedes vidue frasche;
Et illum illius ad eam dimisit ligatum.
18 *Sicut nostre plancte, quando cadit*
Infra grandis lux mixta cum illa
Que radiat retro celestem lascham,
19 *Turgide fiunt, et postea renovantur*
De suo colore, priusquam sol
Coniungat suos curserios sub alia stella;
20 *Minus quam rosarum et plusquam violarum*
Colorem apprehendit; sic renovavit se plancta,
Que prius habebat ramos ita solos.
21 *Ego non intellexi, ideo hic non cantatur*
Ympnus quem ille gentes cantarunt tunc,
Nec notam sustuli totam.
22 *Si ego possem retrahere sicut obdormierunt*
Oculi impii, audiendo de Syringa,
Oculi cui non vigilare constitit ita carum;

(1) adormentaro — (2) d'Argo. — (3 dico.

idest, postquam male profuit comedenti, quia primus comedens pro inobedientia commissa condempnatus fuit. Sed tu es summe obediens, et obedientiam usque ad mortem servasti; et sicut primus comedens pro sua inobedientia dampnavit seculum, ita tu per tuam obedientiam redemisti mundum.

—

Sic circa arborem robustam clamarunt alii. Et animal binatum, scilicet Christus, qui habet binam nativitatem, unam eternam in celis de Patre sine matre, aliam in terris temporalem de matre sine patre, dixit: Sic conservatur semen cuiuslibet iusti; idest, per obedientiam et obediendo.

—

Et reversus ad themonem, quem ipse traxerat, traxit illum ad pedes, idest prope, vidue frasche, idest arboris nude; et illum, idest currum illius, cum ramo illius arboris, ad eam dimisit ligatum. Vult dicere, quod Christus traxit currum ad radices illius arboris; idest Christus religavit illam Ecclesiam militantem cum sua obedientia vera, et sic debet conservari in obedientia vera preceptorum Dei.

—

Come, sicut, nostre plancte, quando cadit, idest descendit, infra grandis lux, idest sol mixta cum illa, scilicet stella, scilicet Ariete, que radiat retro celestem lascham, idest Piscis signum, in quo sol est in mense februarii (vult dicere: sicut nostre arbores incipiunt frondere et florere de mense martii, quando sol est in Ariete, quod signum est sequens celestem lascham, idest Piscem, in quo sol est de mense februarii), turgide fiunt, idest incipiunt pullulare, et postea renovantur, idest frondescunt, de suo colore, quia prius videntur sicce, postea virides, prius quam sol coniungat suos equos sub alia stella, idest sub Tauro, quod est signum sequens Arietem, priusquam intret mensem aprilis; minus quam rosarum et plus quam violarum, idest minus ruber color, quam sit in rubeis rosis, et plus rubeus quam color qui est in violis, colorem apprehendit; sic renovavit se plancta, que prius habebat ramos ita solos, idest foliis nudatos, quia videbatur sicca, ex eo quia nulla folia erant in ea. Vult dicere, quod propter illud religare, quod fecit Christus, quando religavit currum ad istam planctam, rediit Ecclesia ad pristinum statum, quia Christus reposuit gentem in gratia prima; sed tamen non in ita perfecto statu sicut prius, quia oportet nos pati languores et labores, et multa alia, a quibus eramus prius liberi.

—

Iam concludit, quomodo ad omnem effectum sequebatur aliquod gaudium. Nam ille gentes cantaverunt unum ympnum, idest laudem dulcem; et ego non intellexi, nec percepi totam notam, propter eius excellentiam. Ego non intellexi; ideo hic, scilicet in isto libro, non cantatur, idest describitur, ympnus quem ille gentes cantarunt; nec notam substuli, idest percepi, totam, idest comprehendere non potui. Quasi dicat: In mundo isto non reperiretur ita pulcher cantus; ideo per comparationem aliquam non possum illum describere.

—

Si ego possem retrahere. Si podesse ritrarre: hec est tertia pars huius capituli, in qua auctor facere vult subti-

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

23 Come pinctor che con exemplo pingha,
Disegnerei dov'io (1) m'addormentai;
Ma qual vuol sia che l'assonnar ben fingha.
24 Però transcorro a quando mi sveglai,
E dico ch'un splendor mi squarciò'l velo,
Del somno, et un chiamar: Surge, che fai?

(1) al. com'io.

23 *Sicut pictor qui cum exemplo pingit,*
Designarem ego sicut obdormivi;
Sed sit qui velit qui sompniare bene pingat.
24 *Ideo transcurro ad quando ego me excitavi,*
Et dico quod unus splendor michi laceravit velum
Sompnii, et unum vocare: Surge, quid facis?

lem fictionem: vult enim fingere se dormivisse, propter decurtare materiam et modum, quo iste exercitus ivit ad celum, non tractando quomodo qualiter recessit. Et dicit quod obdormivit et postea fuit excitatus; et vidit currum remansisse ligatum ad planctam cum paucis, scilicet cum septem candelabris et septem nymphis et cum Beatrice, que sola remanserat ad custodiam currus, quia omnes alii iverant ad celum. Et dicit quod nescit describere, quomodo sopitus est, quia nemo poeta sciret describere quomodo quis sopitur, sed bene describitur quomodo quis excitatur; sicut quis non posset describere, quomodo oculi Argi sunt sopiti, qui erant ita crudeles, quia crudeliter tenebat vaccam in custodia, qui tamen a Mercurio fuerunt sopiti. Dicit tamen Dantes, quod fuit excitatus, et hoc bene scit et vult describere. Unde fuit excitatus a quodam sompno et a quadam voce, que dixit, Surge et vide; sicut fuerunt excitati tres apostoli, Petrus, Ioannes et Iacobus, ducti a Christo in montem Thabor, in quo Christus transfiguratus est; et quando facies eius resplenduit sicut sol, vestimenta ut nix, apparuit ibi Moyses et etiam Elyas; quos videntes, discipuli obdormiverunt, et fuerunt excitati a verbo Christi. Quod quidem verbum Christi excitavit aliquando a maiori sompno, scilicet resuscitavit Lazarum a morte. Sic Dantes vidit excitatus Lyam, sive Mathyldem, solam sedentem, quam interrogavit ubi esset domina Beatrix, que dixit: Respice et vide eam sub frascha, etc.

Hic sunt notande multe hystorie. Una ponitur ab Ovidio in secundo Methamorphoseos, que est hec. Postquam Iuppiter concubuit cum Calistone, propter verba Iunonis, convertit istam Calistonem in vaccam; quam petenti Iunoni donavit: que Iuno faciebat hanc vaccam custodiri ab Argo, qui habebat centum oculos, et nec solebat dormire nisi cum duobus, et vigilare cum nonaginta octo. Cum talibus spietatis, idest crudelibus, [oculis] custodiebat vaccam istam. Deus, compatiens isti vacce, scilicet Iuppiter, vocavit Mercurium, deum eloquentie, et imposuit sibi quod omni modo quo sciret liberaret istam vaccam a tanta custodia et crudelitate. Tunc Mercurius cepit fistulam, quam fecit ex arundine, in quam conversa fuerat Syringa.

Et hic oportet interserere unam aliam hystoriam, que est hec, et etiam in secundo libro maioris voluminis Ovidii: scilicet quomodo Syringa, que erat una nympha optima cantatrix, que melius cantabat quam quecumque alia, fugiens ante Phebum, qui voluit eam violare, et non valens plus fugere, in quadam palude oravit Deos, ut ipsam iuvarent, que mox virtute et auxilio Deorum conversa fuit in arundinem. Et quia fuit ita pulchra cantatrix, ideo arundines habent illam prerogativam, quod ex ipsis fiunt fistule Modo Mercurius fecit sibi fistulam de Syringa, idest de illa arundine, in quam conversa fuerat Syringa; et ivit ad locum in quo Argus custodiebat vaccam, et ita bene sonavit cum fistula Syringe, quod Argus obdormivit, quem Mercurius decapitavit et abstulit sibi vaccam. Vult ista hystoria quod nemo posset ita bene custodire unam mulierem, quin unus alter, bene eloquens, cum sua eloquentia, vel aliis modis, eam auferret ab ipso. Hic duo notantur in ista hystoria: quod oculi Argi erant dispietati, idest crudeles; secundum est, quod valde care decostavit sibi ita dure et crudeliter custodire vaccam, quia propter hoc fuit sopitus a Mercurio, et talis sompnus decostavit sibi care, quia fuit decapitatus: cuius caput conversum fuit in caudam pavonis.

Una alia hystoria est hic, que ponitur in Evangelio Matthei, decimoseptimo capitulo, scilicet quod Christus semel sumpsit tres suos discipulos, Petrum, Iacobum, et Ioannem, et duxit illos in montem excelsum seorsum valde, scilicet in montem Thabor, et transfiguratus est ante eos. Tunc facies eius resplenduit sicut sol, vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix, et ibi apparuerunt Elyas et Moyses: quod videntes discipuli, ceciderunt in terram et obdormierunt. Demum Christus vocavit eos, qui surgentes neminem viderunt nisi solum Iesum reductum ad primum statum. Dum isti discipuli viderunt Christum sic transfiguratum, habuerunt notitiam de felicitate eterna, que est panis angelorum, quam felicitatem auctor hic figurat per pomum unius arboris, quam vocat melos. Tunc ad textum.

Si ego possem (scilicet non potest) retrahere, idest describere, sicut dormierunt oculi impii, scilicet Argi qui impie custodiebat vaccam, audiendo de Syringa, idest fistulam factam de arundine, in quam conversa fuit illa nympha vocata Syringa, oculi, scilicet Argi obcecati, cui, Argo scilicet, non vigilare constitit ita carum, quia fuit a Mercurio obcecatus et decapitatus, sicut pictor qui cum exemplo depingit, designarem, idest describerem, sicut ego obdormivi, idest dormire cepi: sed sit qui velit qui sompniare bene pingit; idest nemo est qui sciat hoc facere.

—

Ideo transcurro [ad] quando me excitavi, quia hoc bene scio describere, et dico quod unus splendor michi dilaceravit velum, scilicet sompnii, quia me excitavit, et unum vocare, quia fui vocatus, quando fuit michi dictum: Surge, quid facis?

—

25 Quale a veder de'fiorecti del melo,
Che del suo pomo gl'augeli (1) fa ghiotti,
E perpetue nozze fa nel cielo,
26 Pietro, Giovanni e Iacobo condocti,
E vincti ritornaro alla parola,
Dalla qual furon maggior sonni rocti,
27 E videro scemata loro scola,
Così di Moysè come d'Elya,
Et al maestro lor cangiata stola (2);
28 Tal torna'io, e vidi quella pia
Sovra me starsi, che conducitrice
Fu de'miei passi lungo'l fiume (3) pria;
29 E tucto dubio dissi: Ov'è Beatrice?
Ond'ella: Vedi lei socto la fronda
Nuova seder in sulla sua radice.
30 Vedi la compagnia che la circonda;
Gl'altri dop'al gryfon sen vanno suso,
Con più dolce canzon e più profonda.
31 E se fu più lo suo parlar diffuso
Non so, però che già negl'ochi m'era
Quella ch'ad altro intento m'havea chiuso.
32 Sola sedeasi in su la terra vera,
Come guardia lasciata lì dal plaustro,
Che legar vidi alla biforme fiera.

(1) al. gl'angeli — (2) vestimento — (3) Lethe.

25 *Quales ad respiciendum flosculos meli,*
Quod de suo pomo angelos facit avidos,
Et perpetuas nuptias faciunt in celo,
26 *Petrus et Ioannes et Iacobus conducti,*
Et victi redierunt ad verbum,
A quo fuerunt maiores sompni rupti,
27 *Et viderunt diminutam eorum scolam,*
Ita de Moyse sicut de Elya,
Et magistro suo mutatam stolam;
28 *Talis redivi ego, et vidi illam piam*
Supra me stare, que conduxit;
Fuit meorum passuum prope flumen prius;
29 *Et totus in dubio dixi: Ubi est Beatrix?*
Unde illa: Vide ipsam sub fronde
Nova sedere super sua radice.
30 *Vide sotietatem que ipsam circumdat;*
Alii post grifonem vadunt sursum,
Cum dulciori cantilena et profundiori.
31 *Et si fuit amplior suus sermo diffusus*
Nescio, ex eo quia in oculis michi apparuit illa,
Que ad aliud intelligendum me clauserat.
32 *Sola sedebat super terra vera,*
Sicut custodia dimissa ibi plaustri,
Quem ligari vidi a biformi fera.

Quales, idest qualiter, ad respiciendum flosculos, idest felicitatem, mali, idest illius arboris quam vocat hic auctor meli, vel illius fructus quem vocat melum, quod, scilicet melum, de suo pomo angelos facit avidos, appetentes, et perpetuas nuptias faciunt, scilicet angeli, in celo (quia felicitas continet perpetuas nuptias: hic Christus ostendit suis discipulis, quando ante eos fuit transfiguratus, flores felicitatis, non fructum; quia illud gaudium, quod tunc habuerunt discipuli, fuit per modum passionis transeuntis, non per modum habitus immanentis), Petrus, Ioannes et Iacobus, conducti, scilicet a Christo, in montem Thabor, et victi, scilicet a sompno, redierunt, idest excitati sunt, ad verbum, scilicet Christi, a quo, scilicet verbo Christi, fuerunt maiores sompni, idest mortis, rupti (scilicet quando Christus excitavit mortuos, quia excitare a sompno mortis est rumpere maiores sompnos, quam quando quis excitatur a puro sompno dormitionis), et viderunt diminutam eorum scolam, scematam (quia recesserunt inde Moyses et Elyas, qui apparuerant ibi), tam de Moyse sicut de Elya, et de magistro suo mutatam stolam (quia Christus iam redierat ad pristinum statum, quia splendorem faciei iam abire permiserat et etiam albedinem vestimentorum: modo comparationem reducit ad propositum); talis, idest taliter, redivi ego et vidi illam piam, scilicet Lyam, vel Mathyldim, super me stare, que conductrix fuit meorum passuum (quia ipsa eum diu conduxerat per hortum istum, ut visum est in precedentibus) prope flumen prius. Et totus in dubio dixi: Ubi est Beatrix? Unde illa, supple dixit: Vide ipsam sub fronde nova, idest arbore renovata frondibus, sedere super sua radice.

—

Vide sotietatem, que ipsam circumdat, scilicet septem candelabra et septem nymphas; alii, scilicet qui erant hic, post grifonem vadunt sursum, idest in celum, cum dulciori cantilena et profundiori. Idest dulcior cantus fit in Ecclesia triumphante, que figuratur per exercitum ascendentem in celum, quam in Ecclesia militante, que figuratur per currum remanentem ligatum ad arborem, et illos qui remanserunt cum curru.

—

Et si fuit amplior suus sermo, idest diffusus, nescio, ex eo quia iam in oculis meis apparuit illa, scilicet Beatrix, que ad aliud intelligendum me clauserat.

—

Sola sedebat super terram veram, ad differentiam nostre terre, non producentis ita bonos fructus, sicut custodia dimissa ibi plaustri, quod ligari vidi a biformi fera, scilicet a grifone qui est biformis, habens scilicet binam formam, scilicet avis et leonis, vel dic divinam et humanam.

—

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

33 In cerchio le facean di sè claustro
Le septe Nymphe, con quei lumi in mano
Che son sicuri d'Aquilone e d'Austro.
34 Qui sarai tu poco tempo silvano,
E sarai meco, senza fine, cive
Di quella torma onde Chrysto è romano;
35 Però, in pro (1) del mondo che mal vive,
Al carro tien hor gl'ochi; e quel che vedi,
Ritornato di là, fa'che tu scrive.
36 Così (2) Beatrice; et io che tucto a'piedi
De'suoi comandamenti era devoto,
La mente (3) e l'ochio (4), ov'ella volle (5),
37 Non scese mai con sì veloçe moto [diedi.
Foco di spesse nube, quando piove
Da quel confine che va più rimoto;
38 Com'io viddi calar l'uccel (6) di Giove
Per l'arbor giù, rompendo della scorza,
Non che de'fiori e delle fogle nuove;
39 E ferìo 'l carro (7) di tucta sua forza (8),
Ond'ei (9) piegò, come nave in fortuna,
Vincta da onda, hor da poggia hor da orza.

33 *In circum faciebant ei de se claustrum*
Septem nymphe, cum illis luminibus in manu,
Que sunt secura ab aquilone et ab austro.
34 *Hic eris tu pauco tempore silvanus,*
Et eris mecum, sine fine, civis
Illius Rome unde Christus est romanus;
35 *Propter improperium mundi qui male vivit*
Ad currum tene nunc oculos; et illud quod vides,
Reversus ad mundum, fac quod tu scribas.
36 *Sic Beatrix; et ego qui totus ad pedes*
Suorum mandatorum eram devotus,
Mentem et oculos, ubi ipsam voluit, dedi.
37 *Non descendit unquam cum ita veloci motu*
Ignis de deprehensa nube, quando pluit
Ab illis finibus qui magis vadunt remoti;
38 *Sicut ego vidi descendere avem Iovis*
Per arborem infra, rumpendo de cortice,
Nedum de floribus et de foliis novis;
39 *Et feriit currum cum tota sua vi,*
Unde ipse plicavit, sicut navis in fortuna,
Victa ab unda, vel a prora vel a puppi.

(1) utilità — (2) disse — (3) mia — (4) mia — (5) al carro — (6) l'aquila, cioè l'Imperio — (7) la Chiesa — (8) persequutione — (9) el carro.

In circulum faciebant ei de se claustrum septem nymphe, idest septem virgines, que sunt dee fontium, quia ministrant vaporem, quo nutritur illa Ecclesia militans, et multa alia, cum illis luminibus in manu, que, scilicet lumina, sunt secura ab aquilone et ab austro. In Ecclesia militante nubes et venti, idest vitia et peccata, auferunt a nobis ista lumina; sed in Ecclesia triumphante non, quia sunt ibi secura ab omni vento, sive ab aquilone sive ab austro.

—

Qui sarai tu. Hic eris tu: ista est quarta pars huius capituli, in qua reddit auctorem actentum ad videndum et notandum multas persecutiones, quas passura est Ecclesia militans.

Sed primo notetur hic, quod auctor istum modum describendi Ecclesiam militantem, et postea exercitum ascendentem in celum, ut dictum est, accepit auctor a Sancto Ioanne Evangelista, de capitulo vicesimoprimo libri Apocalypsis, ubi sic habetur: Vidi civitatem sanctam Hierusalem novam, descendentem de celo a Deo, paratam sicut sponsam ornatam viro suo. Et audivi vocem de celo dicentem michi: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus et habitabit cum eis, et ipsi populus eius erunt et ipse Deus cum eis erit Deus eorum. Et infra: Et dixit qui sedebat in trono, ecce nova facio omnia. Persecutiones ecclesie militantis multe sunt, quas est passura: tamen hic ponuntur quatuor principales. Primo tamen Beatrix confortat auctorem, dicens: Hic, idest in isto horto delitiarum, eris tu, in ista silva, modicum: hic eris tu pauco tempore silvanus, et eris mecum sine fine civis illius Rome, civitatis eterne, scilicet, unde Christus est romanus. Per Romam intelligit hic auctor celum empyreum, quod est civitas sancta Hierusalem, que sursum est mater nostra.

—

Propter improperium mundi qui male vivit (idest Christianorum mundialiter et male viventium; ideo est opprobrium), ad currum tene nunc oculos, idest respice ad currum; et illud quod tu vides, reversus ad mundum, fac quod tu scribas, ita quod etiam alii possint scire.

—

Sic Beatrix, scilicet dixit: et ego, qui totus ad pedes suorum mandatorum eram devotus, mentem et oculos, ubi ipsa voluit, dedi, idest ego qui eram paratus sibi obedire, respexi ubi ipsa voluit.

—

Iam sequitur prima persecutio, quam passa fuit Ecclesia militans in principio sui a principibus et imperatoribus romanis, sicut a Nerone, qui fecit interfici Petrum et decapitari Paulum, sicut etiam a Domitiano. Nam decem Imperatores romani fecerunt decem persecutiones isti Ecclesie, in tantum quod percusserunt istam arborem, sive naviculam Sancti Petri; quia iste persecutiones descenderunt super Ecclesiam, sicut aquila descendit de celo, que aquila significat illos imperatores. Et illa aquila descendens percussit adeo Ecclesiam, sicut fulgur descendens ab illa regione aieris, ubi magis a remotis fiunt peregrine impressiones;

40 Dapoi vidi avventarsi nella cuna
Del triumphal vehiculo una volpe (1),
Che d'ogni pasto buon parea digiuna.
41 Ma, riprendendo (2) lei di layde colpe,
La donna mia (3) la volse (4) in tanta futa (5),
Quanto sofferser l'ossa senza polpe (6).
42 Poscia, per indi ond'era pria venuta,
L'Aquila (7) viddi scender giù nell'arca (8)
Del carro, e lasciar lei di sè pennuta (9).

40 *Postea vidi adventari in cunam*
Triumphalis vehiculi unam vulpem,
Que omnis boni pastus apparebat ieiuna.
41 *Sed, reprehendendo ipsam de turpibus culpis,*
Domina mea misit ipsam in tantam fugam,
Quantum sustinuerunt ossa sine pulpis.
42 *Postea per illum locum unde prius venerat,*
Aquilam vidi descendere infra archam
Currus, et dimictere eam de se pennutam.

(1) heresia — (2) ne'sacri concilii — (3) Theologia — (4) volto — (5) fuga — (6) per fin all'incendio — (7) Constantino — (8) ne la Chiesa — (9) richa.

percussit currum, et descendens per arborem, rumpendo de cortice, non solum de floribus et foliis novis, idest nedum illos qui conversi erant nuper de novo, sed et etiam illos qui diu fuerunt Christiani; unde currus plicavit se, tamen fuit resupinatus, seu plicatus fuit sicut navis in fortuna plicatur, quando percutitur ab unda, nunc ab orcia, nunc a poggia. Orcia et poggia duo sunt latera veli: una vocatur orcia, alia vocatur poggia, idest quando navis percutitur ab unda impetuosa, nunc ex una parte, nunc ex alia. Ecce primam persecutionem.

Non descendit unquam cum veloci motu ignis, idest fulgur, quod est ignitum, dense nubis, idest de densa nube, quando pluit ab illis confinibus qui magis vadunt remoti, idest a suprema parte medie regionis, ubi fiunt ille impressiones, quia de terra nihil de talibus fit; sicut ego vidi descendere avem Iovis, idest aquilam, per arborem, ad quam erat ligatum plaustrum, infra rumpendo de cortice, idest viros diu christianos; nedum de floribus et foliis novis, idest nedum de Christianis noviter conversis: et feriit, scilicet illa aquila, scilicet decem Imperatores romani, idest percussit, currum cum sua tota vi, idest potentia; unde ipse, scilicet currus, plicavit se, idest retorsit, sive inclinavit, sicut navis in fortuna, victa ab unda, vel a puppi vel a prora. Prora et puppis sunt due partes navis: in principio et acutiori est prora, in fine et grossiori est puppis.

—

Nunc ponitur secunda persecutio Ecclesie, figurata per unam vulpem, significantem malitiosam et iniquam heresim, et persecutionem heretice pravitatis. Nam, converso Constantino, amplius pro tunc Imperatores non persequebantur Ecclesiam, et tunc surrexerunt heretici. Sed Beatrix per sacros doctores Sacre Theologie fugavit illam vulpem, que venit ad currum et voluit adventare, scilicet saltare, in cunam currus. Ista vulpis omnis boni pastus et omnis boni cibi erat ieiuna, idest veritatis omnis erat vacua. Quam vulpem expulerunt doctores cum suis dictis; sicut fecit Augustinus Faustum, Hieronimus Iovinianum. Quamvis Ecclesia tunc esset pauper, tamen habuit victoriam contra hereticos.

Postea vidi adventari, idest saltare, in cunam triumphalis vehiculi, idest currus, unam vulpem, idest astutiam heretice pravitatis, que omnis pastus boni, idest omnis bone doctrine, apparebat, idest videbatur, ieiuna.

—

Sed reprehendendo eam de turpibus culpis, idest omnibus culpis, falsitatibus, heresibus, domina mea, scilicet Sacra Scriptura, misit, idest posuit, ipsam in tantam fugam, quantam sustinuerunt ossa sine pulpis. Quia Sacra Scriptura, quando non sufficiunt verba et disputationes, dat ignem, idest condempnat hereticos ad ignem, ne corrumpant alios.

—

Iam ponitur tertia persecutio, quam ponit fuisse dotem datam a Constantino imperatore; quam licet dederit Constantinus cum bona intentione, et sic Papa Silvester cum intentione [bona] receperat, tamen Dantes fuit istius opinionis, quod dos illa sit ad dispendium et dextructionem Ecclesie et status ecclesiastici. Sed, salva reverentia auctoris et omnium aliorum qui tenent opinionem auctoris, ego non sic credo, saltem pro isto tempore, quia adeo populus Christianus est depravatus et avaritie deditus, quod decimas solvere non vult, imo reges iam et domini volunt quod Papa remictat eis decimas et omnes introytus. Et ultra hoc, hodierna die pauperes omnino despiciuntur, et paupertas pro crimine existimatur, et sic sacerdotium in paupertate despicitur et contemnitur sine fallo. Preterea, viri ecclesiastici sunt minus boni quam tempore Apostolorum, sunt minus exemplares, sunt minus perfecti, non sunt boni nominis, sicut deberent esse; et ideo si bona ecclesiarum aufererentur ab ecclesiis, ecclesiastici nimis male starent, et oporteret viros ecclesiasticos deficere, et sic deficeret cultus divinus. Preterea, etsi multi sunt mali prelati, qui male vivunt et male expendunt bona Ecclesiarum, etiam multi sunt boni et qui bene vivunt et bene expendunt et bene dant pauperibus, sicut tenentur. Unde puto quod, pro certo, tempore isto nunc currenti, non expedit quod Ecclesia perdat bona sua, iura et possessiones, atque dominium, ullo modo.

Postea per illum locum unde prius venerat, aquilam vidi descendere, scilicet Constantinum, infra in archam currus, et dimictere eam de se pennatam, idest dantem sibi de suis pennis, idest dominiis et divitiis.

—

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

43 E qual esce (1) di cuor che si rimarca (2),
Tal voce uscì del cielo, e cotal (3) disse:
O navicella mia (4), co' (5) mal se' carca (6).
Parvemi poi che la terra s'aprisse
Tr'ambe le ruote, e vidi uscirne un drago (7),
Che per lo carro su la coda fisse:
45 E, come vespa che ritragge l'ago,
A sè trahendo la coda maligna,
Trasse del fondo, e gissen vago vago.
46 Quel che rimase (8), come di gramigna
Vivace terra, della piuma (9), offerta (10)
Forse con intention sana e benigna,
47 Si ricoperse, e funne ricoperta
E l'una e l'altra rota e'l temo in tanto (11),
Che più tien un sospir la bocha aperta.
48 Trasformato così (12) 'l dificio sancto
Misse fuor teste (13) per le parti sue,
Tre (14) sopra'l temo, et una in ciascun
49 Le prime eran cornute come bue, [canto (15),
Ma le quattro un sol corno havean per
Simile mostro visto ancor non fue. [fronte:

43 *Et qualis exit de corde quod conqueritur,*
Talis vox exivit de celo, et taliter dixit:
O navicula mea, quanto male es onerata!
44 *Postea visum fuit michi quod terra aperiretur*
Inter ambas rotas, et vidi ex illa exire unum dra-
Qui per currum sursum caudam fixit: [conem,
45 *Et sicut vespa que retrahit acum,*
Ad se trahendo caudam malignam,
Traxit de fundo, et recessit vagus.
46 *Illud quod remansit, sicut de graminea*
[In]vivaci terra, a pluma, oblata
Forsan intentione sana et benigna,
47 *Se recooperuit, et fuit cooperta,*
Et utramque rotam et themonem in tantum,
Quod plus tenet unum suspirium os apertum.
48 *Transformatum sic edificium sanctum*
Misit extra capita per partes suas,
Tria super themonem, et unum in quolibet angulo.
49 *Prima erant cornuta sicut bos,*
Sed quatuor unum solum cornu habebant per
Simile monstrum in vista nunquam fuit. [frontem:

(1) nasce — (2) rammarica — (3) voce, o parola — (4) Chiesa — (5) come — (6) di ricchezze — (7) Mahumetto — (8) della Chiesa — (9) ricchezze — (10) da Constantino — (11) in sì poco spatio — (12) nelle ricchezze — (13) septe sacramenti — (14) teste — (15) del carro.

Et qualis exit de corde, scilicet vox, quod scilicet cor conqueritur, sive lamentatur, talis vox exivit de celo, et taliter dixit, scilicet prout sequitur: O navicula mea, quam male es onerata! Ista dos erit tibi ad malum.

—

Iam ponitur quarta persecutio Ecclesie, quam fecit ille porcus Machometus, qui de terra venit, quia fuit totus terrenus, lascivus, luxuriosus, gulosus, avarus; nihil habuit de celo, nec aliquid de celestibus sensit. De terra aperta exivit et venit intra ambas rotas, idest inter ambo Testamenta, scilicet novum et vetus, quia de utroque Testamento sumpsit aliqua ad condendum legem suam, asserens Christum fuisse bonum hominem, magnum prophetam, non tamen ita magnus sicut erat ipse Machometus, qui erat missus a Deo, ut informaret homines de utroque Testamento. Iste Machometus venit ut draco, qui fixit caudam suam super currum sursum, et traxit ad se caudam malignam, cum qua traxit multa de fundo currus et recessit vagus.

Postea visum fuit, scilicet michi, quod terra aperiretur inter ambas rotas, et vidi ex illa exire unum draconem, qui per currum sursum caudam fixit, et sicut vespa, que retrahit acum, idest aculeum, ad se trahendo caudam malignam, traxit de fundo, idest derobavit Christianitatem, quia multos Christianos traxit ad suam heresim et legem inhonestissimam; et recessit vagus, idest avidus ad male faciendum.

—

Pars vero que remansit, fuit venenata, quia pastores Ecclesie et viri ecclesiastici, qui remanserunt, vestierunt se illas pennas, quas dimisit aquila, idest pompas dominandi, et divitias, et dederunt se vitiis mundanis, unde facti sunt pravi et mali.

Illud quod remansit, sicut de graminea (herba sic dicta, que multum germinat et multiplicat) [in]vivaci terra, a pluma oblata forsan intentione sana et benigna, se recooperuit, et fuit recooperta et utramque rotam et themonem in tantum, idest tam parvum spatium, quod plus tenet unum suspirium os apertum.

—

Transformatum sic edificium sanctum misit extra capita per partes suas, tria super themonem, et unum in quolibet angulo.

—

Prima, scilicet capita que erant super themonem, que erant tria, erant cornuta sicut bos, qui habet duo cornua; sed quatuor, scilicet capita que erant super angulos quatuor currus, unum solum habebant per frontem. Simile monstrum in vista, idest visum, nunquam fuit.

Iste currus quasi in momento fuit coopertus, et subito coopertus emisit septem capita, que figurant septem vitia mortalia. Quorum capitum, tria habent duo cornua pro quolibet: illa sunt tria peccata mortalia, que offendunt Deum et proximum. Alia quatuor capita, quorum quodlibet habet

50 Sicura, come rocha in alto monte,
Seder sovr'esso (1) una puctana (2) sciolta (3)
M'apparve colle cigla intorno pronte (4).
51 E, come perchè non li fusse tolta,
Viddi da cost'a lei dricto un gigante (5),
E baciavansi insieme alcuna volta:
52 Ma, perchè l'ochio cupido e vagante
A me rivolse (6), quel feroce drudo
La flagellò dal capo in fin le piante.
53 Poi, di dispecto pieno e d'ira crudo,
Disciolse'l mostro (7), e trassel per la selva (8)
Tanto, che 'l suol di lei mi fece scudo
Alla puctana et alla nuova belva.

50 *Securа, quasi roccha in alto monte,*
Sedere super ipso una meretrix dissoluta
Michi apparuit cum superciliis circum pintis.
51 *Et, ad hoc ut sibi non esset ablata,*
Vidi sedere prope ipsam unum gygantem,
Et osculabantur se ad invicem aliquando:
52 *Sed, quia oculum cupidum et vagantem*
Ad me convertit, ille ferox drudus
Illam flagellavit a capite usque ad planctas.
53 *Postea, suspicione plenus et ira crudus,*
Solvit monstrum, et traxit illud per silvam
Tantum, quod sol[um] de ipso michi fecit scutum
Ad meretricem et ad novam beluam.

(1) carro — (2) la corte romana — (3) libera — (4) ochi arditi come di meretrice — (5) re di Francia — (6) ad Italia la puctana — (7) el carro della Chiesa — (8) Francia.

unum cornu, figurant quatuor vitia mortalia, que offendunt solum Deum. Decem cornua figurant et significant transgressores decem preceptorum Decalogi.

—

Securа, quasi roccha, idest archex, in alto monte, sedere super ipso, scilicet monstro, una meretrix dissoluta michi apparuit, cum superciliis circum promptis, idest [in]verecundis et inhonestis.

—

Et, ad hoc ut sibi non esset ablata, vidi sedere prope ipsam unum gygantem, et osculabantur se invicem aliquando. Vult dicere auctor quod dum respiceret sic in circum, supervenit una femina lubrica et lasciva, que stabat in illo curru cum illo gygante. Osculabantur aliquando se invicem, idest meretricabantur et commictebant adulterium. Ista meretrix et femina pexima, secundum istum auctorem, est prelatio Ecclesie pastorum, sive potestas; et specialiter intelligebat tunc auctor de prelatione Bonifacii octavi. Gygas erat rex Frantie, ad cuius nutum fiebant summi pontifices.

—

Sed quia oculum cupidum et vagantem, idest vagabundum, ad me convertit, scilicet illa meretrix, ille ferox drudus suus, idest amasius, illam flagellavit a capite usque ad planctas. Sed quando prelatio Bonifacii respexit Dantem, idest Ytaliam, quia [rex] volebat [papam] stare extra Ytaliam, ipse persecutus est eam, et percussit, quando [per] dominum Sciarram de Columpna fecit fieri persecutionem ipsi Bonifacio, qui mortuus fuit miserrime propter persecutionem ipsius regis Frantie: et traxit currum per silvam, rex Frantie, idest iste gygas, quando traxit curiam ad partes Frantie tempore Pape Nicolai.

Postea suspicione plenus et ira crudus, solvit monstrum, et traxit illud per silvam, idest curiam romanam ad partes ultramontanas, tantum quod sol[um] de ipso fecit michi scutum (ita quod Dantes, scilicet Ytalia, non poterat videre, scilicet Papam, sive curiam romanam) ad meretricem et ad beluam, idest currum, monstrum noviter factum.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

LA SCIENZA DEL BENE E DEL MALE

Tra il cielo e la terra, fra l'immensa gioia e i torrenti di luce che già avvolgono il Poeta, non è senza profondo mistero che torni a riaffacciarglisi l'immagine di quell'albero funesto, di cui già vedemmo un germoglio punire, a purgazione di coloro che se ne fecero rei, gli eccessi della gola; ma esso non è più, come addietro, con rami gravidi e vivaci, ricchi di foglie e di frutti, i quali largamente profumino l'aria d'intorno, si mostrasi dispogliato e secco, benchè robustissimo, e a mano a mano che più si alza, tanto dilatante la sua chioma, che

. . . . . fora dagli Indi
Ne' boschi lor per altezza ammirato.

È l'albero della scienza del bene e del male, di cui avendo voluto l'uomo cibarsi senza Dio, n'ebbe tossico mortale; tossico, che contaminò l'albero stesso, già per l'irroramento dell'acque della grazia si rigoglioso, poi fatto arido e vedovo di fronde e di frutti. Se non che, appena il mistico grifone ebbe tratto il carro della sua Chiesa appiè di esso e ve l'ebbe legato, immantinente si rinnovella, si cuopre di fiori tra punicei e vermigli, come di sangue chiaro, e ripiglia tutta la sua vaghezza.

Come le nostre piante, quando casca
Giù la gran luce mischiata con quella
Che raggia dietro alla celeste lasca,
Turgide fansi, e poi si rinnovella
Di suo color ciascuna, pria ch' il sole
Giunga li suoi corsier sott'altra stella;
Men che di rose, e più che di viole,
Colore aprendo, s'innovò la pianta,
Che prima avea le ramora sì sole.

Tali circostanze, colorate dal Poeta con sì mirabil arte, ci mostrano quale concetto avesse egli della scienza, e come intendesse il misterioso divieto, che Dio fece all'uomo, di toccare di quell'albero che sopra ogni altro ergevasi florido e pien di fragranza nel terrestre Paradiso. L'uomo ritesse in sè, e direm quasi, concrea l'ordine intellettuale del sapere, corona dell'ordine materiale e fiore del pensiero divino; ma in questa, tra tutte le operazioni sue la più maravigliosa, convien che egli proceda con perfetta acquiescenza all'ordine che Dio stesso ebbe posto e creato, a noi manifestandolo, bisogna cioè che si guardi dal toccarlo ed offenderlo come che sia e convertirlo in proprio dominio. Ciò accade per quell'abuso della libertà di pensiero, che, come tra le tentazioni è la più forte, così negli effetti è la più mortale, perchè corrompe il sapere, fonte di vita così agli individui come alle nazioni. Il pensiero umano copia, non crea, e sol per virtù di grazia, e non esattamente, concrea. Pretendere altrimenti è rompere la corrispondenza tra l'ordine intellettuale e il reale, e ferir l'ordine morale che abbraccia entrambi, donde risulta il male; il male dell'intelletto, cioè l'errore; il male del cuore, cioè la colpa, la quale, se per la cognizione che ci dà di sè, cioè del male contrapposto al bene, ci fa intendere con più vivezza l'eccellenza di questo, mette però nello spirito umano un germe di morte, che in breve ora distrugge ogni svolgimento religioso e civile dell'umana vita.

Nè a tanta rovina può recar riparo altro che Dio, mediante un nuovo irroramento della sua grazia, cioè di una novella rivelazione. E questo, dopo la prima colpa e la gran rovina che ne venne, fece Cristo con l'istituzione della sua Chiesa; e però il Poeta pone Beatrice, verace e intera coscienza del bene, seduta a guardia dell'albero misterioso, in cui la Chiesa venne da lui figurata; albero che per Cristo maravigliosamente si rifeconda e veste di fronde e di fiori novelli, i quali più non morranno; si veste cioè di pensieri giusti puri e santi e di affetti corrispondenti, degni di eterna vita. Il certo è che ogni ramo, scisso da quell'albero, inaridisce; nè vi sono opere di scienza, di letteratura, di arte, da esso non nutrite, le quali abbian conseguita la vera e piena immortalità. Che cosa sia questo vitale nutrimento divino, nessun'altra può dirlo meglio di questa dell'immortale Poeta Italiano.

CAPITULI TRICESIMITERTII SUMMARIUM

In tricesimotertio et ultimo capitulo, quod incipit: *Deus venerunt gentes, alternando,* auctor describit planctum et lamenta, que faciebant ille septem domine, que remanserunt ibi cum Beatrice, propter persecutiones quas patitur Ecclesia militans. Plorando ille septem nymphe dixerunt totum illum psalmum: Deus venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam. Unum versum dicebant ille tres domine, que sunt ad rotam dextram; alium versum dicebant ille quatuor, que stant ad rotam sinistram. Et illis tacentibus, Beatrix cepit loqui, dicens: Modicum, et non videbitis me; et iterum modicum, et videbitis me. Demum, cum hiis dominabus ambulans, admonuit auctorem, ut prope ipsam pergeret, ut posset bene audire et intelligere ea que dictura erat. Et narrat ultionem quam debet facere Deus de persecutionibus factis Ecclesie militanti, etiam mediante uno duce futuro, cui favebunt multum stelle, etc.; addens, quod, quia Adam momordit illam arborem, quinque millibus annorum et amplius anxie expectavit Christum, qui punitus fuit pro illo morsu. Demum auctor reprehenditur a Beatrice de sua ignorantia et grossitie sui intellectus, qui non intelligebat misteria tam arboris et altitudinis eius, quam iustitie divine; imo ipse non recordabatur se unquam peccasse. Cui dixit Beatrix: Sicut a fumo argumentatur ignis, sic a potu aque Lethis argumentatur deliquisse. Tunc auctor, videns duo flumina, apparuit sibi quod videret Tigrim et Eufratem; ideo interrogavit que erant illa flumina. Satis sibi et petitioni sue fuit satisfactum, et bibit de illa aqua dulcissima et suavi. Sed omnibus istis expletis, auctor se excusat dicens, quia iam sunt plene omnes carte, ordite ad istam Canticam; et ideo non potest ultra ire, et sic oportet ipsum facere finem istis dictis. Asserit tamen, se bibisse de illa aqua, et rediisse a flumine renovatus, sicut renovantur plancte, quando in vere reincipiunt florere et frondescere. Et sic rediit ab aqua sacra purus et dispositus ad ascendendum superius et ad stellas. Et sic apparet quomodo auctor pervenit ad ultimum statum et perfectum virtutis, et sic ad felicitatem practicam haberi possibilem in hac vita, etc.

Explicit Purgatorium.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

CAPITULUM TRICESIMUMTERTIUM

1 Deus, venerunt gentes, alternando,
Hor tre, hor quattro, dolce psalmodia
Le donne cominciaro, e lagrimando:
2 E Beatrice sospirosa e pia
Quelle ascoltava sì facta, che poco
Più alla croce (1) si cambiò Maria (2).

(1) di Chrysto — (2) Vergine.

1 *Deus, venerunt gentes, alternando,*
Nunc tres nunc quatuor, dulcem psalmodiam,
Domine inceperunt, et lacrymando:
2 *Et Beatrix suspirosa et pia*
Illas auscultabat ita effecta, ut quod paulo
Plus ad crucem se cambiavit Maria.

Deus venerunt gentes, alternando: istud est tricesimumtertium et ultimum capitulum huius Purgatorii, in quo positis tribulationibus et persecutionibus, quas patitur Ecclesia militans, in capitulo precedenti, auctor ponit planctum et lamentum, que ibi fiunt per septem nymphas, sive septem dominas, cum Beatrice. Quod dividitur in quatuor partes. In quarum prima ponitur lamentum et planctus. In secunda, que incipit ibi:

> Et ipsa ad me: A timore et verecundia;
> Ella a me: Da tema e da vergogna,

auctor ponit ultionem et vindictam, que cito debet sequi ad predictam culpam.
In tertia parte, que incipit ibi:

> Dormit ingenium tuum, si non existimat;
> Dorme lo ingegno tuo, si non estima,

Beatrix reprehendit auctorem de sua ignorantia, qui non videtur intelligere formam rerum hic fictarum.
In quarta parte, que incipit ibi:

> Et magis coruscum et cum lentioribus passibus;
> E più corusco e più con lenti passi,

auctor ostendit quomodo pervenit ad ultimum statum vere virtutis.

Primo tamen auctor more suo solito continuat dicta dicendis, declarando quomodo iste septem virgines, scilicet septem virtutes, quatuor cardinales et tres theologice, conquerebantur de istis persecutionibus illatis in militantem Ecclesiam, dicentes unum psalmum, quem fecit David, conquerendo de illis contaminantibus templum Dei et civitatem Hierusalem. Qui psalmus est iste: Deus venerunt gentes in hereditatem tuam, in terram hereditatis tue (quia Deus pro hereditate sua terram promissionis elegit et populum Israel), polluerunt et contaminaverunt templum sanctum tuum et destruxerunt civitatem sanctam Hierusalem, etc. Ita ad propositum, iste domine conqueruntur de istis persequentibus Ecclesiam istam militantem, et maxime de quatuor persecutionibus supradictis. Deus venerunt [gentes], idest populi gentiles, idest persone que non erant de Israel, nec de lege, nec de fide, sed barbare, in hereditatem tuam, ad conculcandum et spoliandum [et] templum sanctum polluerunt. Deus venerunt gentes, sicut dictum est, alternando (quia tres dicebant unum versum istius psalmi, et quatuor dicebant alium versum) nunc tres, nunc quatuor, dulcem psalmodiam domine scilicet, cantare inceperunt.

—

Et Beatrix, suspirosa et pia, qui dolebat de talibus persecutionibus, illas auscultabat (et, si liceret facere comparationem de domina ad dominam, vix plus virgo Maria fuit dolorosa, quando vidit filium suum crucifigi), ita effecta, quod paulo plus ad crucem se cambiavit, idest mutavit, Maria. Ita faciebat Beatrix, videns Bonifacium pati tot persecutiones, ordinatas per regem Frantie, et Ecclesiam conculcari.

Et plangit Beatrix, dicens verba, que dixit Christus suis

3 Ma poi che l'altre vergini dier loco
A lei di dir, levata dricta in pe' (1),
Rispose, con la rota come foco:
4 Modicum, et iam non videbitis me;
Et iterum, sorelle (2) mie dilecte,
Modicum, et iam vos videbitis me.
5 Poi le si messe innanzi tucte septe,
E dipo' sè, sol (3) accennando, mosse
Me e la donna, e'l savio (4) che ristecte (5).
6 Così sen giva, e non credo che fossi
Lo decimo suo passo in terra posto,
Quando cogl'ochi (6) gl'ochi mi percosse;
7 E contra quello aspecto: Vien più tosto (7),
[Mi disse, tanto che s'io parlo teco,
Ad ascoltarmi tu sia ben disposto.
8 Sì com'io fui, com'io doveva, seco],
Dissemi: Frate (8), perchè non t'attenti (9)
A dimandar, omai venendo meco?
9 Come in color (10), che troppo reverenti
Dinanzi a' suoi maggior parlando sono,
Che non traggon la voce viva a' denti,
10 Avvenne a me, che senza intero suono (11)
Incominciai: Madonna (12), mie bisogna (13)
Voi conoscete, e ciò ch'a me è buono.

3 *Sed postquam alie virgines dederunt locum*
Ei dicendi, elevata recta in pede,
Respondit, colorata sicut ignis:
4 *Modicum, et non videbitis me;*
Et iterum, sorores mee dilecte,
Modicum, et vos videbitis me.
5 *Postea misit ante se omnes illas septem,*
Et post se, solum annuendo, movit
Me et dominam, et sapientem qui remanserat.
6 *Ita ibat, et videbatur quod non esset*
Decimus suus passus in terra positus,
Quando cum oculis oculos michi percussit;
7 *Et contra illum aspectum: Veni magis cito,*
Michi dixit, tantum quod si ego loquor tecum,
Ad auscultandum me tu sis bene dispositus.
8 *Statim quod ego fui, sicut debebam, secum,*
Dixit michi: Frater, quare non audes
Ad interrogandum me, ammodo veniendo mecum?
9 *Sicut evenit illis, qui nimis reverentes*
Coram eorum maiore loquendo sunt,
Qui non trahunt vocem vivam ad dentes,
10 *Evenit michi sic, qui sine integro sono*
Incepi: O domina, meam necessitatem
Vos cognoscitis, et id quod ad ipsam est bonum.

(1) piedi — (2) o — (3) solo — (4) Statio — (5) rimase meco — (6) suoi — (7) presto — (8) o — (9) assicuri — (10) al. a quelli — (11) di voce — (12) o — (13) bisogni.

discipulis, quando passurus erat in brevi. Et Beatrix, que primo sedebat ad radices plancte, et plorabat de pudore violationis et dedecoris facti vicario Christi et Dei, incepit dicere: Modicum, etc. Expectavit tantum quod finiretur psalmus ille per septem dominas.

—

Et postquam alie virgines dederunt locum ei dicendi, idest quia virgines ille cantaverunt, elevata recta in pedes, sicut sepe faciunt mulieres, quando plorant iuxta corpus mariti, respondit colorata sicut ignis, quia loquebatur ex caritate: Modicum et non videbitis me; et iterum: Sorores mee dilecte, modicum et videbitis me; quia in modico fiet reformatio Ecclesie, et tunc videbitis me. Hic loquitur Beatrix curialiter, quia domine solent ancillas, servitrices vocare; Beatrix vero vocat eas sorores.

—

Postea misit ante se omnes illas septem, et post se, solum annuendo, movit me, et dominam, scilicet Lyam, vel Mathyldim, et sapientem, idest Statium, qui manserat cum ipso auctore, recedente Virgilio.

—

Ita ibat, et videbatur quod non esset decimus suus passus, in terra positus, quando cum oculis, scilicet suis, oculos michi percussit, idest me respexit, volens me informare quid deberem facere; et contra illum aspectum, idest qualem decet ita venerabilem dominam, dixit: Veni magis cito, idest velocius movearis, michi dixit, tantum quod si ego loquor tecum, ad auscultandum me tu sis bene dispositus, idest quod tu possis bene intelligere que dicam.

—

Statim quod ego fui, sicut debebam, secum et propinquus, dixit michi: Frater (vocat eum fratrem; ex quo potuit habere bonam spem, ubi prius acriter eum increpaverat): Quare non actenctas, idest audes, ad interrogandum me, admodo veniendo mecum?

—

Sicut evenit, supple illis, qui nimis reverentes coram eorum maiore loquendo sunt, qui non trahunt vocem vivam ad dentes (propter pudorem, ita stabat auctor), evenit michi sic quod sine integro sono incepi: O domina mea, necessitatem vos cognoscitis, et id quod ad ipsam est bonum.

—

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

11 Et ella a me: Da tema (1) e da vergogna
Voglo che tu omai ti disviluppe (2),
Sì che non parli più com'huom che sogna.
12 Sappi che 'l vaso che 'l serpente ruppe,
Fu, e non è; ma chi n'ha colpa, creda
Che vendetta di Dio non teme suppe.
13 Non sarà tucto tempo senza reda
L'aquila (3) che lasciò le penne al carro,
Perchè diviene mostro e poscia preda;
14 Ch'io veggio certamente, e però 'l narro,
Andarne tempo, già stelle propinque,
Sicure d'ogn'i[n]toppo e d'ogni sbarro;
15 Nel qual un cinquecento dieci e cinque,
Messo di Dio, anciderà la fuia,
Con quel gigante che con lei delinque.

(1) timore — (2) disciogla — (3) Constantin

11 *Et ipsa ad me: A timore et verecundia*
Volo quod tu ammodo te explices,
Ita quod non loquaris plus sicut homo qui sompniat.
12 *Scias quod vas quod serpens rupit,*
Fuit, et non est; sed qui de illo habet culpam,
Credat quod vindicta Dei non timet offas.
13 *Non erit toto tempore sine herede*
Aquila que dimisit pennas currui,
Ex quo devenit monstrum et postea preda;
14 *Quia ego video certe et ideo narro,*
Ire tempus, iam stellis propinquis,
Securum ab omni obviatione et omni subarro;
15 *In quo unum quingentesimum decem et quinque,*
Nuntius Dei, qui occidet fuiam,
Cum illo gygante qui cum ea deliquit.

Et ipsa ad me: A timore et verecundia. Ed ella a me: Da tema e da vergogna: hec est secunda pars istius capituli, in qua auctor describit, prophetando, ultionem et vindictam, que sequitur cito talem culpam; et incipit a gravi dampno, quod recepit iste currus duarum rotarum ab illo serpente, qui exivit [extra] terram, scilicet a Machometo. Primo dat sibi audaciam loquendi, dicendi et interrogandi, dicens: Et ipsa ad me: A timore et a verecundia nolo quod ammodo tu te disviluppes, idest explices, vel dissolvas, ita quod non loquaris plus, sicut homo qui sompniat.

Scias quod vas, quod serpens rupit, idest currus, de cuius fundo traxit predam serpens, idest Machometus, fuit et non est; sed qui de illo habet culpam, credat quod vindicta Dei non timet suppas. Aliqui, et male, voluerunt dicere, quod per verba ista Dantes intellexerit, quod Ecclesia fuisset, sed modo non esset simpliciter plus; et dicunt, Dantem credidisse Ecclesiam semper vacare, propterea quia papa Bonifacius non fuit papa, quia fraudolenter decepit Celestinum, et quia nec ille potuit sic renunciare. Nam iste Bonifacius postea fuit papa. Sed ista non est nec unquam fuit intentio auctoris. Quia si Celestinus renuntiavit, hoc potuit facere. Sic enim fecit Clemens primus. Verum est quod intentio auctoris est, quod Ecclesia defecit, non simpliciter sed secundum quid, in multis. Quia solebat esse bona, sancta et pura, sobria, pauper, humilis, simplex; quod non contingit modo, nec est sic: sed qui habet culpam, scilicet Bonifacius secundum aliquos, qui pervertit Ecclesiam, cum Ecclesia statim patietur; et sequetur ultio, quia ipse mortuus est miserrime, ut supra dictum est. Sed credo ego, quod auctor magis intelligat de rege Frantie, scilicet de Philippo Pulchro, qui occisus fuit ab apro, et sui tres filii unus post alium, de quibus non remansit heres, mortui sunt, et regnum Frantie venit ad manus illius Karoli, qui venit Florentiam. *Non timet suppam:* nota quod in Gretia quondam fuit una consuetudo talis, quod si quis interficiebat hominem, si interfector posset novem diebus pro quolibet comedere unam suppam super sepulturam interfecti, non poterat fieri ultio de isto interfectore. Et aliqui volunt dicere, quod iam Florentie fuit consuetudo; quod tamen non inveni in aliquo loco authentico. Quasi dicat auctor: Qui habet culpam in destructione istius vasi sancti, noscat quod vindicta Dei [non] timet suppas, idest propter novem suppas manducatas non desistit Deus a vindicta sua.

Non erit toto tempore sine herede aquila, que dimisit pennas currui, ex quo devenit monstrum, et postea preda, idest regis Frantie, quia ipse rex Frantie predatur Ecclesiam Dei. Per hec verba innuitur, quod opinio auctoris fuit, quod propter dotem, quam dedit hic Ecclesie Constantinus Imperator, Ecclesia Dei facta est monstrum et preda. Hic auctor loquitur nimis audacter. Sed alibi dicam quid sentio ego de dote Ecclesie; ideo hic hanc materiam relinquo.

Patet etiam quod auctor sperat, quod veniet ille Veltrus, de quo fuit loquutus in capitulo Inferni primo, et quod talis Veltrus erit Imperator, quem ibi vocat Veltrum, idest canem nobilem, inimicantem lupis. Hic vocat eum ducem, et vult auctor quod stelle multum influent ut ipse dux, vel Veltrus, vel Imperator, veniat. Ideo dicit: Quia ego video certe, et ideo narro, ire tempus, iam stellis propinquis, securum ab omni intoppo, idest obviatione, et omni *sbarro*, idest impedimento. Idest video unam constellationem iam vicinam, ad dandum nobis tempus unum, quod producet illum effectum. Verum est quod tempore Bonifacii octavi non erat Imperator; ideo dicit: non erit sine herede, sicut erat tunc tempore Bonifacii.

In quo, scilicet tempore, [erit] unum quingentesimum decem et quinque, nuntius Dei, qui occidet fuiam, idest meretricem, cum illo gygante qui cum ea deliquit. Vult dicere, quod veniet unus dux, quia D ponitur pro quingentis, idest pro quingentesimo, V ponitur pro quinque, X pro decem, que tres littere (sunt D. V. X.) efficiunt hoc nomen, dux, missus sive nuntius Dei; quia Deus mictet eum. Ille interficiet fuiam, idest meretricem, que stabat super currum. Intendit auctor dicere, quod pastores sunt fures, qui usurpant res Dei, et bene apparebat sibi dicere de Bonifacio, qui usurpavit sibi papatum.

16 E forse che la mia narration buia,
Qual Temi e Spingi, e metti persuade,
Perch'al lor modo lo 'ntellecto actuia;
17 Ma tosto fier le Fate e le Nayade,
Che solveranno questo enygma forte,
Senza danno di pecore o di biade.
18 Tu nota; e sì come da me son porte,
Così queste parole insegna a'vivi (1)
Del viver (2) ch'è un correr alla morte;
19 Et habbi a mente, quando tu le scrivi,
Di non celar qual hai vista la pianta,
Ch'è hor due volte dirobbata quivi.
20 Qualunque ruba quella, o quella schianta,
Con bastemmia di facto offende Dio,
Che solo all'uso suo la creò santa.

(1) mortali — (2) di quella vita.

16 *Et forsan quod narratio mea obscura,*
Qualis Themis et Spinghes, minus te persuadet,
Quia ad earum modum intellectum actuiat;
17 *Sed cito fient fata et Naydes,*
Que solvent istud enigma forte,
Sine dampno ovium vel bladorum.
18 *Tu nota; et sicut a me sunt porrecta,*
Sic ista verba doceas vivos
Vivere quod est unum currere ad mortem;
19 *Et scis memor, quando tu illa scribis,*
Non celare qualem vidisti planctam,
Que bis nunc est derobata ibi.
20 *Quicumque rubat illam, vel illam rumpit,*
Cum blasfemia de facto offendit Deum,
Quia solum ad suum usum illam creavit sanctam.

Et sic[ut] fuit loquutus obscure, auctor excusat se, dicens: Et forsan quod narratio mea obscura, qualis Themis et Spinges, minus tibi persuadet, quia ad eorum modum intellectum actuiat, idest obfuscat, impedit. Vult dicere auctor: illa vaticinatio forte est obscura, ita quod non intelligis nisi sicut antiqui intelligebant responsa suorum oraculorum. Et ponit exemplum de duobus, scilicet de Spinge et Themi. Themis, ut ponit Ovidius in primo Methamorpho-eos, ubi describit diluvium in Thessalia, parte Gretie, quod fuit tempore Deucalionis regis, quod quidem diluvium submersit etiam aliquos montes, in tantum quod vix rex cum Pirra uxore sua et paucis evasit in vertice montis Parnasi, montis sic dicti, qui restaurare patriam de gentibus nescientes quomodo, iverunt ad oraculum domine Themis, et ibi ceperunt rogare ipsam Themim, quod ipsa daret eis modum reparandi patriam de gentibus. Et habuerunt responsum, quod colligerent ossa terre, idest parentuum, et proiicerent post terga, et resurgerent, illa ossa, corpora. Ipsi non intelligebant: nam tunc erat terra mater, et ossa agrestes, idest rustici, qui fugerunt a longe et salvati fuerunt ad habitandum. Spinges fuit unum monstrum, quod stabat prope Thebas. Illud proponebat enigmatha transeuntibus, in questionem inintelligibilem, qualem proposuit Edyppo, dicens: Quod est animal, quod primo incedit cum quatuor pedibus, postea cum tribus, postea cum duobus? Et ista talia enigmatha non intelligebantur. Modo dicit auctor: Forte ego loquor obscure: statim veniet glossa, que pallificabit dicta mea. Quasi dicat: Veniet cito effectus, qui declarabit omnia. Persuadet minus tibi, idest meum dictum, tibi inintelligibile, idest ita obscurum, sicut solebant esse dicta illorum Deorum. *Intellectum actuiat:* idest obscurat et obumbrat.

Sed cito tibi fient Naydes, que solvent istud enigma forte, idest obscurum, sine dampno ovium vel bladorum. Nayde sunt dee florum. Enigma est obscurus sermo, unde dicit Apostolus: Videmus nunc per speculum in enigmate; quasi dicens, obscure. Ecce aliud enigma: Mater mea genuit; et ipsa statim gignitur a me sine dampno. Nota quod illo tempore, quo illi vel ille dee dabant illa responsa enigmathica et obscura, ibant homines ad illas deas florum et fontium pro declaratione talium obscurarum responsionum. Que dee, scilicet Naydes, declarabant illa dicta obscura. Unde illi dii et dee, que talia dederunt responsa, miserunt in partes illas unum aprum maximum, qui destruebat omnia sata, omnes segetes, omnia blada, interficiebat oves, etc. Quasi dicat auctor: Dicta mea obscura declarabuntur per effectus, et non erit propter hoc dampnum in bladis nec in ovibus.

Tu nota, et sicut a me sunt porrecta, sic ista verba doceas vivos vivere (vivere est hic genitivi casus) quod est unum currere ad mortem. Vere vita presens est unum currere ad mortem. Hec dixit auctor ad terrendum omnes qui offendunt Ecclesiam Dei; nam iam nullus curat derobare Ecclesias, offendere episcopos, expellere, percutere, etc.

Et sis memor, quando tu illa scribis, non celare qualem vidisti planctam (scilicet boni et mali, quam vidisti siccam, et postea viridem, et etiam postea spoliatam quasi. Et bis vidisti hoc: primo, ab aquila; secundo, a rege Philippo, rege Frantie), que bis nunc est derobata ibi, idest denudata frondibus et floribus.

Quicumque rubat, idest furatur, illam, vel illam rumpit, idest frangit, vel scindit, cum *bastemia*, idest blasphemia,

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

21 Per morder quella, in pena et in desio,
Cinque mil'anni e più l'anima prima (1)
Bramò (2) Colui (3) che'l morso in sè (4) punio.
22 Dorme lo 'ngegno tuo, se non estima
Per singular cagion esser excelsa
Lei tanto, e sì travolta nella cima.
23 E se stati non fusser acqua d'Elsa
Li pensier vani intorno a la tua mente,
E'l piacer loro (5) un Pyrrhamo a la gelsa,
24 Per tante circumstantie solamente
La giustizia di Dio nello 'nterdecto
Conosceresti e l'arbor moralmente.
25 Ma perch'io veggio te nell'intellecto
Facto di pietra et in petrato tincto,
Sì che t'abbagla al lume del mio decto;
26 Vogl'anco (6), se non scripto. almen dipincto,
Che 'l te ne porti dentro a te, per quello
Che si reca 'l bordon di palma cincto.

21 *Propter mordere illam, in pena et in desiderio*
Quinque millibus annis et pluribus anima prima
Appetiit Illum qui morsum in se punivit.
22 *Dormit ingenium tuum, si non extimat*
Propter singularem causam esse excelsam
Ipsam tantum, et sic transversam in summitate.
23 *Et si non fuissent aqua Else*
Cogitationes vane circa tuam mentem,
Et complacentia ipsarum unus Piramus apud
24 *Propter tot circumstantias solummodo,* [morum,
Iustitiam Dei in interdicto
Cognosceres et arborem moraliter.
25 *Sed quia ego video te in intellectu*
Factum de petra et in petratum tinctum,
Ita quod obfuscat te lumen mei dicti,
26 *Volo adhuc, si non scriptum, saltem depictum,*
Quod tecum portes intra te, propter illud
Propter quod reportatur burdonus cinctus.

(1) d'Adamo — (2) desiderò — (3) l'avvenimento di colui — (4) nella sua persona — (5) non fusse stato — (6) voglo ancora.

de facto offendit Deum, quia, vel qui, solum ad suum usum illam creavit sanctam. Multa exempla habemus de punitione eorum, qui ita offendunt Ecclesiam. Quid evenit domui Svevie? quid evenit Frederico secundo? quid evenit filio regis Manfredo et Corradino? Et a primo usque ad ultimum omnes tales male finierunt seu finiunt. Deus illam fecit sanctam, ut serviretur ipsi Deo.

—

Et dicit auctor: Vis videre quantum malum evenit illis, qui offendunt Ecclesiam Dei? Inspice quid evenit primo parenti, qui momordit, etc. Propter mordere illam, in pena et in desiderio quinque millibus annis et pluribus, anima prima, scilicet Ade, appetivit illum, qui morsum in se punivit; idest, in tenebris cum desiderio appetiit et expectavit illum, scilicet Christum, qui punivit in se, patiendo et sustinendo acerbissimam passionem, peccatum scilicet quod commiserat Adam, quinque millibus annis et pluribus, quia [quinque] millibus annis et nongentis.

—

Dormit ingenium tuum, si non existimat. Dorme l'ingegno tuo, se non estima: hec est tertia pars huius capituli, in qua auctor reprehenditur de sua ignorantia, quia videtur non intelligere fictiones hic factas de aliquibus rebus; et maxime quia non videbatur intelligere quare arbor illa fingitur tam alta, imo excelsa, ad denotandum quod scientia Dei est altissima et incomprehensibilis: habet ramos declinatos ad terram, ad denotandum quod nullus speret per scientiam humanam attingere ad summitatem eius. Ideo primus homo punitus fuit, quia voluit attingere et fuit expulsus de Paradiso. *Existimat:* considerat.

Dormit ingenium tuum, si non existimat, idest si non intelligit, propter singularem causam esse excelsam ipsam tantum, et sic transversam in summitate.

—

Nota quod cogitationes Dantis erant ita actente ad scientias mundanas et ita capte amore temporalium, quod non poterant actendere actente ad res divinas; imo durissime intus in mente auctoris totus amor suus erat fixus in illis, sicut totus amor Pirami ad gelsum, idest ad morum. Quomodo fuerit illa hystoria Pirami et Tysbes, dictum fuit superius, ideo plus me hic non extendo.

Demum nota quod est unum parvum flumen, transiens in territorio florentino apud unum castrum quod vocatur Colle de Valdelsa, quod flumen vocatur Else, quod sassificat glebas terre. Ponendo unam glebam terre in illa aqua illius fluminis, infra breve tempus illa gleba sassificatur, idest fit una petra. Sic est etiam unus fluvius in terra Laboris in regno Neapolitano, qui vocatur Sarnus, qui facit idem. Idem audivi quod est una aqua in insula Anglie, faciens idem.

Et si non fuissent aqua Else, fluvii sic dicti in territorio Florentinorum, cogitationes vane, scilicet tue, o Dantes, circa tuam mentem, et complacentia ipsarum unus Piramus apud morum; idest, si non fuissent tua cogitamina ita dure impressa in mente (cogitamina, scilicet, de scientiis mundanis et de rebus corruptibilibus) sicut sunt saxa, et si tu non dilexisses tantum temporalia sicut Piramus dilexit Tysbes; propter tot circumstantias solum, iustitiam Dei in interdicto cognosceres et arborem moraliter. Idest, tu cognosceres quod Deus fecit ita altam et revolutam illam arborem iuste et cum magna iustitia, et interdictam, idest fecit ramos ita revolutos ad terram, ut ne quis possit super eam ascendere.

—

Sed quia ego video te in intellectu factum de petra et in petratum tinctum, ita quod obfuscat te lumen mei dicti (idest, non plus dico tibi; sed quid faciam? non aliter nisi

27 Et io (1): Sì come cera da suggello,
Che la figura impresa (2) non transmuta,
Segnato è hor da voi el mio cervello.
28 Ma perchè tanto sovra mia veduta
Vostra parola desiata vola,
Che più la perde, quanto più s'aiuta?
29 Perchè cognoschi, disse, quella scola
Ch'ài seguitata, e veggia sua doctrina
Come può seguitar la mia parola;
30 E veggia vostra via dalla divina (3)
Distar cotanto, quanto si discorda
Da terra al ciel (4) che più alto festina (5).
31 Ond'io risposi lei: Non mi ricorda
Che straniassi me giamai da voi,
Nè honne (6) conscientia che rimorda (7).
32 E se tu ricordar non te ne puoi;
Sorridendo rispose, or ti rammenta
Come bevesti di Lethe (8) ancoi (9);
33 E se dal fumo fuoco s'argomenta,
Cotesta oblivion (10) chiaro conclude
Colpa ne la tua vogla (11) altrove attenta.

27 *Et ego: Tamquam cera sigilli,*
Qui figuram impressam non transmutat,
Signatum habeo nunc de vobis meum cerebrum.
28 *Sed quia tantum supra meam visionem*
Verbum vestrum desideratum volat,
Quod plus perdit illud, quanto plus se iuvat?
29 *Ad hoc ut cognoscas [dixit] illas antiquas scolas,*
Quas secutus es, et videas suam doctrinam
Quomodo potest sequi meum verbum;
30 *Et videas vestram viam a divina*
Distare tantum, quantum distat
A terra celum quod altius festinat.
31 *Unde ego respondi ad eam: Non recordor*
Quod ego extraneus essem unquam a vobis,
Nec habeo conscientiam que me mordeat:
32 *Et si tu recordari non potes,*
Subridendo respondit, or reminiscere
Quomodo bibisti de Lethe hodie;
33 *Et sicut a fumo ignis argumentatur,*
Ita oblivio clare concludit
Culpam in tua voluntate alibi intenta.

(1) risposi a lei — (2) da lui — (3) via — (4) al primo mobile — (5) si volge rapto — (6) ho di questo — (7) al. che mi morda — (8) fiume — (9) ancor hoggi — (10) tua — (11) volontà.

sicut facit ille, qui portat bordonum, sive contum palma, idest ramo olive, sive datillorum, cinctum: et tunc est signum, quod talis peregrinus venit de Terra Sancta), volo adhuc, si non scultum, saltem depictum, portes intra te, propter illud propter quod reportatur bordonus de palma cinctus; idest, ut tu ostendas te hic fuisse, sicut ostendunt peregrini loca peregrinationis eorum, per signa que reportant.

—

Et ego, scilicet dixi: Tamquam cera sigilli, que figuram non transmutat impressam, signatum habeo nunc de vobis meum cerebrum. Quasi dicat auctor: In totum dimisi omnem amorem scientiarum mundanarum, posponendo illas in cerebro meo, idest in mea memoria.

—

Sed quia tantum super meam visionem, idest meam capacitatem apprehensivam, vel intellectum, vestrum verbum desideratum volat, quod plus perdit illud, quanto plus se iuvat? quia non potest durare meus intellectus.

—

Ad hoc ut cognoscas, dixit, scilicet Beatrix, illam scolam quam sequutus es, et videas suam doctrinam, quomodo potest sequi, idest, meum verbum, et videas vestram viam a divina distare tantum quantum a terra distat celum, vel discordat, quod altius festinat, idest velocius suum motum festinat.

—

Unde respondi ad eam: Non recordor quod ego extraneus essem unquam a vobis, nec habeo conscientiam, que remordeat. Ecce hoc dicit auctor propter duo. Primum est quia vult esse absortus ita in Beatricem, quod ipse nullarum aliarum scientiarum, aut rerum temporalium, habet curam nec illarum recordatur. Secundum est ad fingendum, quod iam biberat de aqua Lethei fluminis, que inducit oblivionem omnium malorum. Ideo fingit hic non recordari unquam peccasse.

—

Sed ad hoc ut Dantes cognoscat se peccasse, dat sibi unum documentum quod est tale: quod, sicut sequitur: Hic est fumus, ergo est et ignis; ita sequitur: Penitet, ergo delinquit; ita sequitur: Bibisti de Lethei fluminis aquam, de qua nulli bibunt nisi qui sunt purgati a commissis peccatis; ergo, ex quo bibisti de Lethe, scias te peccasse.

Et si recordari non potes, subridendo respondidit, or reminiscere sicut, idest quomodo, bibisti tu de Lethe hodie.

Et [sicut] de fumo ignis argumentatur, idest concluditur; ita oblivio clare concludit culpam in tua voluntate alibi intenta.

—

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

34 Veramente horamai saranno nude
Le mie parole, quanto converrassi
Quelle scovrir alla tua vogla rude.
35 E più corusco (1), e con più lenti passi,
Teneva 'l sole el cerchio di merigge,
Che qua e là, come gl'aspecti, fassi,
36 Quando s'affisser, sì come s'affigge
Chi va dinanzi a gente per iscorta,
Se trova novitate in sue vestigge.
37 Le septe donne al fin d'un'ombra smorta,
Qual socto fogle verdi e rami nigri (2)
Sovra suoi freddi rivi l'Alpe porta.
38 Dinanzi ad esse Euphrates (3) e Tygri (4)
Veder mi parve uscir (5) d'una fontana,
E quasi amici (6) dipartirsi (7) pigri (8).
39 O luce, o gloria, della gente humana,
Che acqua è questa che qui si dispiegha (9)
Da un principio (10), e sè da sè lontana? (11)
40 Per cotal prego decto (12) mi fu: Pregha
Mathelda che 'l ti dica. E qui (13) rispose,
Come fa chi da colpa si disłegha (14),
41 La bella donna (15): Questo, et altre cose
Decte li son per me, e son sicura
Che 'l fiume Lethe non gle le nascose (16).

34 *Vere ammodo erunt nuda*
Verba mea, quantum erit conveniens
Illa discooperire tue visioni rudi.
35 *Et magis coruscum, et cum lentioribus passibus,*
Tenebat sol circulum meridici,
Qui hinc et inde, sicut aspectus, fit,
36 *Quando se firmarunt, sicut se firmat*
Qui vadit ante gentes pro scorta,
Si reperit novitatem in suis vestigiis,
37 *Septem domine in fine unius umbre pallide,*
Que sub foliis viridibus et ramis nigris
Supra supra frigidos rivos Alpes portat.
38 *Ante ipsas Eufraten et Tigrim*
Videre apparuit exire de uno fonte,
Et quasi amicos recedere pigros.
39 *O lux, o gloria, gentis humane,*
Que aqua est ista que hinc explicatur
Ab uno principio, et se a se longinquat?
40 *Propter talem precem dictum fuit michi: Deprecare*
Mathyldam quod tibi dicat id. Quod hic respondit,
Sicut ille qui a culpa se disligat,
41 *Pulchra domina: Istud et alie res*
Acta sunt per me, et sum secura
Quod aqua Lethes illud ei non abscondit.

(1) splendente — (2) neri — (3) fiume — (4) fiume — (5) derivarsi — (6) que' due fiumi — (7) d'assieme — (8) lenti — (9) divide — (10) fonte — (11) si dilungha — (12) da Beatrice — (13) in questo — (14) si disciogle — (15) Mathelda — (16) tolse de la memoria.

Vere ammodo erunt nuda mea verba quantum erit conveniens illa scooperire, idest declarare, tue visioni rudi, idest grosse.

—

Et magis coruscum. E più corusco: hec est quarta pars huius capituli, in qua auctor ostendit, quomodo pervenit ad statum virtutis perfecte, describendo primo que hora erat, scilicet meridies. Licet ibi esset talis hora, non tamen sic in omni loco terre habitabilis, propter tumorositatem terre, que est rotunda. Sicut enim habet respectum varium ad varias partes terre, ita diversis horis est meridies in diversis climatibus.

Et magis coruscum, idest magis clarum, et cum lentioribus passibus (quia in meridie sol videtur minus velociter moveri, quam de mane vel de sero), tenebat sol circulum meridici, qui hinc et inde facit varium meridiem, sicut aspectus fit; quando se firmarunt, sicut se firmat qui vadit ante gentes pro scorta, pro duce, scilicet ad explorandum, sicut consuevit gens armigera, si reperit novitatem in suis vestigiis, septem domine in fine unius umbre pallide, qualem sub foliis viridibus et ramis nigris supra suos rivos frigidos Alpes portat.

—

Ante ipsos Eufratem et Tigrim videre michi apparuit exire de uno fonte, et quasi amicos recedere pigros; quia quando amici separantur ab invicem, proficiscentes a longe, recedunt ab invicem pigre et lente.

—

O lux et gloria, supple dixi ego, gentis humane, que aqua est ista, que hic spiegatur, idest explicatur, oritur, vel derivat, ab uno principio, idest fonte, et se a se longinquat? Vocat hic Beatricem lucem et gloriam humane gentis, quia dilucidat homines et gloriosos efficit. Quantum gloriosum fecit beatos Augustinum et alios doctores, patet ad sensum.

—

Beatrix respondet et mictit eum ad Mathyldam. Propter talem [precem], scilicet quam porrexi, dictum fuit michi: Deprecare Mathyldam, que tibi id dicat. Et hic respondit sicut ille, qui a culpa se disligat, idest dissolvit. Per Mathyldam hic accipitur vita virtuosa bene activa, ad quam oportet bene operari.

—

Tunc respondens ipsa Mathyldis ait, ipsa Mathyldis, ipsi Beatrici, pulchra domina. Istud et alie res dicte sunt sibi

42 E Beatrice: Forse maggior cura,
Che spesse volte la memoria priva,
Fact'ha la mente sua negl'ochi oscura.
43 Ma vedi Eu[n]ce come là deriva:
Menalo a esso, e, come tu se' usa,
La tramortita sua virtù ravviva (1).
44 Com'anima gentil che non sa scusa,
Ma fa sua vogla della vogla altrui,
Tosto com'è per segno fuor dischiusa;
45 Così, poi che da essa preso fui,
La bella donna mossesi, et a Statio
Donnescamente disse: Vien con lui.
46 S'io havessi, lector (2), più lungo spatio
Di scriver, io pur canterei in parte
Lo dolce ber, che mai non m'havria satio:
47 Ma perchè piene son tucte le carte
Ordite (3) a questa cantica seconda (4),
Non mi lassa più ir (5) lo fren (6) d'est'arte (7).

42 *Et Beatrix: Forsan maior cura,*
Que sepe memoriam privat,
Fecit mentem suam in oculis obscuram.
43 *Sed vide quod Eunce est qui derivat inde:*
Duc eum ad ipsum, et, sicut tu es consueta,
Semimortuam suam virtutem revivifica.
44 *Sicut anima gentilis que non facit excusationem,*
Sed facit suam voluntatem de voluntate alterius,
Statim quod est propter signa extraexclusa;
45 *Sic, postquam ab ipsa apprehensus fui,*
Pulchra domina movit se, et Statio
Dixit dominabiliter: Veni cum eo.
46 *Si ego haberem, lector, magis longum spatium*
Scribendi, ego certe cantarem in parte
Dulce bibere, quod nunquam me satiasset:
47 *Sed quia plene sunt carte omnes*
Ordite ad istam canticam secundam,
Non permictit me ulterius ire frenum artis.

(1) ravvizzola — (2) o — (3) ordinate — (4) del Purgatorio — (5) andare — (6) freno — (7) di quest'arte.

per me; et sum secura quod aqua Lethis ei illud non abscondit. Quia Mathyldis, idest vita activa, declaravit auctori quomodo aqua est ibi, et quomodo ventus est ibi; nec [circa] hoc aqua Lethis debuit delere mentem auctoris.

—

Et Beatrix, supple ait: Forsan maior cura, que sepe memoriam privat, fecit mentem suam in oculis obscuram, scilicet [aufert] de mente sua, sive hoc extirpat. Vult dicere Beatrix ad Mathyldim: Quamvis dicas quod aqua Lethis accipit memoriam (et sic excusat Dantem; nam aqua Lethes non facit oblivisci nisi malorum), potest tamen esse quod respectus aliquarum rerum utiliorum accepit sibi memoriam; et sic venit excusandus, idest si oblitus est aliquarum rerum non ita utilium.

—

Sed vide quod Eunce [est], qui derivat ibi: duc eum ad ipsum, et, sicut es consueta, semimortuam suam virtutem, memorie scilicet, revivifica. Quasi dicat: Memoria sua sincopizat, non est mortua: ideo vivifica, idest bene rectifica.

—

Non fecit sicut aliqui pigri, qui querunt subterfugia. Sicut anima gentilis, idest nobilis, que non facit suam excusationem, sed facit suam voluntatem de voluntate alterius, statim quod est propter signa extraclusa (quia nedum per verba, sed etiam aliquando per signa, apparet voluntas alterius); sic postquam ab ipsa apprehensus fui, pulchra domina movit se, et Statio dixit dominabiliter, *donnescamente,* scilicet more suavis et nobilis domine: Venias cum ipso.

—

Modo excusat se auctor, quod non potest facere ulteriorem tractatum de potu, sive sumptione istius aque, quomodo de ipsa potavit, que est tam dulcis potus: idest non potest ulterius tractare, quomodo pervenitur ad statum perfectum virtutis, sicut per totum Purgatorium venit procedendo. Quia modo [est] potatio istius fluminis, qui non est Lethes, sed Eunce, qui habet reducere ad memoriam omnia bona (nam purgatis omnibus vitiis, introductis virtutibus, homo pervenit ad statum felicitatis), modo auctor non potest facere maiorem tractatum de hoc; quia proposuit facere librum centum capitulorum, quorum triginta tria iam posuit in Inferno, in Paradiso vult ponere triginta tres; ergo quia hic in Purgatorio posuit et finivit triginta tria capitula, non potest texere plura capitula, quia ars non consentit. Nam ars non ordinat nisi triginta tria capitula, et ideo non potest transgredi id quod ars ordinavit.

Si ego haberem, lector, magis longum spatium scribendi, ego certe cantarem in partem dulce bibere, scilicet de ista aqua, quod nunquam me satiasset (quia non est possibile quod homo operetur tam virtuose quin adhuc virtuosius possit quis operari); sed quia plene sunt carte omnes ordite ad istam canticam secundam (scilicet Purgatorii, quia prima est de Inferno, tertia de Paradiso, ergo ista est secunda), non permictit me ulterius ire frenum artis.

—

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

48 Io ritornai dalla sanctissima onda
Rifacto sì, come piante novelle
Rinovellate di novelle fronde,
Puro e disposto a salir alle stelle (1).

48 *Ego redii a sanctissima unda*
Refectus, sicut plancte novelle
Renovate novellis frondibus,
Purus et dispositus ascendere ad stellas.

FINIT FELICITER PURGATORIUM.

EXPLICIT PURGATORIUM DANTIS.

(1) del cielo.

Ego redivi a sanctissima unda, refectus sic, renovatus, sicut plancte novelle, renovellate novellis frondibus (idest purgatus ab omnibus vitiis et peccatis), promptus et dispositus ascendere, idest saliendi, ad stellas (idest eundi ad Paradisum, sive ad celum, ubi sunt stelle). Litteraliter in celo, figuraliter in Paradiso; quia quelibet intelligentia beata, est una stella, iuxta illud: Stella differt a stella in claritate.

Vicesimasecunda die octobris completum fuit Purgatorium. DEO GRATIAS.

Qui scripsit scribat (1), semper cum lumine vivat,
Et vivat et hic felix ceu multo tempore fenix.
Hinc videat Chrystum, qui librum scripserit istum;
Qui legit hoc carmen, lector respondeat: Amen.
Scripsit, summe (2) Deus, tibi (3) supplex Bartholomeus
Collensis, minimus Minimorum servus et imus,
Chrysti sectator, Francisci lentus amator,
Qui me per Chrystum mundum commovit in istum.

(1) iterum — (2) o — (3) ad laudem tuam.

IL TRIONFO FINALE DEL BENE

Presso ad entrare nel Paradiso, il Poeta dato un rapido sguardo ai mali che terribilmente travagliavano la società, ne antivede e predice il finale risultato, il quale non poteva essere altro che il trionfo del bene. Imperocchè la volontà divina è quella che regge con assoluta padronanza le sorti del mondo, ed ha a termine il bene. E però qualunque siano le tempeste dalle quali la società è travagliata, dal fondo erompe sempre una luce divina, che ne trae un nuovo assetto, quasi una risurrezione sociale; assetto che maravigliosamente corrisponde al nuovo stato, a cui la società trapassa e così ben legato all'antico, da parer quasi che fosse un naturale svolgimento delle sue forze vitali.

Ecco la sua predizione.

Non sarà tutto tempo sanza reda
L'aguglia che lasciò le penne al carro,
Perchè divenne mostro, e poscia preda;
Ch'io veggio certamente, e però 'l narro,
A darne tempo già stelle propinque,
Sicuro d'ogn'intoppo e d'ogni sbarro,
Nel quale un cinquecento diece e cinque
Messo di Dio anciderà la fuia,
E quel gigante che con lei delinque.
E forse la mia narrazion buia,
Qual Temi e Sfinge, men ti persuade,
Perchè a lor modo lo' ntelletto attuia;
Ma tosto fien li fatti le Naiade,
Che solveranno questo enigma forte,
Sanza danno di pecore e di biade.

Ma se la coscienza ed il ragionamento ci assicurano di ciò, e questo ci conforta ne' turbinosi sconvolgimenti che talvolta paiono minacciare l'ultima catastrofe sociale, è stoltezza e temerità, da cui i grandi intelletti sanno sempre guardarsi, il foggiare, con anticipazioni utopistiche, il come ed il quando il nuovo assetto verrà, di cui sono laboriosa e dolorosa preparazione le suddette convulsioni sociali. Questo è secreto che Dio riserva a sè, e talmente fuori delle umane previsioni, che sempre la risultante riesce nuova ed inaspettata anche a' più intelligenti, i quali, volere o no, sono costretti a confessare, che una mano sovrana e onnipotente guida e porta tutti gli umani avvenimenti ai fini della sua sapienza infinita. E chi sa leggere nella storia non può non confessarlo.

L'Alighieri torna qui con ardente passione al pensiero tanto da lui carezzato, e che fu il continuo tormento del suo cuore; pensiero per cui solo, a suo credere, avrebbero potuto aver fine i tanti e sì gravi mali che travagliavano il mondo civile, e per cui Società e Chiesa sarebbero tornate a maravigliosa grandezza; e con la fede di chi sa che Dio mena tutto ai fini della sua sapienza infinita, vaticina il duce possente, il quale, a capo dell'Impero, trarrà l'una e l'altra dalle ritorte del francese gigante; sogna, insomma, il ristoramento di quell'antica romana potenza, che, fatta sacra dal vicario di Cristo, ricondurrà civilmente le sparse membra delle cristiane nazioni in un gran corpo, il quale corrisponda all'unità della fede professata.


Povero Dante! egli nell'anima sua grande e generosa cercava un rimedio; ma errò nel credere che umana virtù potesse fare quel che a Dio soltanto era possibile, e che fece in modo tanto diverso da quello pensato e voluto dalle discordanti fazioni d'allora. La liberazione venne; ma invece che a mezzo di un imperatore, venne per l'opera di una giovinetta popolana e santa, e perchè santa grande davvero, anzi grandissima, diciamo Caterina da Siena. Avrebbe egli mai creduto il Poeta che quell'Impero, tutela di materiale potenza, da lui creduto quasi unico propugnacolo delle nazioni, e pur troppo sovrapposto, o almeno posto a lato, alla Chiesa, che divina e spirituale spazia nell'infinito come Dio suo autore, invece andrebbe sempre più scadendo, sino alla totale sua estinzione? Adunque il sogno di lui, quanto alle specificazioni, svanì totalmente, e noi che dopo tanti secoli ne vediamo ora la tanto diversa e tanto migliore riuscita, dobbiamo pur riconoscere che fu quello un ben triste sogno: il vero e il grande che veramente conteneva, fu il graduale svincolarsi della Chiesa dai ceppi postile attorno dalle regie potestà paganeggianti, fu un sollevarsi e crescere la forza dell'autorità morale, religiosa, e sociale, creata dalla stessa Chiesa. E sia che costasse ineffabili dolori allora e poi, e che ineffabili dolori costi anco di presente, il suo progredire, certo è che da umane forze non potrà mai venire arrestato. In quanto al dolore, è legge di redenzione, che Cristo compì in sè stesso, e per cui Chiesa e Società avanzino e giungano al finale loro trionfo; legge che non può consumarsi, che a mezzo del sacrificio e del martirio.

623270

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio



SCAFFALI ONLINE
http://badigit.comune.bologna.it/books

<<*Traduzione e commento della Divina Commedia di Dante Alighieri>> 2
SanMarino : Cassa di risparmio della Repubblica di San Marino, 1986
Collocazione:8. QQ. II. 115
http://sol.unibo.it/SebinaOpac/Opac?action=search&thNomeDocumento=UBO0817115T

Questo libro è parte delle collezioni della Biblioteca dell'Archiginnasio.

L'ebook è distribuito con licenza Creative Commons solo per scopo personale, privato e non commerciale, condividi allo stesso modo



4.0:http://creativecommons.org/licenses/by-nc-sa/4.0/legalcode)

Per qualsiasi altro scopo, o per ottenere immagini a risoluzione superiore contattare: archiginnasio@comune.bologna.it